Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Appiani Alexandrini Romanarum historiarum : De bellis Punicis liber, De bellis Syriacis liber, De bellis Parthicis liber, De bellis Mithridaticis liber, De bellis ciuilibus libri v, De bellis Gallicis liber, seu potius, epitome

https://hdl.handle.net/1874/426120

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM,

De bellis Punicis liber
De bellis Syriacis liber
De bellis Parthicis liber
De bellis Mithridaticis liber
De bellis ciuilibus libri v
De bellis Gallicis liber, ſeu potius epitome
Omnia per Sigiſmundum Gelenium Latinè reddita.

De bellis Hiſpanicis liber,
Cælio Secundo Curione translatore.

De bellis Illyricis liber,
P. Candido interprete.

Additus eſt in prædictas hiſtorias
Index copioſiſsimus.

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt. ad quinquennium.
*Anno* M. D. LIIII.

## CAELIVS SECVNDVS CVRIO CLARISS. IVRISCONSVLTO, BONIFACIO Amerbachio, patrono & amico ſummo S. D.

SI Gelenius, ut nunc cum CHRISTO uiuit, nobiſcum uiueret, BONIFACI AMERBACHI, ipſe tibimet ſuum Appianum cõmendaret: quod ſibi in animo fuiſſe aliquoties apud amicos nõ obſcurè prę ſe tulit. Te enim amauit dum uixit, & coluit inter primos: utpote à quo redamari ſe ſciret: & beneficijs aſsiduè cumulari ſentiret. Verùm cùm illũ poſt infinitos propemodum labores, quos per tot annos in re literaria poſuiſſet, uiſum ſit uitæ autori Deo illum ex hac turba & colluuione eripere, ad me, quem ille ad extremũ uſq; ſpiritũ coniunctiſsimũ habuit, hoc munus pertinere ipſius meiq; cõmunes amici putauerũt. Equidem uellem deus immortalis feciſſet, ut uiuo potius Sigiſmũdo Gelenio tam præclarum opus gratularemur, quàm mortuo id officij præſtaremus. nec uerò dubito, quin ſi uir ille præfari ipſe potuiſſet, opus hoc & tibi longè gratius fuerit: & quod nunc agimus, ornatius & cumulatius futurũ. Non quòd aut mihi ſtudium erga te in hoc officio præſtando, aut tibi in me amando uolũtas deſit: ſed cùm Gelenius, ut ætate mihi, ſic etiã eruditione anteiret, ſubitò ereptus, ſuum Appianum orbum, atq; hac parte mancũ ac debilitatũ reliquit. Hoc igitur nos amici memoriæ dabimus: atq; unà noſtrã erga te obſeruantiam hoc officij genere teſtabimur. Verũ prius de ipſo Gelenio (nõ propter te, qui eum probè noſti, ſed propter alios, quibus nõ ita notus fuit) pòſt de Appiano pauca dicemus. Fuit Sigiſmundus Gelenius, ſicuti bene noſti, natione Boiemus, patria Pragẽſis, quæ urbs regni Boiemici caput eſt, quam ueteres Caſurgim, ni fallor, uocabant. Gelenia familia antiqua & honeſta, à ceruis nomen traxit, quos ipſi Gelenos uocãt, ita ut Latina lingua ceruina dici poſsit. Patrẽ habuit ſummo apud regem loco, & honore, hominẽ minimè illiteratum. nam & Moriam Eraſmi in patriam linguam conuertit, & lepidum falſumq; opus cum ſuis cõmunicauit. Matre eius fœmina primaria & nobili, propter mulieris prudentiã, & probatos mores, regina plurimùm & familiariter utebatur. Talibus parẽtibus ortus Gelenius, parem quoq;, hoc eſt, ingenuam & liberalem habuit educationem. Cumq; in Literis iam mediocriter profeciſſet, adoleſcens adhuc peregrinationem ſuſcepit. multas igitur & uarias nationes & gentes

peragrauit,ădijt ſcholas,nō modò literarũ cauſa,uerumetiã Vlyſsis
exemplo,ut mores hominũ multorum uideret, & urbes.In Germa-
nia,in Gallia,in Italia præſtantiſsima quæq; perluſtrauit:peruenit eti
am in uicinas inſulas Corſicam,Sardiniam,Siciliam.Quas regiones
& oras,ne ſine fructu adijſſet,in Italia linguę Latinæ,quam conſecu
tus fuerat,cognitionē cōfirmauit: Græcam ab eruditiſsimis qui túc
in Italia eſſent præceptoribus,à M.Muſuro Cretenſe prẹſertim didi
cit:atq; in eadē Italia Italicã,Gallicam in Gallia, & in Germania Ger
manicã: ea fuit in eo uiro ingenij uis atq; facilitas. Tandē in Germa-
niam rediens,Baſileã uenit, ubi tum Eraſmus ille Roterodamus flo-
rebat. Ac cupiditate hominis apud omnes gētes fama literarũ, & elo
quentiæ celeberrimi,uidendi accenſus,eum ſalutatum adiuit: à quo
benignè acceptus, adeò propter eruditionē probatus fuit, ut eum
non ſolùm amaret,uerumetiã retinendum eſſe cenſeret.Itaq; Ioanni
Frobenio Typographo clariſsimo, eum diligenter cōmendauit, ut
ſi Gelenius eam prouinciam uellet ſuſcipere, ipſum officinæ ſuæ, in
qua trium linguarum uetuſtiores excuderentur autores,præficeret:
adeò nihil erat tam magnum, quod ſibi Eraſmus de Gelenio non
polliceretur.Gelenius,qui non magnopere iuſtis de cauſis in patri-
am redire cupiebat: quiq; patriam ibi eſſe, ubi amici, arteſq́; uige-
rent bonæ,exiſtimabat:facile ſe retineri, Eraſmo illo magno præſer
tim ſuadente, paſſus eſt. Suſcepta igitur prouincia illa honeſtiſsima
ſimulq́; grauiſsima,& laborioſiſsima, Eraſmi de ſe iudicio non mo-
dò ſatisfecit,uerùm etiam aliorũ expectationē longè ſuperauit.In ea
officina partim Ioãne Frobenio uiuo,partim eius filio Hieronymo,
generoq; Nicolao Epiſcopio, uiris ad rempub. literariam iuuãdam
natis,qui etiamnum & uiuunt & florent,per totos annos triginta &
amplius, ſtrenuè atq; indefeſſo labore elaborauit. Interea tempo-
ris duxit uxorem honeſtam & induſtriã puellam,ex qua quinq; libe-
ros ſuſcepit, ex quibus ſuperſunt tres, fœmina una, reliqui mares,
quorũ qui maior eſt natu in Morauia cum propinquis agit: minor
domi cum matre,literis operã nauat.Per hoſce triginta annos,præ-
ter officinæ labores & operas, infinitos propè in Græcis Latiniſq́;
autoribus deprauatos locos reſtituit & emendauit. Linguarũ qua-
tuor Symphonum lexicum, Græcis uidelicet,Latinis, Germanicis,
& Dalmaticis uocibus,ordine diſpoſitis,concinnauit: quarum lin-
guarum Dalmatica ei propria & patria fuit,reliquæ peregrinæ. Dal-
matica enim lingua, quæ eadem Illyrica,uulgo aũt Sclauonica dici-
tur, multæ & uariæ gentes utuntur, Boiemi, ſiue ut Velleius uocat
Boiohemi,Vandali,Sarmatæ,in quibus Poloni, Rhuteni,ac Rhute-
nis adnu-

nis adnumerati Lithuani, ac Moſci ſiue Moſcouitę: totusq; ferè dextra læuaq; tractus ille, ad Tanaim, ac Pontum uſq;, ita ut inter ampliſsimè patentes orbis terrarũ linguas cõnumerari poſſe uideatur. Pòſt cœpit maiora audere, & Plinium naturæ feliciſsimum explicatorẽ: & Liuium Hiſtoriæ Romanæ patrem caſtigauit: & ſuas in eos Caſtigationes ſanè quàm accuratiſsimas edidit. Nihil dum de Græcis diximus, quos in Latinum ſermonẽ cõuertit. Inter quos primum Flauium Ioſephum adgreſſus eſt: cuius libros uiginti De antiquitatibus Iudæorum Latina lingua illuſtrauit. reliqua uerò eiuſdem autoris opera, cum manuſcriptis exemplaribus Græcis contulit, emendauit, ſuppleuit: Eandẽ operam in multis Chryſoſtomi homilijs pręſtitit. Poſt hæc Dionyſij Halicarnaſſei Antiquitatũ ſiue Originũ Romanarum libros decem: tum Euagrij Rerum eccleſiaſticarum hiſtoriam: Origenis Adamantij contra Celſum monumenta, deinde Philonis Iudæi opera quæ extant omnia, argumento uaria, rerum grauitate difficillima: quod opus paulò ante eius obitum, ut noſti ex Frobeniana prodijt officina. Poſtremus penè labor, Appianus hic Alexandrinus fuit, in quo uertendo, non alios modò qui in hoc campo uerſantur, uerùm ſe quoq; ipſe Gelenius noſter ſuperauit. His abſolutis, ne ullam temporis partem uacuam abire pateretur, iam ſe ad Iuſtini martyris opera, quæ de ſubtiliſsimis noſtræ religionis quæſtionibus, ſanctus atq; eruditus ille uir reliquit, conuertit: & iam maiorem partem conuerterat: ſed morbo quo abſumptus eſt, impeditus, ad calcem perducere non potuit. Tanta enim fuit ſubiti morbi uis, ut cùm dimidiatum uerbum ſcripſiſſet, tanquam aliquo ſe celeriter euocante tollere manum de tabula cogeretur. Ita ſeptem eosq; nobiliſsimos ſcriptores nobis de Græcis conuerſos reliquit: atq; ita conuerſos ut qui maiore cum laude in hac arena uerſatus ſit, aut nullũ, aut pauciſsimos ſis reperturus: qui uerò plura cõuerterit, ne in ſummo quidem ocio, quàm in ſummis occupationibus Gelenius, inuenias certè neminem. Fuit Gelenio procera ſtatura, humeri tamen aliquanto grãdiores, facies grauis, corpus obeſum (id quod ex illa ſedentaria uita proueniſſe arbitror) uerùm mens uegeta, felix memoria, ingenium ad omnes præclaras artes aptiſsimum: ita ut nullo negotio, quæ ſibi proponeret, aſſequeretur. Erat in eo animi lenitas mira, naturæq; bonitas quædam, ut uix iraſci poſſet, etiam irritatus: grauis in loco, atq; item in loco comis & urbanus. Cum nemine unquam ſimultatem geſsit: rerum alienarum minimè curioſus, minimè ſuſpicax: ſed antiqua non tamẽ ſtulta ſimplicitate prędictus. Quanta uerò continentia atq; abſtinentia fuerit, quarum illa in ijs quæ ab-

ſunt non expetendis, altera in ijs quæ adſunt, in noſtraq; poteſtate ſunt abſtinendo, illa declarant, quòd cùm per tot annos tantopere in re literaria elaborarit, ex quo magnorum uirorum gratiam eſt conſecutus, nullas tamen diuitias congeſsit: nullas reliquit, ſupellectile domeſtica, uictuque contentus. Bonis & doctis ſi quos egere animaduertebat, largiebatur. felicibus & fortunatis non inuidebat: calamitatibus aliorum afficiebatur: neminem contemnebat. Illud uerò maximum continentiæ ſignum fuit: quod in Regis Boiemiæ aulam magnis præmijs, & honoribus, quibusque uel cupidus & ambitioſus aliquis contentus eſſe poſſet, allectus renuit, hanc quietam & moderatam uitam ambitioſis illis & turbulentis dignitatibus anteponens. Omitto prouincias bonas & literas & artes profitendi oblatas, quas nunquam ut ſuſciperet adduci potuit, adeò tenax propoſiti, uitæque generis ſemel honeſtæ ſuſcepti, ſemper fuit. Amicos habuit inter cæteros, inſignes Eraſmum in primis, ut initio dixi, deinde Beatũ illum Rhenanũ. quid Ioãnem Frobenium patrem & Hieronymum filium, ac Nicolaum Epiſcopium memorem? De me tacebo, de te uerò Bonifaci Amerbachi quid dicam? quem non modò amicum, uerùm etiam compatrem, patronum, mecœnatem quoad uixit habuit, atque ut ſpero, in poſteris quoque ſuis habebit. Neque enim is es qui putes amicitias cum corporibus amicorum extingui: & non potius ut animi perpetuò uigent, & ipſi homines in poſteris quodam modo æternitatem aſſequuntur: ſic etiam amicitias quæ in animorum coniunctione poſitæ ſunt, ſempiternas eſſe debere. Eſt enim illa amicitiæ admiranda uis, atque diuinitas, ut ea efficiat, quæ fieri poſſe non uidentur ullo modo. Nam & imbecilles ualent: & egentes abundant & quod dictu eſt difficilius, abſentes adſunt: & mortui uiuunt, tantus eos honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum: ex quo & illorum beata mors, & horum uita laudabilis. Quantus uerò ſis ipſe Bonifaci in amicitijs colendis, ornandis, augendis, amicis ipſis protegendis ac tuendis, non modò præſentibus & ſcientibus, uerùm etiam abſentibus & inſcientibus norunt, neque ſolùm norunt, ſed etiam ſentiunt, quibuſcunq; ſeſe ad tuam ſanctam amicitiam applicare ſuo felici ſydere contigit. Quis enim non uidet, quàm amanter, quàm ſanctè, ut unum pro omnibus appellem, Eraſmum illum magnum, dum uixit, colueris? quàm ſacroſancta, quàm grata, quàm magnifica mortui memoria apud te ſemper fuerit, & ſit? Nihil de me dico, quem ſingulari quodam amore ſemel complexum, nunquam per tot iam annos dimiſiſti: tantisq; meritis affeciſti, ut me tuo fauore atq;

atq; opibus ſuſtentatum, iure fateri & prædicare poſsim. neq; enim fumum ex fulgore, ut Horatius de poetis ait, ſed ex fumo dare lucem ſoles. Sed nolo nunc tuarum laudum explicare uolumẽ, dabitur forſitan aliàs commodior ut ſpero de his ipſis dicendi locus. Redeo igitur ad Gelenium, de cuius pietate quid multa cõmemorem? cùm ſciamus omnes illum & innocenter uixiſſe, & Deum CHRISTVMQVE eius filiũ ſincero animo, & uera religione coluiſſe. Affui ipſe cùm antè, tum maximè morienti. Ita diſcedebat ex hac uita, ut qui à diuturno & moleſto exilio, in amantiſsimam & deſideratiſsimam patriam reuocatur. Nihil ex eius ore audiuiſſes, quod non rerum terrenarum & caducarum faſtidium, & patriæ cœleſtis amorẽ, ſpemq́; ſalutis certiſsimam ſpiraret. Subinde enim illa ſuauiſsima uerba repetebat: SIC AMAVIT DEVS MVNDVM VT FILIVM SVVM VNICVM DEDERIT: VT QVISQVIS EI FIDEM HABEAT, NON PEREAT, SED VITAM OBTINEAT SEMPITERNAM: precabatur, ſuũq; Domino in manus ſpiritũ cõmendabat. Quanti autem animi & fiducię fuit illa uox, cùm crebro anhelans ac ſuſpirans (agebat enim animam) diceret: Iam iam ad ardui huiuſce montis uerticem propè conſcendimus, euaſimus, atq; in huiuſmodi cogitationibus & uerbis, quaſi obdormiens, expirauit. O beatam mortem, quæ non uitam Gelenio noſtro ademit, ſed dedit: quæq́; ei gradus ad immortalitatem fuit. Sic Gelenius poſt labores abijt ad quietem anno ætatis ſuæ quinquageſimoſeptimo, nobis amicis ſuis magno ſui deſiderio relicto, qui cùm nobis tũ literis eum diutius (quod per ætatem potuit) uixiſſe cupiebamus. Sed bene cum ipſo actũ: nobiſcum non ita bene, qui doctiſsimi & ſuauiſsimi uiri conſuetudine & fructu priuati ſumus. Hæc de Gelenio noſtro Bonifaci humaniſſime: nunc pauca de Appiano ipſo ut polliciti ſumus: mox te ad eius lectionem dimittemus, ex qua maiorem, quàm ex noſtro ſermone capies cum delectatione utilitatem. Appianum Alexandrium Sophiſtam, ideſt Rhetorem, & doctum magiſtrũ fuiſſe tradunt. Sic enim ueteres Sophiſtæ nomine intelligebant, antequam ad eos ea appellatio transferretur, qui aut oſtentationis, aut quæſtus cauſa philoſopharentur. Fuiſſe uerò eum Aelij Hadriani imperatoris, qui bonus Traiano bono ſucceſsit, temporibus, ipſemet in Syriacis teſtatur. Vigintiduos hiſtoriæ Romanæ libros reliquiſſe, Volaterranus affirmat, ſed enumerat tantùm undecim, ex quibus nouem ait à P. Candido conuerſos, Lybicum (ſic enim uocat) Parthicum, Syrum, Mithridaticum, & Ciuiliũ bellorum libros quinq;. nam etſi Illyrici, &

 Celtici

Celtici, mentionem poſt facit, non tamen eos à Candido conuerſos dicit, credo quòd fragmenta potius, quàm libros eſſe exiſtimaret, alioqui & Illyricum, & Celticum in Candidi codice adiecta ſunt: ſed fieri poteſt, ut non à Cãdido, ſed ab alio conuerſi fuerint. Illyricum certe integrum eſſe non uidetur: & Celticum, ſiue De bellis Gallicis, Epitome potius, aut index capitum eius belli, quàm hiſtoria Appiana dicẽda eſt. Quod ad græca exemplaria attinet, ea mirifice uariant. Id enim quod Candidus, qui Nicolai v. Pontificis Romani ab epiſtolis fuit, ſecutus eſt, ſi modò omnia quæ in eo erant, conuertit: Hiſpanienſe, quod hic damus, non habuit: at Mediceum exemplar, in Italia habet. Rurſum codex Roberti Stephani, quo uſus eſt Gelenius, neq; Illyrica, neq; Hiſpanienſia habet: ex quo uidere licet ſcriptorũ in deſcribendis ueteribus monumentis negligentiam: qui nullum integrum exemplar poſteritati tradiderunt: niſi forte uetuſtas, & bellorum uarij caſus illa nobis mutilarunt. Mentionem quidem ipſe Appianus facit initio Punicorum bellorum, Siculę, & Hiſpanienſis, & Annibalicæ hiſtoriæ à ſe deſcriptæ: in Hiſpanienſibus uerò, & Sicilienſis, & Annibalici, & Viriatici belli, quæ ſeparatim poſteritati mandauit. At tria hæc poſtrema nondum reperta ſunt: quæ fortaſsis etiam aliquando cum alijs in lucẽ prodibunt. Sed nec is uidetur eſſe ordo librorum & hiſtoriarum, qui poſitus eſt. nam ante Punica bella, uidetur ipſe, ſuos libros nominans, Sicilienſe, Hiſpanieſe, Annibalicum, & Viriaticum, de rebus quæ Annibal in Italia, & Viriatus Luſitanus in Hiſpania contra Romanos geſsit, hoc ipſo ordine collocare. Gelenius igitur quæ ſunt in hoc uolumine, conuertit omnia præter Illyricum bellum, quod ex Candidiano codice huc adiectũ eſt, ne lector illo fraudaretur: & præter Hiſpanienſe, quod nos ut potuimus, cõuertimus. nam exemplar ipſum aliquot locis corruptum inuenimus. Mirabitur fortaſsis aliquis, quid in mentem uenerit Gelenio, ut poſt Candidianam Appiani uerſionem, ſuam adijcere non dubitarit. Sed facile hac de re iudicabunt eruditi, ubi utranq; contulerint. Videbunt enim eum id in hoc autore non magis fruſtra adgreſſum eſſe, quàm in Dionyſio Halicarnaſſeo, qui quoq; Latinè extabat, ſi modò Latina dicenda ſunt, quæ ſcatẽt barbariſmis: & uerſa quæ ſæpenumero inuerſa & peruerſa ſunt. De genere uerò & forma hiſtoriæ conſcribendæ Appiani noſtri aliquid dicendum eſt. Certum eſt illum Thucydidis ac Salluſtij filum & rationẽ ſibi propoſuiſſe: atq; utriuſq; religioſam dictionem, immortalemq; uelocitatem, imitari uoluiſſe. Nam non perpetuam hiſtoriæ ſeriem texit, ut

Liuius

Liuius & alij, ſed ex tota re, ideſt, ex Romanorum rebus geſtis maximis, plurimis, & immortalibus, quæ cum quaq; gente, aut populo, aut uiro bella geſſerunt, ſeiunxit partes: totidemq; fecit hiſtoriæ corpora, quot ab eis bellorum genera & ſuſcepta & geſta ſunt. quam ſcribendæ hiſtoriæ rationem & imaginem Cæſar quoq; in ſuis illis tantopere laudatis commentarijs ſecutus eſt. Hoc enim in genere, nihil inane, nihil fabuloſum, aut prodigioſum inuenitur: nullæ ſuperuacaneæ, atq; ad oſtentationem fictæ contiones, aut orationes leguntur: ſed omnia pura, uera, religioſa, & neceſſaria: in quo uanitatem & ineptias in ſcribenda hiſtoria Græcorum non eſt imitatus: quod non eſt hiſtoriam ſcribere, ſed fabulas. At uerò hiſtoria, ut nō minus eleganter quàm uerè deſcribit apud Ciceronem Antonius, teſtis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis appellatur. Has igitur Appiani ueriſsimas hiſtorias tanquam de manu Gelenij noſtri accipies Bonifaci Amerbachi: quas ipſe tibi mea manu, animo & fide, donat, atq; in tuam tutelam unà cum coniunge ſua chariſsima, & dulciſsimis liberis, tradit, & commendat. Ego uerò tibi quoq; meam, quam in hoc aſſe unciam uel ſextulam habeo, tibi quoq; dono, & lego. Neq; rei paruitatem æſtimaueris, ſed donantis animum: ſi modò donare dici poteſt, qui tantulam pro immortalibus beneficijs refert gratiam.

Vale. Baſileę VII Idus Iunij

M. D. LIIII.

# APPIANI ALEXANDRINI IN ROMANAS HISTORIAS PRAEfatio. Sigiſmundo Gelenio interprete.

SCRIPTVRVS populi Romani res geſtas, neceſſari-
um duxi, primùm fines imperij deſcribere: qui ſic ha-
bent. In Oceano Britannicarum gentium maiorẽ par
tem cõtinent. inde Herculeum fretũ petentibus, atq;
porrò uniuerſi mediterranei maris oram eaſdẽ uſq;
columnas circum relegentibus, quicquid inſularũ regionúmue ma-
ritimarum in conſpectũ uenit, Romani iuris cenſetur. harum genti-
um primi ad dextram fretũ penetrantibus ſunt Mauri, quà mare ac-
colunt: deinde Afri alij Carthaginẽ uſq;. ſupra hos remotiores à ma-
ri ſunt Nomades, quos Latini uocãt Numidas, ipſamq́; regionẽ Nu
midiam. ſequũtur in ora Lybies ſecundum utramq; Sirtim ad Cyre-
nen pertinẽtes: tum Cyrene ipſa, Marmaridæ Hammonijq́;, & quic-
quid populorũ circa Mareotem lacũ habitat. ad hæc magna illa urbs
in Aegypti confinio, Alexandri conditoris nomen referens: ipſaq́;
Aegyptus patens aduerſo Nilo nauigantibus uſq; uerſos ad orien-
tem Aethiopas, per mare uerò uſq; Peluſium. hinc curſu flexo in ora
occurrit Palęſtina regio Syriæ, ſupra quã eſt pars quędam Arabum.
ad mare Palæſtinos contingunt Phœnices: ſuperiora occupat caua
(ut uocant) Syria, & quæ Euphratem uſq; amnem porrigitur: tum
remotiores etiã Palmyreni cincti arenis ſqualentibus, & ipſi ad Eu-
phratem pertinentes. Poſt Syros ſunt Cilices, hisq́; confines Cappa-
doces, & Armeniæ pars quam Minorẽ nominãt. deinde cæteræ gen
tes, quotquot ſecundũ Euxinum pontum parent Romano imperio.
harum Syri & Cilices noſtrũ mare ſpectant: Armenij uerò atq; Cap-
padoces hinc Ponticis nationibus ſunt finitimi, inde mediterraneis
quas Maior Armenia complectitur: nulla quidem Romanis tributa
pendens, ſed ex eorum autoritate reges accipiens. medio autem Cap
padocas inter & Cilicas ſpatio, quà in Ioniam iter eſt, ingens in mare
procurrit peninſula, cuius dextrũ latus Euxino Propõtideq́; & Hel-
leſponto atq; Aegæo clauditur, læuum Pamphylio Aegyptioq́; ma-
ri alluitur. fertur enim utrumq; peninſulam facere, cuius incolæ ad
Aegyptium pelagus uerſi Pamphylij ſunt & Lycij, ac deinceps Cares
uſq; Ioniam. cæteri Euxinum, Propontidem, Helleſpontumq́; ſpe-
ctant, Galatæ, Bithyni, Myſi, Phryges. mediterranea eius tenẽt Lydi
& Piſidæ. tot gentes habitant hanc peninſulam, omnes Romanorum
ſubic-

ſubiectæ imperio. trans fretum uerò in Europa & alias prouincias habent Ponto contiguas, Mœſiam ac Thraciam quà Euxinum accolit. ab Ionia uerò Aegæus ſinus incipit, inde alter Ionius, poſt quem eſt fretum Siculum, & inde Tyrrhenum mare uſque columnas Herculeas. atque hæc eſt longitudo ad Oceanum ab Ionia. in quibus oris hæ ſunt Romanæ prouinciæ, Græcia uniuerſa, Theſſalia, Macedonia, tum finitimæ Thraciæ reliqua, & Illyricum ac Pannoniæ. Sequitur ipſa Italia longiſsimo protenſa ſpatio, ab Ionio mari præter Tyrrhenicum tendens uſq; Galliam: cuius prouinciæ gẽtes partim noſtrum mare ſpectant, partim ſeptentrionalem Oceanum, partim ſecundum flumẽ Rhenum habitant. his accedit uniuerſa Hiſpania, & Celtiberi pertingentes ad ſeptentrionalem occidentalemq́ue Oceanum ac columnas Herculis. de ſingulis harum regionum dicetur diligentiſsimè, cùm ordo narrationis ad eas nos deduxerit. nunc quàm amplis finibus maritimis imperium includatur dictum eſt. terreſtri uerò itinere luſtranti eos occurrit pars Mauritaniæ uergens ad occidentalem Aethiopiam, tum aliæ propter nimium æſtum aut noxias beſtias incultiores regiones Africæ, uſque orientales Aethiopas. & hi quidem in Africa ſunt Romanorum termini. in Aſia uerò, flumen Euphrates, mons Caucaſus, Armeniæ maioris regnum, Colchis quæ ad Euxinum mare colitur, & reliquum oræ illius. in Europa duo maximè fluuij Romanorum imperium finiunt, Rhenus & Danubius: horũ Rhenus in ſeptentrionalem oceanum, Danubius in Euxinum pontum euoluitur. alicubi tamen trans hos quoque amnes Germanis tranſrenanis nonnullis imperant, & Getis ultra Danubium, quos ipſi Dacos nominant. hi ſunt uerſus continentem termini, quantum exactiſsimè eos digerere potuimus. inſulæ quoque quotquot ſunt in mari mediterraneo, Cyclades, Sporades, Echinades, Tyrrhenicæ, Baleares, ſeu quocunque alio nomine, uel circa Africam, uel in Ionio, Aegyptio, Myrtoo, Siculo, cæteroq́ue noſtro mari quibuſcunque diſtincto uocabulis: tum illæ quas ob excellentiam Græci magnas nominant, Cyprus, Creta, Rodus, Lesbus, Eubœa, Sicilia, Sardinia, Corſica, & ſi qua eſt alia maior minór ue, omnes Romanis parent. in Septentrionali etiam Oceano transportatis copijs in Britanniam inſulam, quæ præ magnitudine uideri poſsit alia terra continens, occuparunt pluſquam dimidiam, de reliquo eius parum ſoliciti, ut minus commodo, quando ne id quidem quod poſsidẽt ex ea, fructus affert uberes. ex his tot ac tantis gentibus Italos ipſos magno labore poſt quingenteſimum demum annum perdomuerunt, cuius temporis dimidium

uixere ſub regibus.deinde his expulſis iureiurando obſtricti nemi-
nem regem ſe paſſuros,per optimates remp.adminiſtrarunt,& per
magiſtratus annuos.cæterùm poſt quingentos illos annos ducentis
maximè imperium in immenſum creuit augmentis continuis, acce-
dentibus innumeris externis auxilijs:quo temporis ſpatio plurimas
Populus Ro.acquiſiuit prouincias. poſt hæc C. Cæſar cæteris ætatis
ſuæ potentior,ubi principatum ſuum cōſtabiliuit, ſpeciem quidem
reip.nomenq; reliquit,ſibi tamen imperium in omnes uſurpauit:&
ſic in hodiernum uni parent omnia:quem non Regem dicunt,pro-
pter religionem opinor iuriſiurādi ueteris,ſed Imperatorem nomi-
nant:quæ appellatio communis eſt eorum etiam qui ad certum tem
pus præſunt exercitibus . ſed reuera omnino reges ſunt . hoc genus
imperatorum ætas in præſentem diem alteros c c annos penè com-
pleuit,quo tēpore Vrbs reddita eſt ornatiſsima,aucta in immenſum
etiam reditibus, longa conſtantiq; pace res prouehente ad felicitatē
tutiſsimā . nam imperatores hi ueteres etiam prouincias ampliores
fecerunt,alias conatas ab imperio deficere continuerunt in officio.
in ſumma,ut ſunt prudentes,contenti maritimis regionibus omniū
optimis,malunt has excolere,quàm imperium in infinitum profer-
re ad gentes barbaras,inopes domi, & nil lucri afferentes dominis.
quarum aliquot ego uidi in Vrbem legatos ueniſſe,ut ſe ſuosq; po-
pulares dederent,nec receptos ab imperatore,ut ipſi inutiles.innu-
meris enim alijs gentibus ipſi dant reges, quòd imperium his opus
non habeat.& ſunt prouinciæ in quas inſumendum eſt, cùm pudeat
quamuis damnoſas abijcere . cæterùm circūquaq; in præſidio ſunt
magni exercitus, qui tantum terræ mariſq; tanquam regionem ali-
quam cuſtodiunt.nec ullum imperium ad hanc ætatem uel tam am-
plum uel tam diuturnum fuit.nam nec res Græcorum, etiamſi quis
eas exorſus à Dario,unde potiſsimum claritatis initium, ad Philip-
pū Amyntæ deducat,& Athenienſes, Lacedæmonios Thebanoſq;
in unum congerat,iam apparebunt magnificæ.nam illi pro dignita-
te ſuarum ciuitatum inter ſe certabant potius quàm pro parando im
perio,nec ullum eorum certamen clarius fuit quàm pro libertate ad
uerſus oppugnantes eam reges exteros.quòd ſiquis eorum nauiga-
uit in Siciliam ſpe augendi imperij,cladem accepit.aut ſiquis tranſi-
uit in Aſiam,etiam is nō magnis rebus geſtis reuerſus eſt.In ſumma,
Græcorum potentia quantumuis ambitioſa,extra Gręciam nihil fir
mæ ditionis acquiſiuit,contenta libertatem generis diu tueri,& in-
uictæ uirtutis opinionem.cæterùm poſt Amyntæ Philippum & Ale
xandrum huius filium,uidētur mihi ſe malè geſsiſſe, & indignè ſuis

maio-

maioribus. Aſiaticum quoque imperium rebus geſtis ac uirtute minimè conferendum his quæ Europa protulit, propter infirmitatem ignauiamque earum gentium, apparebit in proceſſu huius hiſtoriç. paucis enim prælijs Romani in ſuam poteſtatem redegerunt tot quas nunc tenent prouincias, quamuis defenſas milite Macedonico. uerùm circa Africam Europamque exhauſerunt laboris plurimum. rurſus Aſſyriorum, Medorum, Perſarum tria maxima imperia ſimul congeſta ne tempus quidem nongentorum annorum æquare poſſunt, quantum durauit in hodiernum Romana potentia. amplitudo uerò illorum imperiorum dimidio minor fuit, ſi conferantur termini. ſiquidem Romani ab occidentali Oceano ad Caucaſum montem, & fluuium Euphratem, & Aethiopas qui ſunt ſupra Aegyptum ac Arabiam, uſque orientalem Oceanum imperant: atque ita ab occaſu ortuq; ſolis clauduntur Oceano. maris quoque mediterranei totius tenent dominium, & inſularum omnium, atq; etiam in Oceano Britanniæ. Medi uerò Perſæque cùm plurimum mari pollebant, aut Pamphylium ſinum habuerunt cum una Cypro inſula, aut paruam aliquam partem Ioniæ regionis maritimæ. nec Perſici ſinus, quem in poteſtate habebant, amplitudo magna eſt. Iam Macedonum res ante Philippū Amyntæ filium fuere admodum tenues, nec uſquequaque liberæ. ipſe Philippus laborauit ſatis feliciter, uerùm intra Græciam regiones que finitimas. ſub Alexandro demum regnum illud amplitudine, frequentia uirorum, proſperitate uictoriarum ac celeritate factum eſt florentiſsimum, & penè incomparabile, cæterùm fulguri ſimile ob breuitatem temporis: cuius quidem uel in multas diſtracti ſatrapias, portiones diu retinuerunt ſplendorem priſtinum. certe ſoli mei reges alebant ducenta milia peditum, quadraginta milia equitum, trecentos elephantes bello aſſuetos, curruum falcatorum duo milia, armorum quantum trecentis milibus ſufficiat. præter hunc terreſtrem apparatū, duo milia actuariarum, & id genus minorum nauium præſto erant: longç uerò ab hemiolijs uſque quinqueremes M D, inſtrumentum longarum duplum, thalamegi auratis puppibus roſtriſq;, quas ad oſtentationem in bello ipſi reges conſcendebant, DCCC. pecuniæ uerò numeratæ in theſauris DCCXL talentorum Aegyptiorum milia. totum enim hoc apparet ex regijs tabulis adhuc extantibus, in quas referebantur huiuſcemodi omnia: quas reliquit Alexandri ſucceſſor in regno Aegyptio, regum omnium parandis opibus attentiſsimus, & expendendis ſplendidiſsimus, magni-

magnificentiſsimusq́; in operibus. conſtat autem alias quoq; ſatrapias non multò deteriores fuiſſe, omnes tamen attritas poſterorum conflictationibus mutuis, quòd diſsidium ſingularis peſtis magnorum regnorum eſt. at Romanum imperium magnitudine felicitateque præſtitit propter diuturnitatem ſuam, & ſenatus in cõſilijs prouidentiam, quanquam nec uirtus nec tolerantia laborum difficultatumq́; ſumma in eo parando defuit: quas tamen felicitates ſucceſſuum moderatè tulerunt donec opes confirmarentur: ac ne cladibus quidem ceſſerunt, aliquoties xx milibus amiſsis una ſtrage, interdum quadraginta aut quinquaginta, nõ ſemel de ipſa Vrbe adducti in periculum, intercedente continuè nunc fame, nunc ſeditione, nunc peſtilentia: quæ omnia cohibere ambitionem non potuere, donec DCC annis eluctati per tot erumnas ac pericula, uno eodemq́; tenore imperium ſuum prouexerunt ad hoc faſtigium, ut felicitatis prudentiæq́; fructum perciperent uberrimum. eas res multi Græci, multi Romani autores ſcripto prodiderunt: & eſt argumentum copioſius quàm rerum Macedonicarum quondam longè ampliſsima. Me uerò contemplatum eorum uirtutem, & eam ſpectare cupientem per gentes ſingulas, ſtilus huc illuc traduxit è Carthagine in Hiſpaniam, inde porrò in Siciliam aut Macedoniam, aut ad legationes auxiliá ue aliarum atque aliarum gentium: inde rurſum reduxit Carthaginem aut in Siciliam errabundum, ac rurſum ab his imperfectis aliò tranſtulit: donec per partes mihijpſi congeſsi, quoties in Siciliam exercitus aut legatos miſerint, quid ùe in ea inſula geſſerint, donec in præſentem formam eam redegerunt. item quot bella, quot fœdera legationés ue ultro citroq́; miſſæ inter duos populos interceſſerint, quas clades mutuò uel intulerint uel acceperint, donec Carthago eſt diruta, & Africa facta prouincia: rurſusq́; inſtaurata Carthagine Africa ad præſentem ſtatum deuenit. idem feci per ſingulas prouincias, cupiens cognoſcere quid in unaquaque Romani geſſerint: ut ſcirem cuiuſque gentis uel ignauiam uel induſtriam, tum uictoris populi uirtutem atq; fortunam, & ſi quis interea caſus memorabilis incidit. moxq́; ratus & alijs gratum fore ad hunc modum res Romanas perdiſcere, prouinciatim narratione aggreſſus ſum, omiſsis quæ interim alibi geſta ſunt, & dilatis in ſuum ordinem. tempus ubique aſcribere operę uiſum eſt ſuperuacuæ: tantùm ex interuallo admonebimus eius in rebus notatu dignioribus. cæterùm nomen olim cuique Romano unum erat, ut cæteris omnibus: pòſt acceſsit alterum, nec ita dudum etiam tertium cœptum eſt addi qui-

quibuſdam, quo magis agnoſcerentur ex aliqua nota corporis, aut uirtute animi: quemadmodum & Græci aliquot nominibus adiuncta habebant cognomina, ego interdum ponam omnia, præſertim uirorum illuſtrium, quo noſcantur facilius. pleroſque autem uel horum uel aliorum, eo appellabo quod uidebitur maxime proprium. Cum autem tres ſint libri quibus res populi Romani intra Italiam geſtæ, ſanè non paucæ continentur, exiſtimandi ſunt omnes narrare de bellis Romanorum Italicis, licet diſtincti ſint propter memorabilium rerum copiam. horum primus geſta ſeptem regum cuncta complectitur, eo quo regnarunt ordine, cui feci titulum, Romanarum hiſtoriarum liber de regibus. ſequuntur res geſtæ per Italiam uniuerſam, abſque populis qui mare Ionium accolunt: qui liber ad differentiam prioris inſcribitur, Romanarum hiſtoriarum, de his bellis quæ deinceps poſt reges pulſos geſta ſunt in Italia. ultimi omnium in ea terra Samnites, Ionio mari propinqui, gens magna & ferox, per octoginta annos cum Romanis conflictati ſunt, donec & ipſi, & eorum ſocij, Græci quoque qui habitant intra Italiam, ſubacti ſunt. hic ad priorum diſcrimen dicetur, Romanarum hiſtoriarum liber de bello Samnitico. reliquorum ſinguli pro ſuo quiſque argumento habebunt titulos: Romanarum hiſtoriarum liber de bellis Gallicis, uel Sicilienſibus, uel Hiſpanienſibus, uel de bello Hannibalis, uel de bellis Punicis, uel Macedonicis, cæteriſque ſimiliter. Quorum ordo eſt ſecundum ordinem temporum, quibus cœpta finitá ue ſunt: etiamſi aliquando alia multa interuenerint. ſeditiones uerò domeſticæ bellá que ciuilia, horrenda præ cæteris, prodentur iuxta ætates autorum, qui hos motus concitarunt, uidelicet Marius & Sylla, Pompeius & Cæſar, Antonius alterque Cæſar Auguſtus cognomine, & interfectores ſuperioris Cæſaris. poſtremum erit quo ipſi uictores inter ſe commiſſi ſunt, ciuilium bellorum nouiſsimum, quo tempore Aegyptus quoque uenit ſub Romanum imperium. ita res ſingularum gentium in ſuos libros, & bella ciuilia iuxta ſuos duces, digeruntur. ultimus liber, quantis exercitibus muniatur hoc imperium, quantosq; reditus habeat è ſingulis prouincijs, tum ſiquid ſuperimpendit in claſſes præſidiarias & nauales ſocios, indicabit, cæteraque huiuſmodi. aptiſsimum autem exordium ab ipſorum genere ſumetur,

ſcripturo

ſcripturo de eorum uirtutibus. Quis uerò hæc ſcribam, multi norunt, & ipſe antè docui: ut autem apertius dicam, Alexandrinus ſum, honeſtiſsimo loco habitus in patria, uerſatusq; Romæ in agendis cauſis apud Auguſtorum tribunalia, donec me inter ſuos Procuratores optauerunt. cætera qui uolet ſcire, ex commentarijs de hac ipſa re ſcriptis cognoſcere poterit.

APPIANI ALEXANDRINI PRAEFATIONIS FINIS.

# APPIANI ALEXAN DRINI ROMANARVM HI= STORIARVM DE BELLIS Punicis liber.

CARTHAGINEM in Africa Phœnices condi
derunt annis L. ante captum Ilium. condito-
res fuere Xorus & Carchedon: ut autem Ro-
mani ipſiq́; Carthaginienſes exiſtimāt, Dido
mulier Tyria, cuius maritum Pygmalion Ty
ri tyrānus clàm interfecerat. illa per ſomnū
cæde cognita, cum pecunijs multisq́; uiris ty
rannidem fugientibus, nauibus in Africam
uenit, ubi nunc Carthago eſt. cumq́; repellerent ab Afris, petiere tan
tum loci ad incolendum, quantū tauri tergus comprehēderet. riſe-
runt illi Phœnicū ſordes, & puduit tantillam rem pernegare. ſed ma-
ximè mirati ſunt quomodo oppidum in eo ſpatio poſſet fieri. cupi-
diq́; uidendi cōmentum illud ingenioſum, iurati promiſerunt ſe da-
turos. Phœnices ſecto in orbem corio ſic, ut unam corrigiā efficerēt
tenuiſsimā, circūtenderunt ubi nunc eſt arx Carthaginiēſium, quam
inde Byrſam nominant. procedente tēpore ex hac ſede incurſantes
finitimos & uincentes, nauibus quoq; per mare uictum quærentes
more patrio, arci urbem circundederūt, iamq́; potentes obtinuerūt
Africam mari latè imperantes, ſuſceptis etiam externis expeditioni-
bus in Siciliam & Sardiniā aliasq́; maris eius inſulas, & in Hiſpaniā
quoq;: paſsimq́; deductis colonijs, ſic imperium acquiſiuerūt Græ
corum conferendum uiribus, Perſarum uerò opibus. Septingenteſi
mo autē anno à Carthagine cōdita, Romani abſtulerūt eis Siciliam,
& paulo pòſt Sardiniam: ſecundo uerò bello punico Hiſpaniam: in-
uadentesq́; alteri alteros magnis copijs in ſuis ſedibus, Pœni Hanni-
bale duce per XVI. annos uaſtarunt Italiam: Romani uerò Africam,
Cornelij Scipionis maioris auſpicijs, donec Carthaginiēſibus impe-
rium, claſſes, elephantos ademerūt, pecuniamq́; ad certum tēpus per
ſoluendam imperarunt. tum uerò pax reddita ex fœdere manſit per
annos L. donec hac quoq; turbata, tertium ac nouiſsimū bellum pu-
nicum exortum eſt, quo uictores Romani diruerunt Carthaginē du-
ctu Scipionis minoris, additis in inſtauratores diris imprecatiōibus.
coloniam tamen deduxerunt in locum proximū, opportunam ad A-
fros continendos in officio. Cæterum quæ Carthaginienſes in Sicilia

geſſerũnt, cõtinet hiſtoria Sicula, ſicut Hiſpanienſis quæ geſſerũt in
Hiſpania: Hannibalica itẽ quæ is geſsit in Italia. hoc uolumẽ peculia
riter rebus in Africa ab initio geſtis dicatũ eſt. incipiemus aũt à tem-
pore belli Siculi, quando Romani CCCL. nauibus appulerũt in Afri
cam, & captis aliquot urbibus, cum exercitu & poteſtate reliquerũt
ibi Atiliũ Regulũ. is alia ducẽta oppida occupauit, quę tędio Carthagi
nienſiũ ad eum defecerũt, progreſſusq́; ulterius agrũ eorũ ſuburba-
num populatus eſt. illi à Lacedæmonijs ducẽ petierũt, rati per bono-
rum imperatorũ inopiam afflictas res ſuas: à quib. impetrarũt Xan-
thippum. Atilius qui ad ſtagnũ caſtrametatus fuerat circũ oram eius
contra hoſtes iter faciebat æſtuoſo tẽpore, grauibus armis, ſiti, æſtu,
laboreq́; preſſus, & è præruptis locis impetitus miſsilibus. ſub ueſpe-
rã aũt ubi acceſsit ad fluuiũ, quo ab hoſtili exercitu dirimebatur, conti-
nuo traduxit ſuos in ripã ulteriorẽ, ut ſic quoq; terreret Xãthippum.
at ille ſuos inſtructos è caſtris immiſit in eũ, ratus facilẽ fore de feſsis
& male affectis uictoriã, & noctẽ profuturã uictoribus. nec fruſtra-
tus eſt ſua ſpe, nam è triginta uirorũ milibus quibus Atilius pręerat,
pauci euaſere Clypeam, reliqui oẽs aut cæſi aut capti ſunt, proconſul
quoq; uenit in poteſtatẽ hoſtiũ. hunc nõ multo pòſt Carthaginẽſes
feſsi miſerunt cum ſuis legatis Romam, ut aut pacẽ eis impetraret, aut
reuerteretur. ille clàm collocutus cum Romanis honoratioribus autor
eis fuit bellum cõtinuandi, & reuerſus eſt paratus ad ſuppliciũ. Pœni
incluſum cauea ſtimulis intus extantibus cõfecerunt. Xanthippo ſua
felicitas perniciẽ attulit. Carthaginiẽſes enim, ne Lacedæmoniorũ ui
deretur tanta uictoria: finxerũt ſe uelle Xanthippũ egregie donatũ ho-
noris cauſa cum triremibus in patriam remittere, quarum præfectis
mandarunt ut eum cum cæteris Laconibus in altũ mergerent. ſic ille
pœnas dedit pro nauata opera ſtrenua, atq; hæ fuere cladium uicto-
riarũq́; uices utrinq; primo bello punico: donec Pœni Romanis ceſ-
ſerunt Sicilia: quomodo autẽ ceſſerint, in rebus Siculis indicatũ eſt.
Poſt hæc pax fuit inter Romanum Carthaginienſemq́; populos, cæte
rum Afri Pœnis ſubditi, qui eis cõtra Siculos miſerãt auxilia: & Gal-
li qui eorũ ſtipendia meruerant, queſti pollicita ſibi, fide punica red-
dita, magnũ bellum eis intulerunt, qui à Romanis ut amicis petierũt
auxilia. permiſſum eſt ut ad hoc ſolum bellum militem Italum merce
de conducerent, nam ex fœderis legibus ne hoc quidem debebatur.
miſerunt & qui pacem inter partes cõponerent, quos Afri audire no
luerunt, ſed futuros ſe ſub imperio Romanorum dixerunt, ſi illis ui-
deatur: nõ ſunt tamen recepti. At Carthaginienſes magnis claſsibus
infeſtando ciuitates quæ defecerãt, intercludebant eis cõmeatus ma-
ritimos

ritimos,& quia terra (ut fit in bello) nõ colebãt, Afri ſuccubuerunt, negotiatores quoq; quotquot præternauigabãt ſpoliabantur ab egenis prædonibus. Romani uerò etiam occidebantur, & proijciebantur in mare, quo laterent ſceleſta facinora. latueruntq; longo tẽpore. ſed deprehenſi tandem pœnas luere tergiuerſabantur, donec decreto contra eos bello, Sardinia mulctati ſunt: idq; aſcriptum eſt priori fœderi. Non multo autẽ pòſt Carthaginienſes expeditionẽ ſuſceperunt in Hiſpaniam, quã per partes adorti ſubiugabant, donec Saguntinis ad Romanos cõfugientibus, Pœnis in Hiſpania pręfixus eſt terminus, ne tranſirent Hiberum fluuium. quod fœdus rurſum uiolarunt Carthaginienſes, duce Hannibale, qui traiecto fluuio exercitus Hiſpanienſes cõmiſit alijs ducibus, ipſe irrupit in Italiam. Romani uero duces P. & Cn. Scipiões fratres in Hiſpania præclaras adepti uictorias, ambo cæſi ſunt ab hoſtibus: & qui poſt eos rexerunt exercitus, parum proſpere bellum adminiſtrabant, donec Scipio Publij, qui in Hiſpania cecidit, filius cum claſſe eò profectus, opiniõe omniũ à deo mitti creditus, & diuinitus omnia gerere, uicit egregie: partaq; hinc ingenti gloria, exercitũ ſucceſſoribus à ſenatu miſsis tradidit: ipſe in urbem reuerſus poſtulauit ut mitteretur in Africam cum exercitu, retracturus Hannibalem ex Italia, & à Carthaginienſibus pœnas expeti turus in ipſorũ patria. id quidam reip. adminiſtratores diſuadebant, negantes oportere exinanita tot bellis Italia, Hannibale tunc quoq; illam uaſtante, Magone in eius latere Ligures Galloſq; in mercenariam militiã conducẽte, in Africam expeditionẽ fieri, & aliena captari priuſquam domi ſit ſecuritas. alij uerò exiſtimabant, Carthaginiẽſes qui nunc intrepidi agerent de ſubiugãda Italia, nemine infeſtante domi, ſi bello domeſtico implicarentur, Hannibalem reuocaturos. Hęc ſententia uicit. non tamen permiſerunt delectus eum habere in Italia etiam tum preſſa armis Hannibalis: tantũ uolũtarios milites, ſiqui ſe offerrent, permiſſus eſt ſecum ducere, & uti Sicilienſi exercitu: additis decem triremibus cum ſocijs naualibus: & præter has quotquot erant in Sicilia. nec pecunia data eſt, niſi quam priuatim amici Scipionis cõtulerunt. adeò negligenter hoc bellum aggreſsi ſunt, quod nõ multo pòſt maximi momẽti uiſum eſt. at Scipio, qui diuinitus iam du dum ferebatur contra Carthaginem, equitũ peditũq; fermè VII. M. collectis traiecit in Siciliã, habens circa ſe primæ pubis ſelectos CCC. numero, quos inermes ſequi iuſſerat. deinde conſcriptis æquè CCC. Siculis diuitibus, iuſsit ad certam diem præſto eſſent inſtructi armis equiſq; quantũ poſſent pulcherrimis. ut uerò uenere, poteſtatẽ eis fecit ſubſtituendi ſibi uicarios. quod ubi libenter acceperunt omnes,

produxit in medium ſuos c c c. inermes, & his arma tradi iuſsit. illi uolentes arma equosq; tradiderunt. ſic Scipio pro c c c. Siculis toti dem Italos ſibi parauit, alienis equis armiſq; inſtructos pulcherrimè. qui mox imperatori ſuo gratias egerũt eo nomine, & poſtea ſemper egregiam ei prçſtiterunt operam. His auditis Carthaginienſes Aſdru balem Giſconis filium ad uenationẽ elephantorũ miſerunt, Magoni mercenariũ militem in Liguria colligenti miſerunt peditum v i. m. d c c c. equites, elephantos v i i. iuſſeruntq; ut adiunctis quantũ poſ ſet alijs copijs inuaderet Etruriam, quo Scipionẽ diſtraheret ab Afri ca. Mago tunc quoq; cunctatus eſt, uel quia nõ poterat ſe Hannibali tam remoto adiungere: uel quia ſemper euentũ præuidebat. Aſdru- bal uerò à uenatione reuerſus, ex delectibus Pœnorũ Afrorũq; ſena confecit milia, & ſexcẽtos equites: ſeruorũ quoq; milia quinque coe- mit ad remigium, & à Numidis accepit equitũ duo milia. mercenari- um etiam militẽ cõducebat, & omnes exercebat ducenteſimo à Car- thagine ſtadio. erãt in Numidia multi reguli ſeiũcti ditionibus, quos inter Syphax honore præminebat. regis quoq; Maſçſulorũ gẽtis ua- lidæ filius erat Maſaniſſa, educatus & eruditus Carthagine: quẽ ut for ma moribusq; præſtantẽ Aſdrubal Giſconis nemini Carthaginienſi um ſecundus optauit ſibi generũ, quamuis Numidam. deſponſa ſibi puella adoleſcens alæ prçfectus abijt in Hiſpaniam. Syphax qui puel- lam adamarat, ſubditam Carthaginienſibus regionẽ populabatur, & Scipioni quãdo ad eum ex Hiſpania traiecerat, promiſit ſe fore belli ſocium ſi Carthaginẽ inuaderet. id ubi ſenſere Pœni, nõ ignari quan tum momentũ in Syphace eſſet ad id bellum, elocarunt ei uirginẽ, ne ſcijs Aſdrubale Maſaniſſaq;, qui tum erant in Hiſpania. quapropter Maſaniſſa indignatus, & ipſe fœdus cum Scipione in Hiſpania inijt non ſentiente (ut putabat) Aſdrubale. qui re cognita, moleſte quidẽ tulit illatam adoleſcenti ac filiæ iniuriam: tamen in rem publicam Pœ norum fore putabat, ſi Maſaniſſam tolleret. quem reuertentem ob de functum patrẽ in Africam, deducendum dedit equitibus, mãdato ut clàm eum per inſidias quomodocunq; opprimerẽt. ille dolum ſubo doratus aufugit, ditionẽq; paternã firmauit collecto equitatu, aſſue- to die noctuq; uelitari iaculationib. incurſando recurſandoq;. nam hoc pugnç genus nihil aliud eſt quàm nunc fugere nũc perſequi. ſci- unt autẽ Numidæ & famem ferre, & herbis ſæpe uti frumenti uice, a- quç potu contenti. equi quoq; ne guſtant quidẽ hordeũ, herba ſem- per ueſcentes, & raro bibentes. ex hoc genere Maſaniſſa collectis fer mè x x. milibus, educebat eos ad uenationes aut prçdas abigendas è cæteris gentibus, operæpretium in his exercitijs exiſtimans. Cartha-

ginienſes uerò & Syphax rati contra ſe factũ hunc adoleſcentis apparatum (erant enim ſibi offenſę conſcij) decreuerũt priores illum inuadere ac debellare, & ita demũ Romanis occurrere. & erãt longe ſuperiores numero, trahentes ſecũ plauſtra & impedimẽta uſq; ad delicias. contrà Maſaniſſa laboris exemplũ erat ſuis omnibus, nihil habẽs præter equitatũ, non iumenta, non cõmeatus, quo expeditior & fugiebat hoſtem & adoriebat, rurſumq; in loca munita ſe recipiebat. & ſæpe circũuentus diuidebat copias, ut agminatim quà poſſent effugerent: ipſe interim cũ paucis latitabat, donec ſuos aut noctu aut interdiu confluentes ex condicto ad ſe reciperet. & accidit aliquando ut cum duobus comitibus in ſpelunca lateret, circũ quam hoſtes caſtra habebant. nec unquã in caſtris ſuis diuerſatus eſt, ſed ars eius fuit præcipua, curare ne hoſtis ſciret ubinam ipſe lateret. quo factũ eſt ut hoſtes non poſſent eum aggredi, ſed tantũ irruentem arcerent. cõmeatus autẽ quotidie quærebat ubi nox ſuperueniret, ſiue rus id eſſet, ſiue uicus, ſiue oppidum, diripiẽs cuncta diuidensq; ſocijs: quamobrem multi ad eum confluebant Numidæ, nõ ob ſtipendia, quæ nulla erant ordinaria, ſed ob lucra uberiora ſtipẽdijs. Ad hunc modum Maſaniſſa Pœnos infeſtante, Scipio rebus omnibus apparatis in Sicilia, ſacra fecit Ioui Neptunoq;, & in Africam profectus eſt nauibus longis duabus ſupra quinquaginta, onerarijs quadringẽtis, actuarijs lembiſq; multis ſubſequentibus. copias autẽ ducebat X V I. M. peditũ, equites M D C. ſimulq; uehebat tela, arma, et uarias machinas. cuius aduentum ubi Carthaginienſes & Syphax audiuere, ſtatuerunt ad præſens per amicitiæ ſimulationẽ ſibi Maſaniſſam conciliare, donec Scipionem uincerent. id conſiliũ eum non latuit: ſed ut dolum dolo rependeret, poſtquã Scipionem certiorẽ fecit de his omibus, tanquam recõciliatus uenit cum ſuis equitibus ad Aſdrubalem. itaq; circa Vticam metati ſunt caſtra, Aſdrubal, Syphax, Maſaniſſa, nõ longis interuallis inter ſe diſtantia: ad quam urbem & Scipio uentis delatus, ipſe quoq; in proxima caſtra poſuit. ab eo non multũ aberant Aſdrubalis caſtra, & in his X X M. peditum, equitum V I I M. elephanti C X L. Syphax ſiue metu, ſiue ancipiti erga utraſq; partes perfidia, finxit ſuum regnũ infeſtari à finitimis barbaris, atq; ita domũ redijt. Scipio paucorum uelitationibus tentauit Aſdrubalẽ, in deditionẽ receptis interim aliquot oppidis. Maſaniſſa uero clàm noctu uenit in caſtra Scipionis: & poſt mutuam ſalutationẽ admonuit eum, ut ſequẽti die trigeſimo ab Vtica ſtadio prope turrim Agathoclis, qui Syracuſanorum olim tyrãnus fuerat, tantum quinq; M. collocaret in inſidijs. diluculo uerò perſuaſit Aſdrubali ut Hannonem præfectũ equitum mitteret,

ſpeculaturũ hoſtium copias,& in Vticam peruaſurum,ne hoſte pro-
pinquo nouis rebus oppidani ſtuderent,pollicitus ſecuturũ ſe,ſi hoc
illi placeat. Hanno profectus eſt cum lectiſsimis M. Pœnorũ equiti-
bus,& Afrorum manu: Maſaniſſa cum ſuis Numidis.ut uerò ad tur-
rim uentum eſt, & Hanno uerſus Vticam cum paucis prouectus eſt,
ex inſidijs pars quædã ſe oſtendit.ibi Maſaniſſa iuſsit eum, cui Cartha
ginienſis equitatus cura commiſſa fuerat, hoſtes ut paucos inuadere:
quem ipſe breui ſubſecutus eſt uelut opem laturus. tum Afris circun
uẽtis,plures ex inſidijs coorti : atq; ita utrinq; miſeri tam Romanorũ
quàm Maſaniſſæ telis cõfixi ſunt,exceptis C C C C. qui uiui in poteſta-
tem uenerunt.quo facto Maſaniſſa propere Hannoni tanquam ami-
cus occurrit,cõprehenſumq́; in caſtra Scipionis adduxit, & cum ma
tre ſua quæ apud Aſdrubalem erat permutauit. Scipio cũ Maſaniſſa
regionẽ eam populati, Romanos quotquot nexi terrã fodiebãt,ſol-
uerũt:quos ex Hiſpania Siciliáue, aut etiam ex ipſa Italia Hannibal cò
miſerat.cumq́; urbẽ magnã oppugnarent,Locham nomine,multũq;
laborarent,Lochenſes admotis iam ſcalis ad mœnia,per caduceato-
rem petierunt,ut eis pacato agmine liceret ex urbe decedere.tum Sci
pio receptui cecinit.miles iratus ob ea quæ in oppugnatione perpeſ-
ſus fuerat,ſignum nõ audijt,ſed ſuperatis mœnibus cunctos nullo ſe
xus ętatíſue diſcrimine contrucidauit.imperator ſuperſtites Lochen
ſiũ dimiſit incolumes, militib.prædã abſtulit.cẽturiones qui in culpa
fuerant,pro contione ſortiri iuſsit,& tres quibus ſors nõ fauit,affecit
ſupplicio.quo facto ipſe prędas agebat.quẽ Aſdrubal inſidijs circum
uenire conatus eſt,immiſſo à fronte Magone pręfectoequitũ,ipſe ter
ga inuaſurus.itaq; in medio deprehenſi Romani diuiſere pręliũ, par
titiq́; operas Maſaniſſa & Scipio,ancipiti certamine in hoſtes obuer-
ſo Afrorum V M deleuerunt,M D C C C ceperunt, reliquos per abru-
pta egerũt præcipites. Scipio mox terra mariq́; oppugnauit Vticam,
impoſita turre in duas coniunctas quinqueremes,unde tela tricubita
lia magnosq́; lapides in hoſtem mittebat, multa damna inferens & re
cipiens,dum naues pulſatæ franguntur:ad hæc aggeres admouens &
arietes ad mœnia,detrahensq́; falcib.coria cęteraq; protegmina.con
trà hoſtis ſubruebat aggeres, falces iniectis laqueis deflectebat, arie-
tum impetum retundebat tranſuerſis trabibus.erumpebant etiã cum
facibus in machinas,quoties uentum in eas uerſum animaduertebãt.
quapropter Scipio deſperãs urbem poſſe capi machinis & operibus,
ad oppugnationẽ eius ſe parabat. Id ubi Syphaci relatũ eſt, uenit cũ
exercitu:& nõ longe ab Aſdrubale caſtra poſuit.fingebat autẽ ſe ami-
cum utriuſq; populi,ut bellum traheret,donec aliæ naues quæ à Car-
thagini

thaginienſibus ædificabantur uenirent, & Galli atq; Ligures merce-narij:& pacis ſequeſter uideri uolebat. cenſebat autẽ æquum po. Ro. abſtinere bellum ab Africa, & po. Carthaginiẽſem ab Italia. Siciliam, Sardiniam, aliasq́; inſulas punicæ ditionis, cũ Hiſpania relinqui Ro. populo. uter populus eas cõditiones aſpernatus fuerit, aduerſus eum arma ſe conſociaturũ cum altero. interim & Maſaniſſam tentabat ad ſe pellicere, Maſæſulorũ regnum ei ſe confirmaturũ pollicens, & è tribus filiabus daturũ nuptum quamcunq; ipſe delegerit. qui uerò hæc offerebat regis ſui nomine, aurũ attulerat, ut ſi nihil impetraret, largitione aliquẽ è miniſtris ad cædem Maſaniſſæ corrũperet. atq; ita euenit, ut internuncius re infecta diſceſſurus, cuidam aurũ daret mercedem patrandi ſceleris. accepit ille, ſed Maſaniſſæ indicauit, & eum qui dederat coarguit. Syphax deſperãs ſe poſſe poſthac fallere, palàm Carthaginiẽſes iuuabat: & urbẽ mediterraneã Tholuntem, in qua & Romanorum apparatus & magna uis frumenti inerat, per proditionem cepit, conciditq́; eius præſidiarios, quòd nollent pacati diſcedere: ſimulq́; denuo magna Numidarũ acciuit auxilia. iamq́; & mercenarij milites, & naues perornatæ aderant. Vt uerò bellum placuit, Syphax contra oppugnatores Vticæ, Aſdrubal ad caſtra Scipionis profectus eſt. claſsis item claſsi eſt oppoſita, ut ſequẽti die ſimul omnia fierent, & Romani in diuerſa diſtracti, nõ poſſent ad omnia ſufficere, numero longe impares. quæ ubi nocte demũ Maſaniſſa cognouit è quibuſdam Numidis, cum Scipione comunicauit. ille hæſit nõnihil, timens ne exercitus in tot negotia diſtractus infirmior redderetur ad om̃ia. præfectos igitur ipſa nocte uocauit in conſiliũ: quibus diu nil expedientibus, tandem poſt maturã cogitationẽ inquit: Audacia nobis amici ac celeritate opus eſt, & pugna ex deſperatione. inuadamus hoſtem priores. quid inde lucri expectandũ ſit diſcite. illos terrebit necopinus aduentus noſter, & quòd inuadãtur à paucioribus: nos non in diuerſa diſtractis ſed cõfertis utemur exercitus uiribus: nec cum uniuerſis hoſtibus cõgrediemur, ſed cũ ijs quos primos aggreſsi fuerimus. ſeorſum em̃ caſtra habẽt. quos ſi per partes adoriamur, pares erimus. certe felicitate præſtamus & fortitudine, quòd ſi deus de primis uictoriam dederit, cõtemnemus cæteros. cæterum qui primi ſint inuadendi, quóue modo aut tẽpore, ſi libet paucis audite. quod cum probarent omnes. tempus, inquit, eſt mox poſt hũc cœtum ſolutum rem aggredi: dum nox eſt, per quã & pugna maiorẽ pauorem incutiet hoſtibus: & imparatiores inueniet, nec quiſquã ſociorũ ipſis ſuccurrere poterit in tenebris. atq; ita præueniemus eorũ conſilia de inuadendis nobis die proxima. cũ autẽ tres exercitus habeãt, naualis longe abeſt,

nec licet naues nocte aggredi. Aſdrubal & Syphax non longe diſtant inter ſe. ex his Aſdrubal caput belli eſt, Syphax noctu nihil audebit, barbarus delicatus & timidus. age igitur inuadamus Aſdrubalem totius exercitus uiribus. Maſaniſſam hunc locemus in inſidijs, ſi fortè Syphax præter opinionẽ caſtris ſe mouerit. pedites autem eamus ad Aſdrubalis caſtra, & undiq; oppugnemus acriter ea cũ ſpe uictoriæ. ſic enim nunc opus eſt. equites autẽ, quorũ per noctem nõdum uſus eſt, præmittam ulterius cincturos caſtra hoſtium: ut ſi nos repelli cõtingat, ſint nobis receptaculo, & amicè protegant: quòd ſi uicerimus, fugientes perſequantur & cõficiant. his dictis miſsisq; præfectis ad armãdum exercitũ, ipſe ſacra fecit Audaciæ Pauoriq;, ne quis ut in nocte panicus terror accideret, ſed fortiſsima opera exercitus exiſteret. & iam aderat tertia uigilia, cum ſubmiſſe tuba ſignũ dedit, moxq; tantus exercitus ibat ſummo ſilentio, donec equites hoſtem circũderunt: ſimulq; pedites ad foſſam peruenerunt. tum exorto clamore promiſcuo, accedentibus ad terrorẽ tubis & buccinis, pelluntur excubiæ, foſſa repletur aggere, uallum conuellitur. aliquot audaciſsimi procurrentes incendunt tabernacula. Afri attoniti è ſomno ad arma proſiliunt, conanturq;, ſed fruſtra, inſtaurare ordines, cum mandata propter tumultũ non exaudirẽtur, ne duce quidem ſatis ſciente quid fieret. Romani in exilientes & trepide ſe armãtes irruunt, plura tabernacula incẽdunt, ſternunt obuios. illi clamore, aſpectu ac ui hoſtium terrentur, nocte obſtante quominus periculum cognoſcerent. ratiq; caſtra expugnata & timentes incendium, denſo agmine procurrebãt in campum tanquam tutiorem. ita diffugientes alij aliò, in circunſtantes equites incidebant & occidebantur. Syphax audito nocturno clamore uiſoq; incendio nõ ſuccurrit, tantũ equitum manum ſubmiſit Aſdrubali. hos Maſaniſſa repente aggreſſus magnã cædem edidit. diluculo ubi Syphax cognouit fugiſſe Aſdrubalem, milites eius uel cæſos uel captos uel diſperſos, caſtra cum apparatu ueniſſe in poteſtatẽ Romanorum, trepide fugit in mediterranea relictis rebus omnibus, ueritus ne Scipio reuerſus à perſecutione Carthaginienſiũ confeſtim in ipſum arma uerteret. quo factum eſt ut & huius caſtra cum apparatu per Maſaniſſam capta ſint. atque ita Romani uno auſu, breui noctis ſpatio, geminis caſtris potiti, duos ſuo lõge maiores exercitus profligauerunt. deſiderati ſunt apud uictores circiter centum milites, ex hoſtibus uerò paulo minus triginta milibus, capti quadringẽti ſupra duo milia. equites etiã ſexcenti Scipioni poſt uictoriã in caſtra uenienti ſe dediderunt. elephanti pars cæſi pars cõſauciati ſunt. Scipio armorũ, auri, argenti, eboris magna ui potitus, equis quoq; multis tum

alijs

alijs tum Numidicis, & una hac illuſtri uictoria deiectis Carthaginien
ſium uiribus, militibus dona diſtribuit, ſelectam prædam in urbẽ mi-
ſit, milites ad laborem exercuit, expectans Hannibalem mox ab Italia,
Hannonem à Liguria, ſuperuenturos. Aſdrubal dux Carthaginienſiũ
in nocturno prçlio ſaucius cum quingentis equitibus Aneam ex fuga
petijt. ubi mercenarios quoſdã è pugna profugos & Numidas recol-
legit, ſeruis quoq; ad libertatẽ uocatis. deinde ubi cognouit capitis ſe
damnatũ à ſuis ciuibus ob male adminiſtratã militiam, ſucceſſore da-
to Hãnone Bomilcaris filio, exercitũ ſibi uſurpabat adiungẽs malefi
cos, & ſecum omnes trahens quà ſpes cõmeatuũ duceret, exercitan-
do durabat, equitũ circiter tria milia, peditũ octo milia, rebus deſpe-
ratis ni uincere contingeret. hæc eius ſtudia tam Romanos quàm Pœ
nos diu latuerunt. cæterum Scipio ad ipſam Carthaginẽ armatas du-
xit copias, ſuperbè inuitans ad prælium, nemine cõtrà prodeunte. at
Amilcar claſsis præfectus cum cẽtum nauibus properauit in portum
Scipionis, ratus prius quàm ille reuerteretur, uiginti Romanas trire-
mes ibi ſe facile cum ſuis centũ expugnaturũ. eum cum Scipio uidiſſet
ſoluere, præmiſit qui os portus obſtruerent, onerarijs per interualla
in ancoris diſpoſitis, ut triremes tanquam per portas quãdo tempus
poſceret poſſent excurrere. naues etiam inter ſe antennis colligarent
& cõiungerent, ut uice muri eſſent. moxq́; ipſe ſuperueniens adiuuit
intentos huic operi. cumq́; Carthaginiẽſes machinis ac miſsilibus im
peterẽtur à nauibus pariter & à terra muroq́;, naues eorũ frangeban-
tur, feſsiq́; diſceſſerunt circa ueſperã. in abeuntes Romanæ per inter
ualla dicta erũpebant, & quoties uim ferre non poſſent, retro ſe per
eadem recipiebant. unam etiam uectoribus uacuã à puppe religatam
ad Scipionem pertraxerũt. poſt hæc utrinq; hiematum eſt, Romanis
commeatus per mare cõuehentibus. Vticenſes uerò & Carthaginien
ſes fame laborãtes in negotiatores graſſabantur, donec aliæ Romanæ
naues ad Scipionem miſſæ per ſtationes hoſtilibus ſunt oppoſitæ, ad
arcẽdas prædatorias. moxq́; uehemẽter fame Pœni preſsi ſunt. Eadẽ
hieme cum propinquus Syphax eſſet, Maſaniſſa ad ſuas copias tertiã
partem Romani exercitus adiungi petijt. quam ubi accepit adductam
à Lælio, unà Syphacem perſecuti ſunt. ille tamdiu ſubterfugiebat, do
nec ad fluuium quendã hoſtibus cum aſſecutis explicauit aciem. tum
Numidæ utrinq; more ſuo multũ telorum cõiecerunt in ſe inuicem.
Romani uerò ſcutis protecti in pugnã ibãt. Syphax uiſo Maſaniſſa ira
tus in eum ſe uertit. lætus ille cõcitauit ſe obuiam. ibi circa utrunq; ma
gno cõflato certamine, Syphax cum ſuis fugatus traijciebat fluuium,
interim equus eius à quodam ictus excuſsit dominum. tum Maſaniſſa
incurrens

incurrens & ipſum cepit, & filiorum eius alterum: quos mox ad Sci-
pionem miſit. ceciderunt in ea pugna è Syphacis parte ad x m. ex Ro
manis ſeptuagintaquinq;. Maſaniſſa c c c. àmiſit. captiuorũ è Sypha-
cis exercitu fuere I I I I m. in his erant Maſæſuli D ſupra duo m. qui ad
Syphacem à Maſaniſſa transfugerant. hos ille expetijt à Lælio, & acce
ptos iugulauit. Poſt hęc Maſæſulorũ terram & Syphacis ſunt ingreſsi
ad reſtituendum Maſaniſſam in regnũ, & ut dedentes ſe in fidem reci
perent, detrectantes uerò imperiũ ſubuerterent. uenerunt & à Cirta
legati dedentes Syphacis regiam. priuatim quoq; ad Maſaniſſam alij,
miſsi à Sophonisba Syphacis uxore, excuſaturi coactas nuptias. hanc
Maſaniſſa libenter accepit, reuertensq; ad Scipionem Cirtæ reliquit,
nimirum futura proſpiciens. ille rogauit Syphacem, quis malus geni-
us ei mentẽ ademerit, ut qui amicus ſe inuitaſſet in Africã, fidẽ deosq;
iuratos falleret, Romanosq; præterea, quibus ſpretis ſecutus ſit partes
Carthaginienſiũ paulo ante hoſtium comuniũ. qui reſpondit: Sopho
nisba Aſdrubalis filia, cuius amore in meã perniciẽ captus ſum. eſt e-
nim amatrix patrię nimia, & poteſt quẽuis flectere ad quidlibet. ipſa
me ex amico ueſtro fecit amicũ ſuæ patriæ, & ex tanta felicitate conie-
cit in hanc miſeriã. te uero moneo (poſtquã enim ueſter ſum, & alie-
nus à Sophonisba, uobis fauere debeo) caue à muliere ne Maſaniſ-
ſam quocunq; uult pelliceat. non enim ſperandũ eſt ut ipſa Romanas
partes foueat. tanta ineſt ei caritas patriæ. hæc ille, ſiue quia uera, ſiue
per zelotypiã, ut Maſaniſſam ualde læderet. Scipio Syphacẽ pruden-
tem habitũ & regionis peritũ conſilijs adhibebat publicis, audiebatq;
ſententiam eius, quẽadmodũ olim Cyrus Crœſi regis Lydorum. cũq;
ueniſſet Lælius, eadẽ ſe de Sophonisba audiſſe referens, Scipio à Ma-
ſaniſſa tradi ſibi uxorẽ Syphacis petijt. quo recuſante, & quæ ſibi du-
dum cum ea interceſſerant memorante, Scipio durius imperauit, ne
quid per uim uſurparet è præda populo Ro. debita, ſed deponeret in
medium, ac tum ſi uideretur poſceret. ſic ille abijt cum quibuſdã Ro
manis, traditurus eis Sophonisbam. ſed primus clàm eam cõuenit ue-
nenum afferẽs: optionẽq; utrum bibere mallet, an Romanis ultro ſer-
uire. & hoc tantũ dicto, equum concitauit. illa poſtquã nutrici oſten-
dit poculum, rogauit ne defleret honeſte mortuam, moxq; uenenũ
ebibit. eius corpus Maſaniſſa uenientibus Romanis oſtendit, & ſepe-
liuit regali funere, ac mox ad Scipionem redijt. qui laudatũ ſolatus eſt
quòd amiſiſſet malam mulierẽ, coronauitq; ob felicẽ expeditionẽ cõ-
tra Syphacem, & honorauit donis plurimis. cæterum perducto Ro-
mam Syphace, quidam cẽſebant ſeruandũ hominẽ, cuius fideli opera
uſi fuerant in Hiſpania: alij puniendũ, quòd contra amicos arma ſum
pſiſſet

pſiſſet . interim ille morbo ex mœſtitia contracto abſumptus eſt . At
Aſdrubal ubi ſuos ſatis exercuit, miſit quendã ad Hannonem ducem
Carthaginienſium, poſtulans ut ſe collegam aſſumeret: ſubmonéſq́;,
multos apud Scipionem eſſe Hiſpanos, per quos auro pollicitisq́; cor
ruptos poſsint incendi caſtra illius. promiſitq́; etiam ſe ad tẽpus aſto-
re, ſi præſtitutum ſibi fuerit. His auditis, Hanno uaframentis agebat
contra Aſdrubalẽ. nec tamen ſpem abiecit de ſucceſſu conſilij, ſed ho
minem fidum cum auro in Scipionis caſtra miſit ſpecie trãsfugæ, qui
nemini ſuſpectus, multos ſeductos corrupit. quibus ubi diem præſti-
tuit, ad Hannonem redijt. eam ille ſignificauit Aſdrubali. Scipionem
uero ſacrificantem aruſpices monebant cauendum ab incẽdio. is per
totum exercitum dimiſit qui plus ſatis candẽtem ignem cõprimerẽt.
rurſumq́; per aliquot dies inſtaurabat ſacrificia. & cum exta ſemper
idem periculũ portenderẽt, moleſtè ferens mutare caſtra ſtatuit. tum
Ro. equitis ſeruus Hiſpanus, ſuſpectos habens fraudis ſocios, ſimula-
uit ſe conſcium, donec totam rem cognouit & indicauit domino. qui
ad Scipionẽ eum adduxit, & corruptos coarguit. Scipio capite mul-
ctatos omnes extra caſtra proiecit. id Hanno ex propinquo facile ſen
ſit, nec ad præſtitutũ uenit. Aſdrubal ignarus adfuit: conſpectisq́; tot
cadaueribus, conijciens quid accidiſſet, receſsit. eum Hanno apud ca
ſtrenſem multitudinem calumnioſe criminabatur, acceſsiſſe ut Scipio
ni ſe dederet, & infecta re abiſſe. ex eo tempore Aſdrubal in maiore
apud Carthaginienſes fuit odio. per eoſdem dies Amilcar naues Ro-
manas repente aggreſſus, unam triremem cepit & ſex onerarias. Han-
no uero adortus obſeſſores Vticæ, repulſus eſt. Scipio tam longã ob-
ſidionem pertæſus diſſoluit, cum nihil proficeret, machinas Hippo-
nem tranſportauit. & cum hic quoq; nihil ſuccederet, exuſtis eis ut in
utilibus, per agros diſcurrebat, alios perducẽs in amicitiã, alios depo-
pulans. Carthaginiẽſes impares tot cladibus, imperatorẽ eligunt Han
nibalem, & claſſem ad eum mittunt cum prȩfecto, qui aduentum uiri
acceleret. nihilominus ad Scipionem legatos de pace ire iubent, ſpe-
rantes aut pacẽ ſe impetraturos, aut effecturos ut Hannibal ſatis tem-
poris ad reditum habeat. Scipio dedit eis inducias, & acceptis alimen
tis exercitus, permiſit cum S P Q R per legatos de pace agere. legatione
miſſa nihilominus ſtationes tanquã hoſtes habebant pro mœnibus.
legati in ſenatum admiſsi orabant ueniã. patres pars memorabant Pœ
norum perfidiam, ruptaq́; toties fœdera, tum Hannibalis iniurias po
pulo Romano ſocijsq́; illatas uel in Hiſpania, uel in Italia. pars pacem
utiliorem ſibi quàm Pœnis oſtẽdebant, miſerè uexata tot bellis Italia,
non diſsimulando futurũ periculum, tot exercitibus & claſsibus con

feſtim

feſtim cõtra Scipionẽ coituris, Hannibalis ex Italia, Magonis è Ligu-
ria, Hannonis Carthagine. quapropter ſenatus conſilium non expedi
ens, miſit ad Scipionẽ legatos, ut de comuni ſententia cõſuleret, age-
retq́; quicquid uideretur è republica. qui pacem cum populo Cartha-
ginienſi fecit his legibus. Magonem cum exercitu deducant è Liguria
Pœni, nec in poſterũ conducant mercenariũ militem. naues longas,
præter triginta, ne habeant. intra Punicam quam uocant foſſam ſe cõ
tineant. captiuos & perfugas fugitiuosq́; reſtituant. argenti mille ſex-
centa talenta intra certũ tempus in ærariũ inferant. Maſaniſſæ quoq;
cautum eſt ex eodem fœdere, ut non ſolum Maſæſulos, ſed quantum-
cunq; de Syphacis ditione occupare potuerit, bono iure haberet. in
has leges pacis ubi conuentũ eſt, legati in urbem nauigarunt, ut eas iu
reiurando ſancirent apud cõſules. Romani quoq; legati petierũt Car
thaginem, ut ſacramentũ à magiſtratibus Carthaginienſiũ acciperent.
Maſaniſſa à populo Ro: ob egregiam fidem ac operam donatus eſt au
rea corona, & patera aurea, ſella curuli eburnea, toga picta, palmataq́;
tunica, equo phaleris aureis ornato, & armatura totius corporis. Inte
rea Hannibal inuitus nauigauit Carthaginẽ, ſuſpectã habens populi
ſui lubricã fidem erga principes, præcipitiaq́; eius conſilia. & quia fœ
dus ictum uix credebat, uel ſi eſſet ictum, nõ fore firmũ ſciebat, Adru
metum appulit, miſitq́; qui frumentũ cõportarent, & equos coeme-
rent. cum Areacidarum Numidicę gentis regulo ſocietatem inijt. qua
tuor M equitũ, qui quondã Syphacis fuerant, tunc à Maſaniſſa ad eum
transfugerant, ut ſuſpectos obiecit configendos iaculatoribus, equos
diuiſit ſuis militibus. Meſetullus quoq; alius regulus acceſsit ad eum
cum mille equitibus, & Vermina Syphacis alter filius maiorẽ paterni
regni partem obtinens. urbes etiam Maſaniſſæ partim deditione par-
tim ui recipiebat. Narcẽ aũt per inſidias hoc modo. cũ opus haberet
cõmeatu, miſit tãquam ad amicos. & cum uiſum eſt inſidiarũ tẽpus,
plures intromiſit accinctos occultis pugionibus, cũ mandato, ut ne-
minẽ uenditorẽ fraudarent, donec tubæ ſignum audirent: tum uerò
ſternerent obuios, & portas occupatas ſibi ſeruarent. ita Narce capta
eſt. at populus Carthaginiẽſis nuper icto fœdere, præſente adhuc Sci-
pione, nondũ legatis ab urbe reuerſis, cõmeatus Scipioni uento Car-
thaginẽ delatos diripuit, & nautas cõiecit in uincula, ſenatu ſuo mul-
ta interminante, & monente ne uiolarẽtur recens icta fœdera. illi fœ-
dus ut iniquum incuſabant, dicentes, à fame plus eſſe periculi quàm à
uiolato fœdere. Scipio ſemel data pace noluit denuo bellũ incipere,
tantum poſtulauit in iudicium tanquã amicos diſcedentes ab officio.
at illi etiã legatos Romanos cuſtodire uolebant, donec ſui ex urbe re
uerteren

ũerterētur: ſed hos Hanno magnus & Aſdrubal hædus ereptos è tur
ba dimiſerunt deducentibus duabus triremibus. alij Aſdrubali præfe
cto claſsis ad Apollinis promontoriũ ſtanti ſuaſerũt, ut quàm primũ
triremes deductrices diſcederēt, Scipionem adoriretur: & fecit. in eo
conflictu unus atq; alter legatorum ſauciati telis perierunt: reliqui in
ter miſsilia uolitantia ægre ad portũ in quo caſtra habebant euaſerũt,
& è naui ab hoſtibus iamiam occupanda exiliuerunt. tantillum abfuit
quin captiui fierēt. quæ poſtquã in urbe ſunt cognita, legatos Cartha-
ginienſium ob pacem miſſos, qui nondum abierant, ſenatus ut hoſtes
abnauigare iuſsit cõtinuo. illi reuertentes tẽpeſtate in caſtra Scipio-
nis depulſi ſunt. qui præfecto claſsis roganti quid eis facere deberet:
Nihil tale, inquit, quale Carthaginienſes: dimiſitq́; intactos. id ubi ſe-
niores (quod ſanctius eſt conſiliũ) audierunt, conferendo iniuriam
& beneficiũ, exprobrabant temeritatẽ plebi, cõſulebãtq́; uel nunc pa-
cta ſeruarent, & peterēt à Scipione ueniam erroris, mulctamq́; ultro
ſoluerēt. qui iamdudum ſenioribus infenſi ob belli calamitates, quaſi
parum prudenter ab illis adminiſtratũ eſſet, exagitatiq́; turbulentis cõ
tionibus, uanam ſpem cõceperũt, acciueruntq́; Hannibalem cum ſuo
exercitu. ille cõſiderãs belli magnitudinẽ, autor fuit eis uocãdi Aſdru
balem cum copijs quas habebat. ita Aſdrubal abſolutus exercitũ Han
nibali tradidit, attamen ne tum quidem auſus eſt uenire in conſpectũ
ciuium, ſed clam egit in patria. at Scipio claſſe ad Carthaginem admo
ta, excludebat cõmeatus maritimos, ne terra quidẽ ſuppeditante pro-
pter intermiſſam agriculturã belli tempore. per eoſdem dies Hanniba
lis Scipioniſq́; equitatus ad Zamam cõflixerunt Romanis ſuperanti-
bus. ſecutæ deinde per aliquot dies uelitationes mutuæ, donec Scipio
edoctus Hannibalẽ uehementer laborare annonæ inopia, & frumen
tatores uenturos expectare, noctu contra eos miſit Thermum tribu-
num: qui occupato tumulo circa anguſtũ trãſitum, occidit Afrorum
quatuor milia, & uiuos cepit totidem, cõmeatus uerò ad Scipionem
detulit. tum Hannibal ad extremã redactus inopiam, & cogitans quo
modo poſſet ad præſens res diſponere, legationẽ ad Maſaniſſam mi-
ſit, admonẽs educationis & uitæ actæ Carthagine, rogansq́; daret o-
peram ut pax inter ſe ac Scipionẽ fieret. quicquid enim peccatũ ſit, id
plebi eſſe imputandũ, & quibuſdã plebe ſtultioribus. ille memor ſe e-
ducatũ & eruditũ in ea urbe cuius maieſtatẽ reuerebatur, & ubi mul-
tos adhuc priuatim amicos habebat, deprecatus eſt apud Scipionem,
effecitq́; ut renouaretur fœdus his legibus. ut pop. Carthaginienſis na
ues uiroſq́; quos cũ cõmeatu ceperat, pop. Romano redderet, & quic
quid rapuerat reſtitueret, aut pretiũ iuxta Scipionis æſtimationem, &

mulctæ nomine M talenta ſolueret.hæ leges ubi placuere,induciæ fa-
ctæ ſunt,donec nunciarentur Carthaginem: ſic Hannibal ex inſpera-
to ſeruatus eſt. Senatus autẽ Carthaginiẽſis ualde probauit id fœdus,
rogabatq́; plebem ut aſſenſum præberet,continuas calamitates enar-
rans,& quanta ſit præſens inopia tam pecuniarũ quàm militũ & com
meatuũ.quæ, ut ſolet uulgus ſtolidũ, putabat ſuos duces priuatis ſuis
commodis hac pace cõſulere,ut freti Romanorũ amicitia potẽtes fie-
rent in patria:idq́; & Hannibalem nunc agere, & prius egiſſe Aſdru-
balem qui noctu prodito exercitu hoſtibus,paulopoſt uoluerit & ſe-
ipſum Scipioni dedere, & in hoc ad caſtra eius acceſſerit, nunc uerò
in urbe lateat. ad hos rumores tumultu excitato cũ clamoribus,quidã
relicta cõtione obeuntes urbẽ quærebant Aſdrubalem, qui paulo an
te in patris ſepulchrũ ueneno prius epoto ſe abdiderat. illi etiam inde
protractũ cadauer obtruncarũt, & caput haſtæ præfixum circũfere-
bant per urbem. Sic Aſdrubal primũ exulauit immerito, deinde falſo
ab Hannone delatus,& tunc à ciuibus ad mortem adactus, etiam de-
functus contumelijs affectus eſt.qui mox mandarunt Hannibali ut ſo
lutis inducijs bellum inferret Scipioni,& quàm primũ fieri poſſet,ar-
mis de ſumma rerũ decerneret propter inopiam.poſt ſolutas induci-
as Scipio Parthum magnã urbem cepit primo impetu, moxq́; caſtra
admouit caſtris Hãnibalis. ille ſua caſtra mouit, ter miſsis in Romana
exploratoribus:quos cõprehenſos Scipio præter caſtrenſem morem
non interfecit:ſed iuſſos circũire ut armamentaria machinasq́; & de-
currentem exercitum inſpicerent,dimiſit incolumes ad Hannibalem,
ut eum edocerent de ſingulis. ille poſtulauit colloquiũ.quo impetra-
to aiebat populũ Carthaginiẽſem moleſtè ferre fœdus,propter impe-
ratam tantã pecuniam. quæ ſi remittatur, & pop. Romanus cõtentus
ſit Sicilia,Hiſpania,& occupatis inſulis, pacem firmam ac ratam fore.
reſpondit alter,Hannibalem habiturũ ingens Italiæ fuga relictæ preti-
um, ſi hoc abs ſe impetrauerit: interdixitq́; ne amplius nuncios ad ſe
mitteret. ita poſt mutuas minas quiſq; in ſua caſtra digreſsi ſunt. erat
prope oppidũ Cilla,& iuxta tumulus caſtris idoneus:quem Hannibal
occupare uolens,præmiſit qui caſtrametarenẽ:moxq́; cum toto exer-
citu eum petijt.eum cum à Scipione occupatũ inueniſſet, excluſus in-
de pernoctauit in medio cãpo arido, fodiendis puteis occupatus.ex-
ercitus arenam egerens,paululum aquę turbidæ magno labore quęſi
tum bibebat abſq; cibo aliáue cura corporis,pars etiã in armis pernox
perſtitit.id ubi ſenſit Scipio,mane aggreſſus eſt feſſos itinere,ſiti,uigi
gilijs.Hannibal ægre tulit alieno tẽpore ſe cogi ad prælium, conſide-
rans ſiue maneat laboraturũ ſe aquæ inopia:ſiue fugiat, additurũ ho-

ſti animos, poſtremū agmen infeſtaturo. unde neceſſe fuit armis experiri. moxq; in aciē produxit armatorū fermè L M. & elephātos LXXX. hos ante aciē per interualla terroris cauſa cōſtituit. poſt eos uerò tertiam exercitus partem, quæ ex Gallis conſtabat ac Liguribus, intermixtis paſsim ſagittarijs & funditorib. Mauris & Balearibus. hos ſequebatur alter ordo, in quo Pœni Afriq; . tertij deinceps erant Itali ſecuti eius auſpicia, quibus ut uinci magis timentib. fidebat plurimū. equitatus in utroq; cornu cōſtitit. talis fuit Hānibalis acies. Scipio habebat circiter XXIIII M peditum, equites Italos & Romanos M D. auxiliares erant Maſaniſſa cum multis equitibus Numidis, & alter regulus Lacumaces cum D C equitibus. aciem æquè ut Hānibal trifariam diſtinxit, in haſtatos, principes, & triarios. cohortes aliquantū inter ſe diſtantes inſtruxit, ut per eas diſcurſus pateret equitibus. in frōte ſtatuit qui craſsis ſudibus bicubitalibus pleriſq; ferratis elephantos ingruentes cominus feriendo tanquam tormento repercuterent. his cæteriſq; peditibus mandatū eſt, ut impetū beluarum in dextram leuamq; refugerent, & ipſas anticipitibus telis continenter peterent, aut propius accurrendo quoties poſſent, neruos earū ſucciderent. ſic inſtructis peditibus, equitatū Numidarū in utroq; cornu locauit, aſſuetū ferre odorem & aſpectū elephantorū. Italico uerò nō aſſueto talibus, poſtremam aciem clauſit, parato ad excurrendū inter ordines, quàm primū pedites elephantorū impetum retunderent. ſinguli autē horum adiunctum habebant uelitē, armatū multis telis quibus arceret beluas. atq; ita equites quoq; inſtructi ſunt. dextro cornu Lælius. Octauius læuo præfuit. mediam aciē utrinq; imperatores ipſi tuebantur, ſimulq; exiſtimationē mutuā, ſtipati equitibus ut ubicunq; laborantibus ſuccurrerent. habebat autē Hannibal circa ſe eorū IIII M. Scipio uerò duo milia, & inſuper trecentos illos Italos, quos ipſe armauerat in Sicilia. inſtructis aciebus uterq; obequitabat exhortans ſuos: Scipio deos inuocās coram omnibus, quos fœderū teſtes Pœni uiolauerint toties, quoties à pactis diſceſſerint: & milites iubens nō tam multitudinē hoſtium conſiderare, quàm uirtutē propriam, qua et antè hoſtes eoſdem in eadē terra uiciſſent. quòd ſi & uictoribus de futuro ſolicitudo ſit, apud uictos maiorem eſſe proculdubio. Ita Scipio ſuos accendebat, paucitatē eorū conſolans. contrà Hannibal rerū in Italia geſtarū ſuos admonebat, uictoriarūq; illuſtriū, non de Numidis partarum, ſed de uniuerſa Italia. & eueſtigio paucitatem hoſtium oſtendebat, exhortās ne plures paucioribus, & indigenę cederent exteris. periculum quoq; præſentis certaminis & magnitudinē uterq; apud ſuos exaggerabat, Hannibal aſſeuerans agi de Carthagine totaq; Africa, ſeruitura ne an

imperatura ſit in poſterũ. e diuerſo Scipio, uictis non eſſe quò ſe in tu
tum recipiant: uictores ſecuturã magnam acceſsionẽ imperij, ſimulq́;
præſentium laborũ requiem, deſideratũ in patriã reditum, ſempiter-
namq́; gloriam. Poſt has exhortatiões tubæ à Pœnis primum, mox &
à Romanis cecinerunt. in cõgreſſu uerò primi elephanti ornatu terri-
fico pugnam occeperunt, ſtimulis cõcitati ab inſeſſoribus. quos equi
tes Numidæ circumcurſando telis obruebant, donec saucij & in ſuos
ſe uertentes, iamq́; moderatu difficiles, à rectoribus ſubducti ſunt ex
acie. & hoc quidẽ in utroq; cornu accidit. cæterũ in acie media pro-
culcabantur pedites Romani, imperiti huius pugnæ generis, & pro-
pter grauem armaturã nec ad refugiendũ nec ad perſequendũ agiles,
donec Scipio equites Italicos è poſtrema acie inductos, & leuius ar-
matos, iuſsit ab equis territis deſilire, & in elephantos huc illuc ruen-
tes tela cõijcere. primusq́; ipſe deſcẽdit, & elephantem procurrentem
ſauciauit. hoc exemplo cõfirmatis alijs, & undiq; iam eos uulneranti-
bus, retrocedebant hi quoq;. ſic exactis è pugna beluis, certamen uiro
rum tantũ & equorũ ſupererat. dextrum cornu, cui Lælius præerat, in
fugã uertit oppoſitos ſibi Numidas, poſtquam Maſaniſſa uulnerauit
Maſintham eorũ regulum, quibus propere ſuccurrens Hannibal præ
lium redintegrauit. in læuo ubi Octauius pugnabat contra Gallos &
Ligures utrinq; laborabatũ pariter. eò Scipio ſubmiſit Thermũ tribu-
num cum ſelectis militibus. Hannibal reſtituto læuo ſuo cornu, ad Li
gures Galloſq́; tranſuolauit, inducẽs ſimul & Pœnorum Afrorumq́;
ſubſidium. id animaduertẽs Scipio, mouit & ipſe principes. ibi duo-
bus præſtantiſsimis ducibus cõtendentibus, militũ quoq; fuit egregiũ
certamen ſub ipſorũ oculis, dum uerentur cedere, nec ſibi quicquam
ad ſummã alacritatẽ reliquum faciunt, laborem accẽdentibus crebris
uehementibusq́; cohortationibus. cumq́; diu Marte dubio certatum
eſſet, duces ambo miſerati ſuos feſſos, concurrerunt, quo citius decer
neretur. emiſsisq́; pariter telis, Scipio traiecit Hannibalis clypeum:
Hannibal equum percuſsit alterius, qui uulneris impatiẽs Scipionem
in tergum excuſsit. ille inſcenſo alio, rurſum Hannibalem telo, ſed tũc
etiam fruſtra, petijt: niſi quod uulnerauit proximũ equitẽ. interim re-
cognita Maſaniſſa ſuperuenit: & Romani ubi uiderunt imperatorem
ſuum non ducis ſolum, uerũ etiã militis obire munia, pugnareq́; pro
militibus, impreſsione uehemẽtius facta coegerunt hoſtem terga uer
tere, quem urgendo perſequebantur, Hannibale ſuis adequitãte, fru-
ſtraq́; conante ſurdos precibus ad repugnandum ſiſtere. uidens igi-
tur ſe nihil apud eos proficere, Italos quos ſecum adduxerat, nõdum
motos è ſubſidijs, conciuit in præliũ, ſperans dum Romani fuſos per-
ſequun

ſequuntur,facilius turbatum iri eorũ ordines.illi ubi uiderunt eũ hoc
agere,ceu teſſera data ſe recipiẽdo propere integrarũt ordines. iamq́;
deſtituti equitatu,abſumptis miſsilibus,rem gladijs gerebãt cominus.
tum uero ingens cædes edebatur magnis uulneribus,inter gemitus ca
dẽtium & clamores inſultantiũ,donec hac quoq; parte hoſtes fuſi fu-
gatiq́; ſunt, indubia iam uictoria. Hannibal inter fugiendũ conſpica-
tus conglobatos equites Numidas, accurrit rogauitq́; ne ſe deſererẽt.
quo impetrato,in perſequentes fecit impetum, ſperãs ſe eos in fugam
uerſurũ:& forte fortuna in Maſæſulos incidit.iamq́; cõmiſsi erant Ma
ſaniſſa & Hannibal. quibus alacriter cõcurrentibus , Hannibal ictum
excepit clypeo,& hoſtis equum tunc quoq; percuſsit.Maſaniſſa reſur
gens Hannibalem inuaſit pedibus,& equitem obijciẽtem ſe telo con-
fixit.reliquorũ aliquot iacula excepit ſcuto elephantino,& uno quod
hæſerat extracto iterum Hannibalem fruſtra petijt,cum alius eques in
tercurrens letale uulnus acciperet.dumq́; rurſum euellit aliud,ſaucia-
tus brachium pugna exceſsit pauliſper . hoc audito Scipio Maſaniſſę
timuit : cumq́; eò properaret, reperit eum uulnere obligato pugnam
equo alio repetere . ſicq́; redintegrato prælio pugnatũ eſt acriter , u-
triſq; pariter duces ſuos reuerentibus , donec Hannibal uiſo in quo-
dam colle Hiſpanorũ Gallorumq́; globo, equum illò adegit, ut & hos
adduceret.reliqui cauſam abitus non intelligentes,& rati eum fugere,
ultro contentionẽ remiſerunt,turbatisq́; ordinibus fugerunt,nõ qua
Hannibal,ſed qua cuiq; uiſum eſt.hos ita diſperſos Romani quaſi ab-
ſoluta uictoria perſequebantur ſolutis ordinibus, ne ipſi quidem ſci-
entes propoſitum Hannibalis. qui mox reuerſus eſt ſtipatus Hiſpanis
Gallisq́; . Scipio rurſum ſuis à perſecutione reuocatis aciem reſtituit
propere, numero ſuperantem eos qui è colle deſcenderãt : quamob-
rem non difficilis fuit uictoria . Hannibal , cum ne hic quidem ulti-
mus conatus ſuccederet,rebus omino deſperatis fugę ſe cõmiſit.eum
equites perſequebantẽ,& inter cæteros multos Maſaniſſa uexatus uul-
nere,ſemper imminens,& uehementer cupiens Hannibalem captiuũ
ad Scipionem adducere. ſed illum nox eripuit : tãdemq́; per tenebras
cum uiginti equitibus,qui ſoli curſum eius æquare potuerant,refugit
in oppidum nominatum Thon,ubi cognouit Brutiorũ Hiſpanorũq́;
multos equites eodem è clade fugiſſe. metuens igitur Hiſpanos ut bar
baros temerarios , Brutios uerò ut Italos Scipionis conterraneos, ne
quo facilius ueniam erratorum & actæ contra Italiam militiæ conſe-
querentur,Scipioni ipſum dederent,clam uno fidiſsimo equite comi
tatus effugit. emẽſusq́; intra duas noctes duosq́; dies fermè tria ſtadio
rum milia,uenit Adrumetum urbem maritimam,ubi partem quandã

copiarum habebat ad frumenti cuſtodiam. euocansq́; è circũuicinis
locis milites, & elapſos è prælio recolligens, arma parabat ac machi-
nas. at Scipio uictoriam adeptus egregiam, ſpolia minus utilia crema
uit ipſe accinctus ut Romanis mos eſt ducibus. pretioſam prædam
in urbem miſit: auri talenta decem, argenti talentorum M M D. ebur
arte laboratum, & captiuos nobiles nauibus impoſitos, ſimulq́; Læ-
lium uictoriæ nuncium. reliquam diuendidit, & pretium diuiſit mi-
litibus, ex quo & dona militaria meritis diſtribuit, Maſaniſſæq́; coro
nam dedit: ac tum demum ciuitates obeũdo in deditionẽ accipiebat.
hoc euentu Hannibal cum Scipione depugnauit in Africa, tunc pri-
mum cum armis cõgreſsi. deſiderati ſunt in Romano exercitu quin-
genti ſupra M M. Maſaniſſa aliquanto plures amiſit. hoſtium ceci de-
runt X X V M. capta ſunt V I I I M D C C C. Hiſpani transfugerũt ad Sci
pionem C C C. Numidæ ad Maſaniſſam D C C C. priuſquã autẽ huius
uictoriæ nuncius uel Romam perferretur uel Carthaginẽ, Pœni ſcri
pſerunt Magoni tunc militem mercede cõducenti in Gallia, iuben-
tes ut Italiam ſi poſſet inuaderet, aut cum mercenarijs nauigaret in
Africam. his literis interceptis, & in urbem allatis, denuo ſenatus pe-
dites equitesq́; & naues ac pecunias ad Scipionem miſit. qui iam ad
Carthaginem Octauium itinere terreſtri præmiſerat, ipſe tendebat
eodem cum nauibus. tum Carthaginienſes ubi audiuere uictũ Han-
nibalem, legatos in actuaria nauicula miſerunt ad Scipionem, quo-
rum principes erant Hanno magnus & Aſdrubal hædus, qui cadu-
ceum alte in prora defixerant, & manus ad uictorem tendebant ſup-
pliciter. ille iuſsit ut caſtra peterent: ubi pro tribunali eos admiſit. le-
gati humi procubuerunt cum gemitu, ſubleuatiq́; ab apparitoribus,
quicquid uellẽt permiſsi ſunt dicere. tum Hædus: Ego quidem prin
cipes Romani, & Hanno hic, & quotquot Carthaginienſium ſapiũt,
alieni ſumus à criminibus quæ nobis obijcitis. nam legatos ueſtros,
quos inuiti ciues noſtri uiolarunt fame cogente, nos ſeruauimus &
ad uos remiſimus. nec populũ tamẽ Carthaginiẽſem uniuerſum cul-
pare conuenit, qui & de pace prior egit, & fœdus oblatum inijt cupi
de. omnis autẽ populus facile in deterius ſeducitur: & quicquid gra-
tum eſt, apud multitudinẽ uulgarẽ habetur potius. id quod nos ipſi
experti ſumus, qui nec ſuadendo nec diſuadẽdo quicquam profeci-
mus, propter obtrectatores clancularios, qui tamen corã nobis nun
quam auſi ſunt ingenue quid deſiderarẽt proloqui. quapropter non
eſt principes Romani quod ex ueſtra cõſulendi parendiq́; diſciplina
res noſtras exiſtimetis: ſed ſi fortè alicui noſtrum peccatũ uidetur ca
lamitate premente maius, cogitet quanta ſit famis neceſsitas, quę no
bis

bis horum malorũ cauſa fuit præcipua. niſi enim hæc interceſsiſſet, non erat eiuſdem populi, modo pacem orare, tantum pecuniarum offerre, naues longas paucis exceptis tradere, magnam partem imperij uobis cedere, in has cõditiones iuſiurandũ interponere, legatione in hoc ad ſenatũ ueſtrũ miſſa: modo legatorũ reditu non expectato, ultro peccare. uerò hoc infortuniũ ad deum aliquẽ iratũ, & tempeſtatem quæ cõmeatus ueſtros in portum noſtrũ appulit, referendum eſt. acceſsit huc fames quoq; cõſultrix in rebus alienis peſsima, præſertim apud egenos omniũ: nec eſt ęquum rationem actorũ poſtulare à turba miſera. quod ſi mauultis hæc improbitati noſtræ imputare quàm miſeriæ, fatemur, & ideo deprecamur. relinquatur innocentibus cauſæ dictio, erratum agnoſcẽtes decet deprecatio, quæ facilius apud felices miſerationẽ inuenit, ſi cõſiderent rerũ humanarum uices mutabiles, et ueniã orantes hodie, qui heri uim inferre poterant. quale nunc recens eſt exemplũ ciuitatis Carthaginienſiũ, quę totius Africæ maxima potentiſsimaq́;, per DCC. annos pollens claſſibus, pecunijs, elephantis, pedeſtribus equeſtribusq́; copijs, Afrorũ aliarumq́; gentiũ ac inſularum terra mariq́; latè domina, & imperij ueſtri iamdudum æmula, nunc nõ in maritimis opibus & claſsibus, non in equitatu elephantisq́;, non in prouincijs quibus omībus uobis decedit, ſpem ſalutis collocat: ſed in uobiſipſis prius male tractatis. hæc uos cõſiderare oportet, fortunæq́; potentis inuidiam, & moderate uti tot proſperitatibus, rationemq́; habere tum magnanimitatis ueſtræ ſolitæ, tum Carthaginienſium felicitatis priſtinæ, & fortunę beneficio ſic in noſtris cladibus uti, ut nec deos immortales offendatis inſolentia, & apud homines laudem clementię uobis cõpararetis perpetuam. nec enim uobis in poſterũ timendũ eſt à Pœnorum perfidia, quos anteactorũ pœnitentia cogit tantas uobis pœnas luere. eſt autem innocentiæ rectæq́; uitæ apud prudentes cuſtos conſiliorum felicitas: prolapſis uero in errorem affert remedium poſt caſtigationem pœnitentia, quos credibile eſt conſtantiores fore in officio, quàm qui nunquam diſciplinã experti ſunt. nec decet uos qui Pœnorum crudelitatem & iniquitatem inſectamini, eadem admittere uitia. nam infelices etiam peccandi occaſionem ab egeſtate accipiunt, felicibus in manu eſt uti humanitate ac clementia. ueſtræ certe reipublicę tam honeſtum quàm utile fuerit, tantã ciuitatẽ ſeruare potius quàm perdere. Sed quid magis cõferat, ueſtrum eſto iudicium. nos in defenſionem ſalutis noſtræ duo hæc potiſsimum prætendimus, imperij Carthaginienſium quæ fuit dignitatem, & ueſtram erga omnes moderationem, quæ armis adiuncta uos ad tantam proue

 xit po-

xit potentiam. quod aũt ad fœderis leges attinet, modo pacem detis, contenti eis erimus. de qua non eſt quod dicamus amplius, cum in ueſtram poteſtatẽ cõmittamus noſtra omnia. hanc orationẽ Hædus fletu concluſit. Scipio iuſsis legatis ſecedere, diu conſultauit cum optimatibus: & poſt deliberationem reuocatos ſic allocutus eſt. Vos quidẽ nulla uenia digni eſtis, toties uiolatis fœderibus, & poſtremo legatis quoq;: quod nefarium facinus tam manifeſtũ eſt, ut extrema quęq; pati ſitis meriti ueſtra etiam confeſsione. quid aũt faſſos accuſare opus eſt? ad ſupplicationes confugitis, qui ne nomen quidẽ Romanũ relicturi eratis incolume, ſi uobis contigiſſet uincere. nos tamen nũquam uobiſcum iniurijs certauimus. namq; legatos ueſtros etiam tum in urbe morantes, cum uos & noſtros legatos uiolaſtis & fœdera, populus dimiſit: ego quoq; delatos in caſtra mea uobis iam hoſtibus intactos remiſi. debetis igitur in rebus deſperatis lucrũ exiſtimare quicquid acceperitis. ego dico meam ſententiam, ſenatus noſter approbabit quæ placuerint. Damus nunc quoq; pacẽ uobis Carthaginienſes, ſi naues longas populo Romano tradideritis, decẽ tantum exceptis, item elephantos quotquot habetis: quæq́; nuper rapuiſtis, aut eorum quæ perierunt pretium, me iudice ſiquid controuerſum fuerit: item captiuos, transfugas & milites Hannibalem ex Italia ſecutos reddideritis. idq́; intra diem trigeſimum ex quo pax declarata fuerit. intra ſexageſimum uerò oportet Magonem reuocetis è Liguria, & præſidia deducatis è ciuitatibus ſitis extra foſſas punicas, & reddatis eis quotquot habetis obſides. in urbẽ quoq; ſingulis annis afferetis c c l. talenta euboica per annos l. nec licebit uobis poſthac uel è Gallia Liguriaq́; mercenarium militem conducere, uel contra Maſaniſſam aliosq́; po. Romani amicos bellum gerere, uel Carthaginienſem quenquam contra eos militare cõſenſu publico. urbem uero habebitis & agrum intra foſſas punicas, his terminis quibus habuiſtis me nauigante in Africam, coletisq́; po. Romani amicitiam, & ei terra mariq́; ſubmittetis auxilia, ſi hæc eadem ſenatui noſtro placuerint. quæ ubi rata fuerint, Romanus exercitus decedet ex Africa intra diem centeſimumquinquageſimũ. & ſi uolueritis ad legationem mittendam inducias, ſtatim dabitis nobis obſides c l. pueros quos ipſe legero. addetis m. talenta ad alendum exercitũ, & cõmeatus inſuper. ubi pax decreta fuerit, recipietis obſides. hoc reſponſum legati retulerunt Carthaginem. ubi contionibus per aliquãmultos dies habitis, optimates cenſebant accipiendas conditiones, ne ſi grauentur quædam amittere, periclitentur de uniuerſis. forenſis autẽ multitudo, magis quantum auferatur, quàm quid relinquatur reputans,

difficilem ſe reddebat, indigne ferens principes ſuos in fame publica malle frumẽtum dare militibus Romanis induciarũ cauſa, quàm ſuis ciuibus. itaq; circũſtando ſingulos proceres, minabantur omnibus, direpturos ſe ac crematuros ædes eorũ. tandem placuit Hannibalem, qui contractis iam VI M. peditum, D. equitibus diuerterat ad oppidum Marthamam, uocari in conſilium. uenit ille, & quãuis moderati ciues timerent ne uir bellicoſus populum perderet, graui oratione pacem ſuaſit. plebs uerò irata & maledica eum quoq; conuicijs inſectata eſt, minitabaturq́; omnibus, donec nobiles pars ad Maſaniſſam ſe conferrent, pars ad ipſos Romanos deſperatis rebus urbanis trãsfugerẽt. cętera multitudo cũ audiſſet magnã uim frumẽti in emporium quoddam congeſtam ab Hannibale,

*

iniquum & inuidioſum eſt: quod & Scipio (ut uidetur) ſuſpicatus, cum mẽtem ſuam nobis aperuit, adiecit, daturũ ſe Pœnis pacem etiam nobis cunctãtibus. uериſimile eſt aũt illum hæc melius nobis perpendere, pluraq́; uidere cum præſit omnibus. cuius monita ſi neglexerimus, offendemus ducẽ eximium, & amantem patriæ, qui nobis ſemper autor fuit inuadendi Africam, & cum non impetraret exercitum, ipſe cõfecit, resq́; ibi geſsit felicius quàm ſperabamus. quare mirandum eſt, uos bellũ quod tam negligẽter ſuſcepiſtis initio, nũc tam pertinaciter & immodice uelle gerere. quod ſi quis cætera ſatis probans, hoc tantum ueretur ne nunc quoq; Carthaginienſes uiolent fœdera, ueriſimilius eſt doctos quãtũ malorũ ipſis attulerit perfidia, nunc fidem ſeruaturos ſanctius, cõtemptu religionis peſſundatos. nec eſt eiuſdem cõſultoris, nunc Carthaginienſes ſpernere ut nihil ualentes amplius: nũc timere, quaſi ad rebellandũ ualidos. nobis uero facilius eſt cauere ne creſcãt denuo, q̃ nũc eos omnino tollere. nunc enim cum deſperatis pugnaremus, poſtea uero metu eos continebimus in officio. et habebunt uel abſq; nobis ſatis incõmodorũ, infeſte urgentibus circũuicinis omnibus ob imperij ſuperbi memoriam. Maſaniſſa quoq; amicus nobis fidiſsimus ſemper eos obſeruabit ex inſidijs. quod ſiquis his omnibus contemptis, tantum quomodo Scipioni ſuccedat, & priuata commoda cogitat, num fortunã pariter pollicetur ſibi perpetuo propitiã? Iam quis uſus erit captę urbis etiãſi contingat capere? num ideo funditus eam euertemus, quia frumentum noſtrum & naues rapuit? quod tamẽ parati ſunt cumulatè reddere. an hoc quidem nõ faciemus ad uitandam hominũ deûmq́; inuidi

inuidiam,ſed Maſaniſſæ donabimus.atqui, tametſi amicus,nõ eſt ta men ne ipſe quidẽ augẽdus ſupra modũ. præſtat enim eius cum Pœnis cõtẽtione abuti in utilitatem reipublicæ. at fortaſſe reditus ex eorum agro percipiemus annuos.at eos reditus abſumẽt præſidia. magnis enim opus erit inter tot circũuicinas gentes barbaras. colonos fortaſſe mittemus in mediam barbariã Numidicam : qui ſemper infeſtabuntur à præualentibus barbaris.quòd ſi ipſi ſuperiores euaſerint,ob potentiã inuidioſi nobis erunt ac formidabiles,adepti tantã regionem noſtra longe præſtantiorẽ.quæ omnia Scipio mihi uidetur intelligere, dum autor eſt ut admittamus poſtulata Carthaginienſium.ergo morem geramus & rogantibus & imperatori.ad hæc P. Cornelius Lentulus gentilis Cnei tunc conſulis, & ut expectabatur ſucceſſoris Scipionis, reſpondit in hanc ſententiã.In bellis P. C. ſola ſpectari ſolet utilitas:& quia cõfeſſum eſt nunc etiam potentem eſſe ciuitatẽ iſtam, cauendum eſt ab eius perfidia cõiuncta cum potẽtia:& quoniam perfidiã non poſſumus tollere,ante omnia debilitemus potentiã. nec eſt aliud tempus opportunius liberandi nos à metu Carthaginienſium, quàm nunc dum infirmi & egeni ſunt,priuſquam uires & opes recipiant.nõ nego tamẽ rationẽ ęquitatis habendam,nec eſt periculũ ne pop. Romanus uideatur Carthaginiẽſes deuictos grauius premere : qui rebus ſecundis iniqui & inſolẽtes erga omnes ſunt,in calamitatibus uerò ſupplices,ac mox impetrata uenia diſcedunt à fœdere.non iuſiurandũ,nõ deos eſſe credunt,& iſte poſtulat ut ſeruemus eos ad uitãdam hominũ deûmq́; inuidiam.at ego puto ipſos deos eò redegiſſe Carthaginẽ,ut tandem pœnas impietatis luant,qui icta in Sicilia,Hiſpania,Italia, Africa,nobiſcũ & cũ alijs fœdera uiolando graues omnibus intulerũt iniurias : quarũ aliquot externa exempla referam,priuſquam ad res noſtras perueniã,ut ſciatis omnes applauſuros,ſi illi pœnas meritas dederint.hi Saguntũ urbem Hiſpaniæ nobilem,ipſis fœderatã & nobis amicam,nihil commeritam occidione deleuerunt, non puberibus parcendo non impuberibus. hi poſtq̃ Nuceriam noſtræ ditionis urbẽ in deditionem accẽperũt ex fœdere, iurati ſe permiſſuros ut oppidani cum binis ueſtibus abeant,ſenatum in balinea cõcluſum æſtu ſuffocauerunt,populum uerò abeuntem confixerunt iaculis . Acerrarum quoq; Senatum poſt fidem ei datam in puteos coniectũ terra obruerũt. M. Cornelium Cos. noſtrum iureiurando deceptum adduxerunt ad ſuum ducem,quaſi uiſendi eius ægroti gratia,moxq́; captiuũ abripuerunt in Africam è Sicilia cum x x i i nauibus. alium etiã ducem noſtrum Regulum excruciatum interemerunt,qui ne iuſiurandũ uiolaret, ad

eos

eos redierat. porro quanta Hannibal bello, inſidijs, perfidia, in nos exercitusq́; noſtros, ac poſtremo in ſuos ipſius ſocios patrauerit, ur bes populando & cõmilitones interficiendo, longũ eſſet recenſere. dicam tamẽ cõpendio, c c c c. ab eis deleta noſtra oppida: captiuos noſtros partim in foſſas fluuiosq́; coniectos ut præberẽt uſum pontium, partim ſubiectos elephantis proculcandos, partim digladiari coactos cõpoſitis fratrum paribus, aut filijs cum parentibus. nuper uerò legatos de pace huc miſerunt, per eos iureiurando ſunt obſtricti: & priuſquam illi hinc diſcederent, naues noſtrę in Africa diripie bantur, milites cõijciebãtur in uincula. ad tantã inſaniam crudelitas eos adigit. iſtis igitur quę miſeratio uel moderatio debetur, qui nihil unquam moderatè, nihil clementer in quenquam fecerunt. qui ut ait Scipio, ſi nos uiciſſent, ne nomen quidem Romanum ſupereſſe paſsi fuiſſent. at fides firma eſt ac dextera. quę tandem? quod fœdus, quod iuſiurandum non conculcauerunt? quam pacem, quam gratiam non rependerunt iniuria? audio non eſſe illos imitandos. ecquid imitamur, qui pacem non uiolamus. nondum enim eſt compoſita. ſed dices, non imitandam eorum crudelitatẽ. ergo amicos & ſocios faciemus homines crudeliſsimos? neutrum horum æquum eſt. ſatius eſt ut uicti dedant ſe in noſtrã poteſtatem, quõ antea multi alij ſe dediderunt. nos interim deliberabimus: & quicquid acceperint, habebunt gratiam, non fœderi imputabunt beneficium. differũt autem hęc duo ſic. quandiu fœdera nobiſcum eis erunt, ea uiolabũt ut prius, ſemper aliquid prætexendo cur ipſis iniquę uideantur leges fœderis. nam facile prætextus naſcuntur è controuerſijs. ubi uerò ſe dederint, ademptis per nos armis, & in poteſtatem acceptis corporibus, ſcient nihil ipſis eſſe propriũ, & demittẽt animos, cõtenti quicquid à nobis ut alienũ acceperint. ergo ſi aliter Scipioni uidetur, poteſtis ſententias inter ſe collatas expendere. quod ſi abſq; uobis fœdus cum Carthaginienſibus facturus eſt, quid opus erat ad uos ſcribere? equidem apud uos quorum iudicium eſt de ſententijs, eam dixi quam è rep. eſſe exiſtimo. audita hac quoq; ſententia, ſenatus popoſcit calculos: Scipio uicit pluribus ſuffragijs. atq; ita ictum eſt tertiò fœdus inter Romanũ Carthaginienſemq́; populos: cuius præcipuus autor uiſus eſt Scipio, ſiue ob antedictas rationes, ſiue quòd ſatis felicem pop. Ro. duceret ob ademptum Pœnis imperiũ. Sunt enim qui putent ad continendos in maiorum diſciplina Romanos eum uoluiſſe relinqui uicinã urbem æmulam, ne ſecuri nimia felicitate inſoleſcerent. quam Scipionis tacitam ſententiã nõ multo poſt Cato in ſenatu protulit, grauiter admonens patres infenſos Rodijs.

Scipio

Scipio fœdere icto ex Africa totum exercitũ deportauit in Italiam,
urbemq́; triũphans inijt, illuſtriore pompa quàm ullus ante eam di-
em.fuit aũt eius forma,qua etiam nunc utuntur,huiuſcemodi.coro
natur pompa uniuerſa. præcedunt tubicines & plauſtra onuſta ſpo-
lijs,traducuntur & captarum urbium ſimulacra,tabulæq; exprimen
tes res geſtas.deinde aurum argentũq́; tam rude quàm ſignatum, &
ſi quid eſt huiuſmodi præterea.tum coronę imperatori ob uirtutem
datę à ciuitatibus, aut ſocijs,aut ab ipſo exercitu . ſequũtur deinceps
boues candidi,poſt eos elephanti,mox Pœnorũ Numidarumq́; du-
ces captiui.ipſum imperatorem præcedunt lictores paludati, & cho
rus citariſtarũ ac ſatyrorum etruſco more cinctorum ornatorumq́;
coronis aureis , qui pariter incedũt ordine cum cantu & tripudio.
ludiones ipſi uocant,opinor ideo,quia Etruſci Lydorũ coloni ſunt.
horum in medio quidam ſtolatus ac purpuratus,ornatusq́; monili-
bus & torquibus aureis, geſticulatur ad mouẽdũ riſum , tanq̃ inſul-
tans hoſtibus.ſequunt̃ deinceps qui ſuffitũ faciunt,mox ipſe impera-
tor inuehitur curru picturato,redimitus gemmata corona aurea.a-
micitur autem toga clauata purpurea.manu geſtat ſceptrum eburne
um & uirgam lauream, quæ apud Romanos ſignum eſt uictoriæ.ue
huntur eodem curru pueri uirginesq́; , & in iugalibus equis adole-
ſcentes gentiles . iuxta currum incedunt militiæ ſocij , ſcriba , appa-
ritores,armigeriq́;. ſequuntur milites diſtincti per turmas ac centu-
rias ,laureati omnes, & fortiſsimus quiſq; dona geſtans militaria. hi
alios principes laudant,in alios cauillantur,quoſdam uituperant.eſt
enim res ſimplex triumphus, & in eo magna iocorũ licentia.ubi ue-
ro Capitolium aſcẽdit Scipio , finita pompa epulum amicis ex more
in templo præbuit. Hic finis ſecundi belli Punici, quod in Hiſpania
cœptum, in Africa deſijt , intercedente fœdere , centeſimaquadra-
geſimaquarta olympiade. Tum Maſaniſſa Carthaginienſibus infen-
ſus, magnã eorum agri partẽ ſibi uindicabat fretus Romanorũ ami-
citia,ſuum quondam fuiſſe dictitans.illi à Romanis petierunt,ut re-
gem placarent.qui miſerunt conciliatores cum mandatis,ut quantũ
poſſent regi fauerent. ita recepto agro Maſaniſſa quoq; cum eo po-
pulo fœdus fecit,quod per annos L. durauit. quo tempore Cartha-
go pace quieta fruens,multũ & uiris creuit & opibus, camporum u-
bertate abundãs & cõmoditatibus maritimis:ac mox animis (ut fit)
felicitate luxuriantibus ciuitas in factiones ſcindebatur, Romanam,
popularem,regiam. erant autem cuiq; ſui principes,uiri honore uir
tuteq́; nobiles. Romanã Hanno magnus fouebat, Maſaniſſæ partes
Hannibal cognomine paſſer, popularem factionẽ Amilcar Samnis
cognomi

cognominatus, & cum eo Carthalo. Hi animaduertentes Romanos occupari bello Celtiberico, Maſaniſſam infeſtari ab Hiſpanis alijs, perſuaſerunt Carthaloni tunc boetharcho ut dum pro magiſtratu obit regionẽ, caſtra Maſaniſſæ in agro de quo cõtrouerſia fuerat inuaderet. illæ cæſis captisq́; aliquot regijs, agreſtes Afros concitauit contra Numidas. aliæ quoq; hoſtiles uelitationes interceſſerunt inter partes, donec iterum legatos Romani miſerunt qui pacem componerent, quibus æque mandatum fuerat, ut clam utilitatẽ regis promouerent. hi Maſaniſſam in ſemel occupatorũ poſſeſsione cõfirmarunt arte hac. nec pronunciarũt quicquã, nec cauſam cognouerunt, ne Maſaniſſa uideretur uictus iudicio, tantum in medium progreſsi diremerunt partes, denunciaruntq́; ut ab armis ceſſaretur utrinq;. Non multo poſt Maſaniſſa litem mouit de magnis campis, qui oppidis L. coluntur. hanc regionẽ ipſi Tyſcam nominant. quamobrem Carhaginienſes denuo confugerunt ad S populumq́; R. promiſſum eſt ituros eò legatos ad diſceptandũ: ſed legatio tantiſper dilata eſt, donec coniectari potuit, ſuccubuiſſe Carthaginienſes. tum demum legati, & in his Cato, miſsi ſunt. qui ubi ad agrum controuerſum peruenerunt, petierunt negotium cõmitti ipſorum arbitrio. Maſaniſſa qui erat potior, & Romanis ſemper fidebat, cõmittere non grauabatur. Pœni ſuſpicabantur nec immerito, quando meminerãt prius etiam parum ſincerum fuiſſe iudicium. aiebantq́; fœdera ex Scipionis autoritate icta non opus habere correctoribus, modo ab utraq; parte ſeruẽtur. legati qui nolebãt iudices eſſe niſi ex conſenſu partiũ, re infecta reuerſi ſunt: & obiter conſiderauerunt regionẽ diligentiſsime cultam, inſtructãq; magnis apparatibus: uiderunt ciuitatẽ quoq;, introgreſsi, & quantum aucta ſit denuo poſt cladem nõ multo ante acceptam à Scipiõe. ubi uero in urbem redierunt, diſſerebant quid ita parum ſolliciti eſſent de Carthagine æmula ciuitate, quæ tam facile reciperet amplitudinẽ priſtinam. pręcipue Cato aſſeuerabat, ne libertatem quidem pop. Romani fore in tuto ſtante Carthagine. quæ ubi ſenatus cognouit, ſtatuit quidẽ bellum gerere, ſed occaſionem expectabat, celans propoſitum. Fertur Catonem ex eo tempore nunquam non pro ſententia dixiſſe, delendam Carthaginen. ei Scipionẽ Naſicam cõtradixiſſe, imò ſinendam Carthaginẽ, ut eius metu diſciplina à maioribus tradita, iam labaſcens retineatur. cæterum Carthagine factio popularis eiecit regiam, exilio mulctatis circiter XL ciuibus. à plebe iuſiurandũ exactum eſt, ne unquã exules reciperet, néue de recipiendis ullam mentionem fieri ſineret. illi ad Maſaniſſam cõfugerũt, ad bellũ eum inſtigaturi. qui ſponte ſic animatus, miſit Car

thaginem duos è filijs Guluſſam & Micipſam, ut poſtularent recipi actos propter ipſum in exilium. hos ad portam propinquãtes excluſit boetharchus, ueritus ne plebs per cognatos exulantium flecteretur lacrymis. Guluſſam uerò in reditu Amilcar Samnis etiam adortus eſt ex inſidijs, & cæſis aliquot ex comitatu ipſum perterrefecit. per has occaſiones rex obſedit Horoſcopam oppidũ, huius quoq; poſſeſsionem præter fœderis leges concupiſcens. eò Carthaginienſes cum XXV milibus peditum, equitibus urbanis CCCC occurrerunt ductu Aſdrubalis, qui tunc boetharchus erat. ad hos propinquantes Aſaſis & Suba præfecti Maſaniſſæ diſsidentes à regijs iuuenibus transfugerunt cum VIM equitum. ob quam acceſsionẽ Aſdrubal factus animoſior, admouit ad regem caſtra propius: & in uelitationibus plerunq; diſcedebat ſuperior. ei Maſaniſſa inſidias ſtruens, quaſi fugiẽs cedebat paulatim, donec ipſum pertraxit in magnam & incultam planitiem cinctam præruptis tumulis, & rerum uictui neceſſariarum inopem. tum uerò in hoſtem obuerſus caſtra in planicie poſuit, Aſdrubal in tumulos ut munitiores aſcẽdit. cumq; pugnaturi eſſent in craſtinum, Scipio minor, qui pòſt Carthaginem cepit, tunc legatus Luculli bellum gerentis in Celtiberia, uenit ad Maſaniſſam, miſſus ut elephantos peteret. ei Maſaniſſa intentus curæ corporis, ut mox pugnaturus, omnes equites miſit obuiam, mandauitq; filijs aliquot ut uenientẽ exciperẽt. ipſe primo mane inſtruebat aciem LXXXVIII. annos natus, adhuc tamen eques ualidus, non ſtratum equum more patrio ſolitus inſcendere, & militis pariter ac ducis obire munia. Sunt enim Numidæ in tota Africa ualentiſsimi, & inter longæuos annoſiſsimi, ea de cauſa fortaſſe, quia hiems ibi parum habet noxij frigoris, & æſtas non eſt tam ardens quàm apud Indos ac Aethiopas. quapropter etiam feras ualidiſsimas fert hæc regio. uiri quoq; ſub diuo in continuis degunt laboribus. uino utuntur parce, uictus omnibus ſimplex frugaliſq;. ubi uerò Maſaniſſa obequitans cœpit aciem ſtruere, ediuerſo Aſdrubal quoq; ſuos produxit. iam enim & ad hunc multi ex agris confluxerant. id prælium Scipio ſpectauit è ſublimi, tanquam in theatro. aiebatq; poſtea, ſæpe ſe interfuiſſe uarijs certaminibus, ſed nunquam tanta cum uoluptate. non aliud enim ſecure ſe ſpectaſſe, decem tum ſupra centum milibus inter ſe dimicantibus. & quo magis rem attolleret, aiebat duos tantũ ante ſe ſpectaſſe tale ſpectaculum Troiani belli tempore, Iouem ab Ida, Neptunum è Samothracia. pugnatum eſt autem à mane ad noctem uſq;, cæſoq; utrinq; magno numero: Maſaniſſa uiſus eſt ſuperior. reuertenti in caſtra Scipio gratulabundus ſe obtulit. ille ut auitũ amicum

cum excepit officioſiſsime. Carthaginienſes aduentu eius cognito, rogabant ut pacem inter ſe & Maſaniſſam cōponeret. ille partes adduxit ad colloquiū: cumq́; de cōditionibus ageretur, Pœni Maſaniſſæ remittebāt agrum qui eſt circa Emporium, pollicebanturq́; CC argenti talenta præſentis pecuniæ, & DCCC. ad certum tempus pendenda. ſed cum trāsfugas repeteret, ne audire quidem hoc ſuſtinentes, infecta re diſceſſerunt. Scipio in Hiſpaniam cum elephantis redijt. Maſaniſſa caſtra hoſtium in tumulo ſita circūuallauit, ne cōmeatus eis ſubueherentur. & alioquin nihil erat in propinquo, imò ipſi uix è longinquo laborioſe parceq́; afferebantur. Aſdrubal primum uidebatur poſſe integris etiam tum uiribus per hoſtes erumpere. ſed quia plus cōmeatuū habebat, putabat Maſaniſſam pacem petiturū: ideoq́; differebat, quod audiret aduentare legatos Romanorum, ut pacem cōponerent. erat autē eis mandatū, ſi Maſaniſſa bello ſuccumberet, liti finem imponere. quod ſi ſuperaret, animum illi addere. legati officio ſuo functi ſunt. interea fames Aſdrubalem Pœnosq́; attriuit, ut debilitatis corporibus, non poſſent hoſtem ui repellere. & primū iumenta, dein equos mactarunt, lora quoq; decocta in cibū uerterunt. acceſſerunt & morborū genera omnifaria, quæ incōmodo uictu & otio augebantur anniq́; tēpore. concluſa enim erat intra modicum caſtrorū ſpatium turba hominū, æſtate ardente qualis eſt in Africa. et cum ligna coquendis cibis deficerent, ſcuta urebantur. nec cadauera mortuorū efferebantur, Maſaniſſa non intermittente ſtationes, ac ne cremari quidem poterāt lignorum inopia. ita peſtis indies graueſcebat, dum uerſantur inter olētia tabo corpora. iamq́; pleriq́; peſte abſumpti erant, cum cæteri nullam ſalutis ſpem uidentes reliquam, coacti ſunt transfugas Maſaniſſæ dedere, & quinq; milia talentorū argenti pendere intra quinquageſimū annum, & exules ſuos poſthabita iuriſiurandi religione recipere. milites ipſi cum ſingulis tunicis ſub iugum miſsi ſunt. Guluſſa memor ſe paulo ante ab eis exagitatū, incertum an conſcio patre, immiſit in abeuntes equitatum Numidicum: cui nec reſiſtere potuerunt inermes, nec fugere attenuatis uiribus. ſic è quinquagintaocto milibus admodum pauci Carthaginem incolumes reuerſi ſunt. inter deſideratos fuit ipſe dux Aſdrubal cum alijs nobilibus. huiuſmodi bellum fuit inter Maſaniſſam & Carthaginienſes: moxq́; ſecutum eſt tertium & ultimum bellum Punicum, quando Carthaginienſis populus accepta clade à Maſaniſſa debilitatus, & ipſum regem timebat in propinquo habentem magnas copias, et populum Romanū inſuper, alioquin ſemper iniquiorem ſibi, tunc uero etiam occaſionē arrepturū, ob conflictatio-

nem cum Maſaniſſa ipſorum amico & ſocio . nec male coniectabāt. namq; Romani his auditis ſine mora milites imperauerūt omnibus Italis, non præmonitis ad quem uſum pararentur, ſed tantum ut parati eſſent mandata exequi. Carthaginienſes ut crimen diluerent, publico prẹconio capitales declararunt, Aſdrubalem belli contra Maſaniſſam geſti ducem, & Carthalonem boetharchum, cæterosq; illorum ſocios, in eos belli cauſam cōferēdo. in urbem uerò legatos miſerunt, qui Maſaniſſam accuſarent, nec minus ciues ſuos damnatos, quòd prẹpropere temerarieq; arma ſumpſiſſent aduerſus regem, & ciuitatem cōieciſſent in nouarum inimicitiarū periculum. qui cum à ſenatore quodā interrogati eſſent, cur non ab initio belli damnaſſent quotquot eius cauſa fuere, ſed poſt acceptā cladem proclamaſſent damnatos: nimirū iamdudū Pœnos de inferendo Romanis bello cogitare, & occaſiones quærere: ſenatum uerò hanc excuſationē non accipere: turbati rogauerunt uiciſsim, quomodo igitur abſoluendi eſſent à crimine, ſi peccaſſe uiderentur. reſponſum eſt uerbo: ſi populo Romano ſatisfeceritis. de hac ſatisfactione in ſenatu Carthaginienſi quẹſitū eſt, alijs putantibus Romanos uelle addi aliquid ad præſtitutam à Scipione pecuniā: alijs, decedēdū eſſe agro de quo cum erat Maſaniſſa cōtentio. dubitantes igitur rurſum legationem in urbem miſerunt, quẹ poſtularet ut diſerte ſibi modus ſatisfactionis præſcriberetur. reſponſum eſt, ipſos Carthaginienſes bene ſcire modum: atq; ita legati dimiſsi ſunt. quæ res Pœnos uehementer turbauit ac terruit. cæterum Vtica ſecunda in Africa poſt Carthaginem ciuitas, portus habens cōmodos & ad excipiendum militē externū copioſos, ſexaginta ſtadijs remota à Carthagine, & opportuna ad ſedem belli contra eam ciuitatem gerendi, deſperatis rebus illius antiquam ſimultatem detegens in tempore, legatos Romam miſit, qui ſe ſuamq; urbem in fidem populi Romani dederent. at ſenatus iam ante ad bellum propenſus & paratus, ciuitatē adeo munitam & opportunam adeptus, mentem ſuam aperuit: et in Capitolium, ubi de bello deliberare ſolent, conueniens, decreuit Carthaginienſes armis perſequendos eſſe. & cōtinuo ad id bellum adminiſtrandum Coss. miſsi ſunt, M. Manlius cum exercitu, L. Marcius Cenſorinus cū claſſe: quibus ſecreto mandatum eſt, ne prius à bello deſinerent quàm diruta Carthagine. hi uotis conceptis nauigarunt in Siciliam, ut inde traijcerent Vticam. uehebantur autē L. quinqueremibus, C. hemiolijs, comitantibus multis aphractis, cercuris, & onerarijs. in exercitu erant LXXXM. peditum, equitum lectiſs. circiter IIIIM. nam ad tam nobilem expeditionem & certam ſpem, ciues pariter properabant ac ſocij

Amen Amen dico vob

ſocij,multis ultro nomina dantibus. Carthaginiēſibus bellum ſimul & indictum & illatū eſt. nam idem nuncius & S C eis attulit, & claſſem contra eos uenire ſignificauit. ergo attoniti deſperabant, quippe qui paulo ante tantum iuuentutis amiſerant, nec claſſem habebāt, non ſocios, non mercenarios paratos, non frumentū ad ſuſtinendā obſidionem conuectum, non aliud quidquam, ut in repētino & nō denunciato bello: nec ipſi ſufficere aduerſus Romanos & Maſaniſſam poterant. mittunt igitur alios legatos in urbem cum poteſtate libera utcunq; rem cōponendi. his ſenatus dixit, ſi Coſs. adhuc in Sicilia hærentibus intra diem trigeſimum Carthaginienſes c c c nobiliſsimos pueros obſides dederint, & alia imperata fecerint, fore Carthaginem liberam, & uſuram ſuis legibus, obtenturāq; agrum quem tunc in Africa habeat. hoc S C publice legatis datum eſt perferendū ad ſuos. clam autē Coſs. admoniti, ne diſcederent à mandatis quæ in urbe acceperant. Pœni ſuſpicabantur quidē, uix ſe impetraturos pacem firmam uel datis obſidibus: tamen tanto periculo urgente ſpem habuerunt in obedientia: & ut celeritate demererenť conſules, ante præſtitutum tempus adduxerūt pueros in Siciliam, cum fletu dimiſſos à parētibus ac domeſticis, præſertim matribus, cum inſano eiulatu liberos complectentibus & naues, ancoras retentantibus, funiculis quoq; diruptis impedientibus nautarum miniſteria. nec defuerunt quæ abeuntes diu natatu proſequerentur, oculis humentibus & defixis in filios. aliȩ comas ſuas euellebant, & plangebāt pectora haud ſecus quàm in luctu. uidebantur enim ſibi nomine quidem obſides dare, re autem uera ciuitatem dedere, cum nullis certis conditionibus hos filios traderent. nam multæ hoc quoq; flendo uaticinabantur ciuitati, traditos liberos nihil ei profore. Sic illi ſoluerunt à Carthagine, in Sicilia uerò accepti à Coſs. Romam trāſmiſsi ſunt: qui Carthaginienſibus dixerūt, audituros ex ſe apud Vticam reliqua quæ ad tollendum bellum pertineant. quò poſtq̄ traiecerunt, terreſtres copiæ caſtrametatæ ſunt ubi quondam Scipio, claſsis diuertit in portus Vticenſium. eodem & legati Pœnorum uenerunt. tum cōſules pro tribunali ſederunt, adſtantibus tribunis militaribus. ab utroq; latere totus exercitus longo ordine cōſtitit, inſignibus armis ornatus, & erecta ſigna præferens, ut legati ex his poſſent multitudinem conijcere. tum ſilentij ſigno dato per tubicinem iuſſu conſulum, prȩco legatos uocauit ut accederent. illi per totam caſtrorū longitudinem adducebantur, nec tamen ad tribunal accedebant propius, ſed dirimebantur quibuſdam funiculis. Conſules iuſſerūt eos dicere quid peterent. qui multa miſerabiliter præfati de priſtinis utri-

uſq; populi fœderibus, de Carthaginis ipſius antiquitate, frequẽtia,
potentia, imperio quondam terra mariq́; ampliſsimo, ſubiunxerunt
non hæc ſe iactanter cõmemoraſſe, cum in rebus calamitoſis non ſit
tempus iactantiæ: ſed ut tam repentinę mutationis exemplo Romani
admonerentur humanitatis ac modeſtiæ. eſſe autẽ optimos qui miſe
rati afflictos, bene ſibi ſperandum putant, ſi nõ inſolenter utãtur alie
no infortunio. hoc ueſtram (inquit legationis princeps) pietatem de
cet, ut præcipue curetis res hominum. quod ſi inclementes nacti ſu-
mus adaerſarios, debet eſſe aliqua calamitatũ noſtrarũ ſatietas, quan
do imperium terra mariq; amiſimus, naues uobis tradidimus, alias
nõ parauimus, à uenatione ac poſſeſsione elephantorũ abſtinuimus,
eximios obſides & olim & nunc dedimus, tributa ſuis temporibus
perſoluimus, ſoliti ſemper ab alijs accipere. certe ueſtris maiori-
bus ſatis hæc fuere uictoribus: qui his legibus nos receperunt in ſo-
cietatem & amicitiam. in eo fœdere utriq; ex æquo iurati ſumus. &
illi quidem poſt diuturna bella pacem ſemel datam ſeruarunt fide-
liter. uos cum quibus nunquã armis certauimus, quid habetis quod
cauſemini non ſeruatum in hoc fœdere, ut merito bellum hoc tam
repente decreueritis, & ne denunciatũ quidem nobis inferatis. num
tributa non ſoluimus? an naues habemus? an inuidendos elephan-
tos? an non miſerabiles uidemur fame amiſsis nudiuſtertius L M. At
cum Maſaniſſa bellum geſsimus? at ille res noſtras uſurpauit. fereba
mus tamen propter uos omnia. ſed cum ille nullum nefariæ cupidi-
tatis finem faciens, terram in qua nutritus & eruditus eſt aliis poſt a-
lia detrimentis afficeret circa Emporium, nec hoc cõtentus rurſum
aliam noſtræ ditionis partem inuaderet, tandem effecit ut pax turba
retur, quam uobiſcum habuimus. ſi hæc belli cauſa prætexitur, nos
certe etiã defenſores noſtros publico præconio dãnauimus, ad uos
legationem excuſaturam miſimus, rurſumq́; alios legatos cum libe-
ra poteſtate pacem renouandi ueſtro arbitrio. quid igitur opus erat
claſſe ac exercitu contra non tam fatentes peccatũ, quàm cõmitten-
tes ſe ueſtro iudicio? quod autẽ nec fallendi animo hæc offeramus,
nec grauemur ullam mulctam luere, ſatis apparuit, quando lectiſsi-
mos pueros expetitos à uobis obſides, mox ut decretũ iuſsit nõ expe
ctata die trigeſima miſimus. eſt aũt in eodẽ S C, ſi dederimus uobis
obſides, Carthaginem ſinẽdam eſſe liberam uti ſuis legibus, & poſ-
ſidere quæ habemus. hæc legati. ad quæ Cenſorinus aſſurgens ſic re
ſpondit. Cauſas belli Carthaginienſes non eſt cur uobis exponam,
quas legati ueſtri à ſenatu audiuerunt. quod autem falſo nobis obie-
ciſtis, hoc coarguam. nam ex S C notum eſt, & iam ante prędiximus
uobis

uobis in Sicilia poſt acceptos obſides, reliqua ſenatus placita proferenda eſſe Vticæ. igitur quod obſides celeriter & cum delectu miſiſtis, laudamus uos. de cętero armis quid opus eſt, ſi pacem ex animo cupitis. afferte omnia quæ uel priuatim habetis uel publice. tela catapultasq; nobis tradite. adhæc legati reſponderũt, uelle quidem ſe & in hoc parere, ſed neſcire quomodo Aſdrubal damnatus capitis, qui iam collecta haberet uirorum uiginti milia, poſſet arceri à Carthagine. cumq; reſpondiſſent Coſs. S P Q Romano id curæ fore, polliciti ſunt arma tradere. ad quæ accipiẽda miſsi ſunt Cornelius Scipio Naſica, & Cn. Cornelius Hiſpalus. fuerunt autem ducẽta armaturarum milia, telorum & iaculorum infinitus numerus, catapultarũ quibus uel cuſpides uel ſaxa excutiuntur, duo milia. quę cum adueherentur aſpectus eorum præclarus fuit & mirificus, ipſis hoſtibus tot plauſtra adducentibus. ea ſequebãtur legati & ſeniorum principes, optimatesq; alij & ſacerdotes ac uiri nobiles, ut conſules aut reuerentia mouerent aut miſericordia: ad quos introducti, ſic ut erant ornati, coram eis ſteterunt. ibi Cenſorinus ( erat is ſuo collega facundior ) tunc quoq; aſſurgens uultu ad grauitatẽ compoſito, ſic locutus eſt.

Quantum ad promptam obedientiam uiri Carthaginienſes attinet, quæ tum in obſidibus dañdis tum in armis tradendis apparuit, eſt quod uos laudemus, ſed non eſt multis uerbis utendum quando urget neceſsitas. feretis fortiter ſenatus iuſſa reliqua. Cedite nobis Carthagine, ſedes ad quemlibet ditionis ueſtræ locum transferte, modo ultra octuageſimum à mari ſtadium. certum enim eſt nobis, hanc diruere. hæc conſulis uerba interrupit clamor tollentiũ manus ad cælum, & deos irritorum fœderum teſtes inuocantiũ, non ſine multis grauibus conuitijs, ſiue mortem appetebant, ſiue mentis erant impotes, ſiue Romanos contra legatos iritabant, procumbendo humi & ſolum frontibus manibusq; pulſando. alij ueſtimẽta ſcindebant præ furore, lacerabantq; ſuametipſi corpora. tãdem ubi deſijt inſana illa cõmotio, mœrore obruti ſilentes iacebant tanquam mortui. obſtupuerunt ad hoc ſpectaculum Romani, & conſules non iniquo animo tulere conſternationẽ ex re inopinata ortam, donec indignatio deſineret, non ignari magnas calamitates audaciam primum afferre attonitis, quam procedẽte tempore ſeruire ſubigat neceſsitas. quod & tunc Carthaginienſibus accidit. namq; poſt longum ſilentiũ, ubi magis infortunium ſuum perſenſerunt, omiſſa indignatione deplorabant cum lamentis ſuam uicem, liberos uxoresq; nominatim inclamando, ipſam deniq; patriam tanquam percipientem uoces miſerabiles. ſacerdotes quoq; ſacra deosq; inuocabãt tanquam præſentes,

opprobrādo eis ſuum interitum. fuitq́; tam miſerabilis gemitus pro
miſcue priuatam publicamq́; fortunā dolentium, ut Romanis ipſis
eliceret lacrymas. Conſules quanq̃ ſubibat miſeratio humanarum ui
ciſsitudinum, tamē mœſti finem expectabant. tandem poſt lamenta
rurſus ſilentium redijt. reputantesq́; ciuitatem exarmatam eſſe ac de
ſertam, non nauem, non catapultam, non telum, non gladium ſuper
eſſe, non domi propugnatorū ſatis, nuper amiſsis L. milibus: nullum
præſto eſſe mercenarium militem, aut amicum, aut ſociū, & quo mi
nus parētur excludi ſe anguſtijs tēporis: in hoſtiū poteſtate eſſe libe
ros, arma, agrum: urbē ſuā terra mariq́; obſideri claſsibus, machinis,
pedeſtrib. equeſtribusq́; copijs: ex alio latere Maſaniſſam infeſtū im-
minere: compreſſerunt tumultum ac indignationē, ut omnino in ta
li caſu inutilem: rurſumq́; ad orandum uerſi ſunt. ibi Hanno cogno
mine Gilla, omnium qui tum aderāt Pœnorum illuſtriſsimus, impe-
trata dicedi uenia, ſic uerba fecit. Si licet principes Romani iam
ante dictis aliquid addere, dicemus, non quod uelimus ex iure uobi
ſcum contendere: intempeſtiua enim eſt miſeris contentio: ſed ut co
gnoſcatis eſſe cauſas & rationes, cur debeamus uideri digni ueſtra
miſericordia. Nos certe Africæ quondā marisq́; domini, & per mul
tos annos imperij ueſtri æmuli, tandem Scipioni ceſsimus, quando
naues & elephantos quotquot habuimus uobis tradidimus: tributa
quoq; tunc impoſita, perſoluimus præſtitutis temporibus. ergo per
deos fœderis teſtes parcite nobis, parcite iureiurando Scipionis. qui
iurauit pop. Romanum pop. Carthaginiēſi amicum ſociumq́; fore.
contra id fœdus nihil peccauimus. non naues non elephantos habe-
mus. tributa nō deſideratis, contra tres reges uobis auxilio fuimus.
nec eſt cur quenquam ueſtrum tedere debeat, ſi hæc etiam prius me
morauimus, cū arma petebatis. nam plerunq; miſerijs loquaces red
dimur: nec eſt in deprecationibus quicquā ualidius quàm leges fœ-
deris, & ad ſolas preces habemus refugium, quandoquidem poten-
tiā uniuerſam uobis ceſsimus. hactenus de priſcis pacis legibus, quas
nobis confirmauit ueſter Scipio. quod uero ad præſentem ſtatum at
tinet, uos Coss. autores teſtesq́; habemus. obſides petijſtis, præſtan-
tiſsimos omnium uobis adduximus. arma petijſtis, & accepiſtis om
nia, quę ne expugnati quidem ſolent ſponte tradere. credidimus Ro
manorum conſuetudini & moribus. nam & ſenatus ad nos dedit li-
teras, & uos cum obſides peteretis, affirmabatis Carthaginē ſuis legi
bus relinquendam, ſi eos acciperetis. quod ſi adiectū fuit, alia quoq;
imperata facienda, non decebat uos pro acceptis obſidibus liberta-
tem ciuitati pollicitos, ultra obſides imperare ſubuerſionem ipſius

Carthaginis : quam ſi fas eſt uobis diruere, quomodo liberam ſinetis uti ſuis legibus,quẽadmodum dicitis?hæc ſunt quæ habuimus dīcenda pro uetere nouoq; fœdere. quæ ſi audire non uultis, omittimus omnia, & quod unum miſeris eſt reliquum, ad querelas precesq; recurrimus.eſt aũt tanto calamitatũ agmine circũuentis ampla deprecandi materia.rogamus enim pro urbe antiqua,iuſſu deorum condita, & pro eius in immenſum aucta gloria, pro nomine cuius uniuerſam terrã peruaſit celebritas, pro tot ſacris eius dijsq; nil cõmeritis, ne illos ſolennibus mulctetis & pompis ac feſtiuitatibus: ne defunctos uobis non obnoxios ſepulchris priuetis & parentationibus.quòd ſi noſtri quoq; miſeret, quandoquidem miſeratione uos motos dicitis alias nobis ſedes concedere,parcite aris focisq́;,parcite foro, parcite deæ quæ curiæ præſidet, parcite cæteris rebus quæcunque iucundæ caræq; ſunt uiuentibus. quid enim timetis à Carthagine, cum naues noſtras & arma noſtra habeatis, illásque inuidioſas beluas.quòd ſi cui ſatis ſolatij uidetur,permitti nobis pro hac urbe aliam condere, & hoc impoſsibile eſt, uiros aſſuetos è mari uictum quærere, migrare in mediterranea, quorum infinitus numerus deditus eſt rei nauticæ, pro hac tamen gratia uobis aliam conditionem offerimus, quam & nobis præoptamus, & uobis allaturam plus gloriæ ducimus. ſinite urbem nil commeritam, nos uero quos migrare iubetis interficite.ſic fiet ut hominibus infenſi uideamini,non ſacris & dijs & ſepulchris & ciuitati innoxiæ.ſoletis enim uos Romani honeſtæ exiſtimationis pietatisq́; rationem habere ante alia,& in rebus lætis præ uobis ferre modeſtiam,idq́; erga omnes quos armis ſubigitis. ſinite uos exorari per Iouẽ deosq́; cæteros qui Carthagini adhuc præſidẽt,& deſinite infenſi eſſe, uel nobis uel noſtris liberis ob iniuriarũ præteritarum memoriã.cauete ne præclarã exiſtimationem quam de uobis habent homines, propter nos primos labefaciatis: ne honeſtam famam contaminetis tanto facinore, dictu factuq; horrẽdo,exemploq́; nunquam ante audito.multa bella geſta ſunt à Græcis contra Barbaros, multa à uobis contra gentes alias: nunquam tamen quiſquam diruit urbem manus dantem ante prælium,poſt arma & cariſsima pignora tradita,paratamq́; ad ferendum quamuis mulctam aliam. Rogamus uos per deos teſtes fœderis,per fortunã humanam,per timẽdam felicibus Nemeſim,ne uelitis uel felicitati ueſtræ hanc notã inurere, uel miſerias noſtras in extremũ exitium adducere.quòd ſi urbem nobis adimitis, ſaltem permittite ut per legatos apud ſenatũ deprecari liceat.breue tempus poſtulamus, ſed magnum curarum tormentũ ſecum ferens,propter e-

uentus

uentus incertitudinem.uobis æque liberũ eſt uel nũc uel paulo poſt
quicquid libet facere,pietas modo adſit & clementia.Ad hæc Cenſo
rinus.Quæ ſenatus iuſsit, quid opus eſt ſæpius dicere?iuſsit enim &
oportet fieri,ac ne differre quidem nobis licet quod mandatũ eſt. id
ſi uobis imperaremus tanquam hoſtibus, edicto tantum opus erat,
& cogendi uiolentia.quoniam aũt ita res publica, & fortaſsis etiã ue
ſtra,poſtulat,ueſtraq́; Carthaginienſes utilitas agitur,non pigebit ra
tiões quoq; uobis reddere, ſi perſuaderi potius quàm cogi poſsitis.
hoc mare quoties uos admonet ueteris imperij potentiæq́;,toties ad
peccandum prouocat,& inde in calamitates conijcit.huius enim oc
caſione Siciliam inuaſiſtis & amiſiſtis:in Hiſpaniam traieciſtis,ut ali
quanto poſt ex ea pelleremini .fœderis quoq; tempore negotiatores
præſertim noſtros ſpoliabatis,& ut ſcelus lateret mergebatis in ma-
re,donec deprehẽſi à nobis mulctati eſtis Sardinia. ſic & Sardiniam
amiſiſtis propter hoc mare, quod ſuapte natura omnes inuitat ad a-
uaritiam,propter prouẽtus expeditos & celeres. hoc & Athenienſes
quõdam rei naualis ſtudioſos ualde auxit, ac mox deiecit. ſunt enim
maritimi quæſtus negotiatorijs ſimiles,aceruatim & ueniunt & abe
unt. ſcitis illos ipſos quorũ modo memini,imperio prolato ultra Io-
nium mare uſq; in Siciliam,non prius cupiditati modum impoſuiſſe
quàm totum amiſerunt imperiũ , traditisq́; hoſti portubus & naui-
bus in ciuitatẽ receperunt præſidium , & longos illos muros dirue-
runt ſuis manibus,propemodum facti mediterranei. quæ res diu ſer
uauit eos incolumes. eſt enim uiri Carthaginienſes terreſtris uita ſta
bilior,intenta ſecuris agriculturæ laboribus : & ut minus lucri affe-
rat,affert tamen omnino certius quàm negotiatio. dicam quod ſen-
tio, ciuitas maritima uidetur mihi nauis potius eſſe quàm terra ſoli-
da, ita iactatur uarijs negotijs ſubinde mutabilibus . mediterranea
uero abſq; periculo fructus ex agris percipit . hãc ob rem & ueteres
regię fuerunt om̃es mediterraneę.hinc ita creuere,Medi,Perſæ,Aſ-
ſyrij,& cæteri.diſcedam ab exemplis regijs,quæ iam nihil ad uos atti
nẽt.Veſtram Africam reſpicite, in qua uicinos habebitis quos elege
ritis,ubi proſpectu qui uos nunc iritat carebitis : nec erit uobis mo-
leſta prętéritorũ malorum memoria,uidentibus mare uacuum naui
gijs,reminiſcentibusq́; numeroſarum claſsium cum ſpolijs uenienti
um, & magnificentiæ portuum, armamentariorũ,naualium.iam in
mœnibus,exercituum,equorũ,elephantorũ receptacula, & propin
qua his æraria,cuius rei uos admonent?aut quid aliud quàm dolorẽ
uobis afferunt & iritamentum ad repetẽdam,ſi fieri poſsit, eandem
potentiam . humanus affectus eſt, memoria fortunæ priſtinæ ſpe-
rare

rare ad eam reditum. remedium autem aduerſus calamitates eſt obli
uio: quæ non poteſt uobis contingere, ni aſpectũ amoueritis. cuius
rei argumentũ eſt manifeſtiſsimũ, quòd ſæpius ueniam pacemq; ade
pti non manſiſtis in fœdere. ergo ſi adhuc affectatis imperiũ, & no-
bis qui id abſtulimus iniqui expectatis occaſionem, opus habetis ta-
li ciuitate, talibus portubus & naualibus, & ſtructis in caſtrorum mo
dum mœnibus. & cur parcamus deprehenſis tam infenſis homini-
bus? quòd ſi non ſolis uerbis, ſed ex animo abdicaſtis uos imperio,
contẽti ditione quam habetis in Africa, & ſincere fœdus nobiſcum
iniſtis, agite comprobate id opere, in ueſtram Africam migrate à ma
ri cuius excidiſtis imperio. nec eſt quòd ſimulata miſeratione deplo
retis ſacra, penates, fora, ſepulchra. manebunt immota ſepulchra, &
licebit ea parentandi cauſa inuiſere: ſacris etiã operari, quotieſcunq;
libuerit eò accedere. reliqua diruamus. non enim ſacrificatis nauali-
bus, neq; parentatis mœnibus. focos uerò & aras & fora poteſtis ædi
ficare aliubi, & breui illam quoq; habebitis patriam: quẽadmodum
prius relicta Tyro cõmigraſtis in Africam: & ſolum quod tunc fu-
it acquiſiticium, nunc exiſtimatis patrium. utq; compendio dicam,
diſcere poteſtis hęc nos non inimico animo iubere, ſed ad tuendam
ſecuritatem cõcordiamq; publicam: ſi in memoriam reuocaueritis,
Albam etiam, non hoſtilem urbem, ſed ueterem patriam, non ab in-
fenſis nobis, ſed à colonis officioſis, ob communem utilitatem eſſe
trãslatam in noſtrã urbem, & id factum utriq; populo bene ceſsiſſe.
ſed habetis adhuc multos opifices qui è mari uictum parant. & huic
rei proſpectum eſt, ut facile ſit uobis cõmercium cum mari, & poſsi-
tis fructus exportare importareq; haud magno negotio. non enim
longe à mari, LXXX. ſtadia iubemus uos recedere, cum ipſi ab eo
abſimus C ſtadijs. locum ut ipſi eligatis concedimus, ſimulq; liberta-
tem in nouis ſedibus. & hoc eſt quod iam antè prædiximus, liberam
fore Carthaginem ſi nobis pareat. uos enim, nõ ueſtrum ſolum, pu
tamus eſſe Carthaginem. his dictis Cenſorinus tacuit. cumq; Cartha
ginienſes attoniti pariter ſilerent, adiecit, ſe dixiſſe quicquid ad ſua-
dendum conſolandumq; pertineat. de cætero, inquit, ſenatus iuſſa
peragenda ſunt, idq; ſine mora. abite igitur, eſtis enim adhuc legati.
his auditis ſubmouebantur per apparitores, & quia præuidebant fu
turum metum Carthaginienſium, petierunt iterum dicẽdi ueniam,
tum introducti ſic locuti ſunt. Videmus parẽdi neceſsitatem, quan
do ne legatos quidem mittere in urbem ſinitis. cæterum ad uos rede
undi ſpes nulla eſt, quia necabimur à ciuibus priuſquam ſermonem
abſoluerimus. quapropter oramus non propter nos paratos ferre
omnia

omnia,ſed propter ipſam Carthaginem, ſi forte metu poſsit ad ferē
dam calamitatem adigi, admoueatis ei claſſem interim dum iter faci
mus,ut audiendo & uidendo quæ iubetis,ſi poſſunt ferant,quando
quidem id à nobis extorquet fortunæ iniquitas, ut ipſi ueſtram claſ-
ſem uocemus contra patriam.his dictis abierunt.Cenſorinus cũ xx
quinqueremibus profectus circa urbem oberrabat. legatorum pars
diffugiebat ex itinere,plures tamen pergebant taciti. Carthaginien-
ſes è mœnibus proſpectabant quando illi uenirēt,& impatientia mo
rarum capillos ſibi uellebant: alij procurrebant obuiam cognoſcen
di deſiderio.& cum mœſtos reuerti uiderent,plangebāt ora,& per-
contabantur,quidam ex uniuerſis,quidam ut quiſq; in amicum no-
túmue inciderat prehenſando & ſciſcitando. & nemine reſponden
te ingemiſcebant ut rebus perditis. id qui exaudiebant in mœnibus,
congemiſcebāt,ignari cur,magni tamē alicuius mali præſagio.por-
ro in aditu portæ conferti pene conculcabant ſe inuicem : nec mul-
tum aberat quin legatos diſcerperent, niſi hoc tantum protuliſſent,
ſibi opus eſſe primum ſeniores alloqui. tum uerò alij decedebāt eis
de uia,alij turbam etiam dimouebant,quo maturius rem cognoſce-
rent.ubi uerò introgreſsi ſunt in curiam, ſeniores alijs ſemotis ſoli
conſederunt. plebs curiam foris circumſtetit.legati ante omnia re-
nunciarunt iuſſa conſulũ.moxq; conclamatione orta in curia,plebs
quoq; foris clamorem reddidit. deinde legatis narrare pergentibus
quid pro ſua cauſa protuliſſent in medium,quibusq́; precibus cona
ti ſint obtinere ut Romam legationem mittere liceat,rurſum fuit al-
tum ſilentium, expectātibus exitum ſenioribus. plebs quoq; ſimul
conticuit. ut uerò audiuere ne legationem quidem ſibi permitti,in-
gentem ululatum ediderunt:ad quem plebs irrupit in curiam.iamq́;
nihil aliud erat, quàm furor & inſania, qualis mulierum bacchanti-
um & non uno modo furentium.nam quidam in ſenatores, qui ſen
tentiæ de dandis obſidibus autores fuere,impetu facto,tanquam ab
illis ortum fuiſſet circumuentionis initium, excruciabāt & dilania-
bant miſeros.quidam eos qui arma tradi ſuaſerunt, tractabant ſimi-
liter.alij legatos lapidibus impetebant,ut rerum triſtium nuncios:a-
lij raptabant per urbem etiam.alij rurſum Italos,qui etiam tum apud
ſe ut in repentino improuiſoq; malo hæſerant,mulctabāt modis ua-
rijs, dictitando ſe ultionē obſidum & armorum ademptorũ ab eis
expetere. erat eñ tota urbs plena fletu, ira,metu,minisq́;.per uias cla
more ciebant ſuos quiſq; cariſsimos, & in fana tanquam aſyla confu
giebant,nec à conuicijs in deos abſtinendo,qui ne ſua quidem ſacra
ria tueri ualeant. alij petentes armamentaria, flebant cum uiderent
uacua

uacua. alij decurrendo in naualia, lamentabantur naues perfidis traditas. quidam elephantos quaſi adhuc præſentes uocabant nomine: & uituperabant ſeq; ſuosq; maiores, qui nec elephantos, nec naues, nec tributa, nec arma dare debuerunt, cum præſtitiſſet armatos mori pro patria. ſed nihil æque accendebat iram populi ac matres obſidum, quæ haud ſecus quàm furiæ tragicæ ſingulos aggrediebantur, exprobrantes filios ablegatos ipſis fruſtra reclamantibus. pauci cæteris magis ſobrij portis clauſis in mœnia lapides pro catapultis cõgerebant. ſenatus eadem die bellum decreuit, & ſeruos per præconem pronunciauit liberos. duces autem elegere, foris Aſdrubalem quem damnarunt capitis, habentem iam armatorum x x M. moxq; ad eum quidam procurrit rogaturus ut acceptæ iniuriæ uellet obliuiſci in extremo patriæ periculo, quæ metu Romanorũ coacta in immerentem peccauerat. intra mœnia uerò alterum Aſdrubalem, Maſaniſſæ nepotẽ ex filia. rurſumq; à Coſs. per nuncios petierũt triginta dierum inducias, ut legatos Romam mitterẽt. repulſi autem tunc quoq;, uerſi ſunt ad miram audaciam, quiduis paſſuri potius quàm urbem deſererent. mutatis enim animis omnium, templa fanaq; & alia loca ſpatioſa uerterũt in officinas publicas, ubi interdiu noctuq; uiri pariter ac fœminę inceſſanter operabantur, cibum per partes accipiendo certo tempore: efficiebantq; ſingulis diebus clypeos, c c c gladios, tela quæ ex catapultis mittuntur M. tragulas & lanceas quingentas, catapultas quotquot poterant. has ut tendere poſſent, raſerunt ſuas fœminas, cum aliorũ pilorum eſſet inopia. Dum Pœni tanta cura bellũ apparant, conſules uel quia non libebat ſtatim rem tam inſolentem aggredi, uel quia facile uidebatur exarmatã urbem quandocunq; placeret ui capere, cunctabantur etiam, rati remiſſuros impetum præ inopia, ut in anguſtis rebus ſolet fieri, ut qui primũ contradicunt, procedente tempore cõſiderata re melius, timeant potentiores offendere. quando & Carthaginienſium unus cõijciens ciues iam metu tentari, & in contionem progreſſus quaſi acturus aliud, auſus eſt dicere, è malis eligenda minima inermibus, nil diſsimulans ſententiam. At Maſaniſſa indignabatur Romanis, moleſte ferens quòd cum ipſe peſſundediſſet Pœnorum potentiã, alios uideret ſeſe ingerentes uſurpare uictorię titulum, non communicato conſilio priuſquam traijcerent, ſicut ſuperioribus bellis ſolebant facere. attamen conſulibus animum eius pertentantibus & auxilia poſcentibus, ait ſe miſſurum ubi opus eos habere ſenſerit. nec multo poſt miſit qui percontaretur, ecquid opus habeant. qui non ferentes eius ſuperbiam, & ut irato iam diffidentes, reſponderunt ſe poſtulaturos, ſi opus ha

buerint. de cõmeatibus autẽ ualde ſoliciti erant, qui ſubuehebantur tãtum ex Adrumeto, Saxo, Lepti, Xolla & Vtica. nã Africæ reliqua tenebat Aſdrubal omnia, & inde cõmeatus mittebat Carthaginẽ. inter hæc paucis diebus abſumptis, ambo Coss. ad eam admouerũt inſtructum exercitum, oppugnare parati. ſita erat in intimo ſinu magno peninſulæ ſimilis. ceruix enim eam à cõtinente ſeparabat lata uigintiquinq; ſtadia. ab ea quædam lingua oblonga, ſemiſtadium lata, excurrebat uerſus occidentem inter ſtagnum & mare, rupibus undiq; munita & muro ſimplici. uerſus meridiem & continentem, ubi etiam Byrſa erat in ceruice. murus triplex fuit, altus triginta cubitos abſq; propugnaculis & turribus, quæ binorum iugerum ſpatijs inter ſe diſtabãt per circuitum, nixę fundamentis triginta pedum, ſingulæ contignationum quatuor. muri uero ad ſecundam contignationem pertingebant. erant autem fornicati & capaces, in quorum infima parte c c c elephanti ſtabulabantur, adiunctis pabuli promptuarijs. ſuperius erant quatuor milium equorum ſtabula, cum hordei penuarijs. uirorum quoq; diuerſoria, uiginti milium peditũ, quatuor milium equitum. tantus apparatus bellicus ordinarium locum habebat in ſolis mœnibus. angulus autem qui ab hoc muro præter dictam linguã ad portus flectebatur, ſolus erat debilis & humilis, neglectus à principio. hi portus ſic erãt diſpoſiti, ut nauigatio eſſet ex alio in alium, & ab alto unum cõmune os patebat latũ pedes ſeptuaginta, quod claudebatur catenis ferreis. primus portus negotiatorũ erat, & in eo tabernę in nautarum uſum multę uarij generis. interioris uero portus in medio fuit inſula, quæ ſicut & portus perpetuas habebat crepidines magnas, naualibus refertas, quæ c c x x. naues caperent, his cellæ imminebant, ubi condebantur inſtrumenta triremium. unum aũt quodq; nauale in fronte habebat duas columnas operis Ionici, ut circumſpicientibus repræſentarent ſpeciem porticus tam in portu quàm in inſula. in qua erat & præfecti claſsis prætorium, unde tubicen ſolebat canere claſsicũ, & præco edicere, & præfectus proſpicere. erat aũt hæc inſula ori portus oppoſita, & in longum ſpatium patebat, ut præfectus procul uideret om̃ia quæ in alto fierent, cæterum adnauigantibus non eſſent conſpicui receſſus portuum. imò ne mercatoribus quidem portum ſuum intrantibus ſtatim in conſpectu erant naualia. nam circũdata erant muro duplici: & porta negotiatores è primo portu in urbẽ tranſmittebat, nõ tranſeuntes per naualia. hęc erat illo tẽpore facies Carthaginis. Coss. partitis operis hoſtem aggreſsi ſunt, Manlius per ceruicem à continente, repleturus foſſam & expugnaturus paruum murum ei ſuperpoſitum

tum, ac deinceps alta mœnia: Cenſorinus ſcalas à terra & nauibus ad mouens in illo neglectim munito angulo. ambo autē hoſtem ut inermem contemnebant, donec oblatis ſibi nouis armis & uiris mire alacribus, miraculo territi retroceſſerunt, offendendo mox in limine, cum ſperaſſent ſine certamine ſe urbe potituros. iterato deinde conatu cum rurſum nō ſuccederet, creuerunt Pœnorū animi. Coſs. uerò timentes Aſdrubalem, qui à tergo ſuper ſtagnū non longe caſtra poſuerat, & ipſi bina caſtra muniuerūt: Cenſorinus ad ſtagnum ſub urbis mœnibus, Manlius in ceruice quà in cōtinentem itur. caſtris permunitis Cenſorinus ſtagnū traiecit petens materiem ſtruendis machinis, ubi amiſit circiter D fabros materiarios, & arma multa, repente inuaſus ab Himilcone Carthaginienſium equitum præfecto, cui Phamæas cognomen erat. abſtulit tamen materiem quãtum potuit, fecitq; ſcalas & machinas: ac rurſum fruſtra tentata eſt oppugnatio. Manlius mediocri conatu uix primi muri parte deiecta, deſperans ab incepto deſtitit, ratus inexpugnabilem eo latere. Cenſorinus aggere facto iuxta Linguā in ſtagno, ut ſpatiū eſſet amplius, admouit duos uaſtos arietes: alterum à VIM. peditum impellēdum tribunis inſtātibus, à remigibus alterum, triremium præfectis urgentibus. cūq; per æmulationē ab utriſq; tum principibus tum miniſtris certatim quateretur murus, parte eius collapſa proſpectus in urbem patuit. Pœni tamē ſic quoq; hoſte repulſo, noctu reficiebant quod corruerat. & quia nox nō ſufficiebat operi, ueriti ne & id quod effecerant interdiu Romani recens adhuc & udum deijcerent, eruptionem fecerunt in eorum machinas: partim armis inſtructi, partim ſolis facibus: quas & ſi non omnino cōcremare potuerunt, ſuccurrentibus Romanis, tamen inutiles reddiderunt: atq; ita ſe receperunt. ubi uero illuxit, Romanos cupido ſubijt irrumpendi per id ſpatium quod Pœni nondum permunierant. apparebat enim intus quædam apta ad pugnam area, in qua frontem tenebant armati, poſt quos cōſtiterant inermes cum ſaxis & fuſtibus. alij diſpoſiti circa ædes proximas expectabant ſi quis irrumperet. milites ut uidere ſe contemni ab inermibus, inſilierunt alacriter. Scipio uerò qui paulo poſt Carthagine capta cognomē Africani meruit, tunc tribunus ſe cōtinuit, & ſuos diuiſos in centurias per interualla muro admouit, nō paſſus in urbem deſcēdere. tantum eos qui repellebantur à Pœnis undiq; irruentibus, recipiebat ſeruabatq;. quod eius factum primum comparauit illi gloriam, uiſo plus quàm conſul ſapere. ⁎ cōmunis autē erat epiſtola. Cenſorini caſtra tum laborabant morbis, ut ſtagnantibus aquis appoſita, & à mari diſcluſa magnis ædificijs. quamobrem

conſul ea tranſmouit ad mare. Carthaginienſes obſeruato uento qui
ad Romanos ferret, ſcaphas ſarmentis ſtuppaq́; replerunt poſt ſua
mœnia ne uiderentur ab hoſtium claſsiarijs. deinde circũactas pri-
uſquam in conſpectum uenirent perfuderunt pice ac ſulfure, & op-
panſis uento uelis ignem immiſerunt in eas. illæ uento ac ui flamma
rum ad Romanas naues appulſę penè totam claſſem concremarunt.
Cenſorinus paulo poſt in urbem comitiorum cauſa profectus eſt.
tum Pœni audacius urgebant Manlium, erumpẽtesq́; noctu partim
armati, partim inermes tantum pontes ferendo, aggreſsi ſunt foſſam
Manlij proximam, & uallũ cœperunt conuellere. turbato autem in
tus propter nocturnum tempus milite, Scipio procurrit cum equi-
tibus per auerſam portam qua nullus hoſtis aderat: circumuectusq́;
Pœnos perterruit. atq; ita in urbem ſe receperunt. in hac nocturna
formidine Scipio uiſus eſt iterum egregie ſeruaſſe exercitum, Manli
us caſtra magis etiã munijt, muro extructo ubi uallum fuerat, & ad
mare caſtello nauibus recipiendis erecto, quo cõmeatus appellerẽt.
deinde ad mediterranea uerſus, decem peditum duobus equitũ mili
bus agros populatus eſt, additis lignatoribus, pabulatoribus, frumẽ
tatoribusq́;, his populatoribus tribuni per uices prçerant. Phamæas
autem præfectus Afrorum equitum, iuuènis ad pugnas impiger, e-
quos in uſu habens paruos, celeres, herba cõtentos ſi deſint alia, ſitis
famisq́; quoties opus eſſet patientes, in arbuſtis aut uallibus latitans,
quoties uideret hoſtem agere diſſolutius, aduolabat è latebris in mo
rem aquilæ, & damno dato in tutũ ſe recipiebat. ſed quando ad Sci-
pionem uices eius præfecturæ redibant, nuſquam apparebat. Nam
ille ſemper pedites in ordinibus, equites in equis continebat: & in
ter frumentandum non prius ſoluebat ordines, quàm campum quẽ
demeſſurus erat circumdaret equitibus & ſcutatis peditibus. tunc
quoq; ipſe obequitabat cum turmis alijs, & meſſores ſecedentes à cę
teris, aut excedẽtes circulum, ſeuerè caſtigabat. quamobrem Phamę
as hunc ſolum non audebat aggredi. quod cum indeſinenter fieret,
creſcebat Scipionis gloria, quam inuidentes ei tribuni alij, ſparge-
bant rumores, auitum hoſpitiũ eſſe Scipioni cum Phamææ familia.
çumq́; Afri in turres & caſtella, quæ multa erant in ea regione, con-
fugerent, alij tribuni ex pacto dimiſſos adoriebantur in itinere ex in
ſidijs. Scipio uerò eos domum deducebat: quam ob rem niſi prçſen
te Scipione, poſthac nemo paciſci uoluit. adeo uirtutis illius fideiq́;
opinio quotidianis ferè acceſsionibus creſcebat apud ſuos pariter
ac aduerſarios. à populatione autem reuerſis ad caſtra, Pœni caſtel-
lum nauale noctu ſunt aggreſsi magno tumultu, conſtrepente ad in
cutiendum

cutiendum terrorem etiam urbana multitudine. tum Manlius militem intus continuit, periculum non ſatis intelligens. Scipio uerò aſſumptis duabus alis equitum, excurrit cum accenſis facibus, præmonitis ſuis ut propter noctẽ abſtinerent à pugna, tantum circumcurſando cum ignibus prẹberent multitudinis ſpeciem, & territarent quaſi iamiam inuaſuri, donec Pœni ab utroq; latere infeſtati metu in urbem refugere. Et hoc quoq; acceſsit ad alia Scipionis præclara facinora: ob quę in ore erat omnibus, ut ſolus dignus patre Paulo debellatore Macedoniæ, & Scipionibus, in quorum adoptatus fuerat familiam. Manlio uero Nepherim eunte aduerſus Aſdrubalem, moleſte id ferebat Scipio, uidens iter eſſe per abrupta faucium, & præoccupata celſiora loca. ut uero tribus ſtadijs ab Aſdrubale aberant, & ad fluminis cuiuſdã alueum progreſsis per accliuia fuit aſcendendum ad eum, magnopere ſuaſit ut retro reuerterentur, dictitans, opus eſſe alio tẽpore alijsq; artibus aduerſus Adrubalem. ſed cùm ei tribuni æmuli contradicerent, putarentq; ignauiã magis quàm prudentiam eſſe uiſo hoſte retrocedere, atq; ita occaſionem ei præbere ut contemptim terga fugientum inuaderet: ſecundam protulit ſententiam, ſaltem in ripa citeriore caſtra ponerent, ut ſi forent impares contra uim hoſtiũ, haberent locum receptui, quem tunc nullum habebant. illi riſerunt hoc quoq; conſilium, quorum unus minabatur abiecturum ſe gladium, ſi non Manlij, ſed Scipionis parendum eſſet imperio. tranſijt igitur Manlius, uir ne aliâs quidẽ peritus artium militariũ. ubi uero tranſijt, obuium habuit Aſdrubalem, moxq́; magna cædes utrinq; eſt edita. Aſdrubal poſtquã ſe in caſtellum recepit, ubi nullum erat ei periculum, obſeruabat quomodo abeũtes aggrederetur ex inſidijs: qui pœnitentes iam anteactorum, diſcedebant uſq; flumen integris ordinibus. quod cùm moram afferret in tranſitu, propter pauca uada, eaq́; difficilia, neceſſariò turbabantur ordines. id conſpicatus Aſdrubal, tum maxime incubuit: multosq́; cædebat fugæ magis quàm pugnæ memores. in his cecidere tribuni tres, qui præcipui ſuo duci autores fuerant prẹlij. Scipio uerò trecentos equites quos circa ſe habebat, & alios quotquot dabatur colligere, in duas turmas diuiſos, immiſit in hoſtem magno impetu, admonitos ut per uices aſſultarent iaculando, moxq́; cederẽt: iterũq; inuaderẽt, ac mox retrocurrerent. ſic enim fore aiebat, ut ſemper dimidia pars ſuis uicibus hoſtes inuaderet, & iaculis abigeret tãquam in orbem pugnare coactos. Id cum repeteretur ſæpius, & Afri ut in anguſto telis configerentur continue, in Scipionẽ auerſi minus moleſti erant uadum tranſeuntibus. atq; interim ſuperata eſt fluuij ripa

ulterior. Scipio quoq; ad eos tranſuectus eſt inter tela hoſtiū. huius
pugnæ initio IIII. cohortes interuētu hoſtiū excluſæ à fluuio recur
rerāt in quendā tumulū. has obſidebat Aſdrubal Romanis etiā tum
ignorātibus, donec ad ſtatiua uentū eſt. tū uerò cognita re hęrebant
ancipites cōſilij, quibuſdam fugiendum cēſentibus, nec exponendū
periculo propter paucos uniuerſum exercitū. at Scipio monebat, an
tequā opus aggrediaris opus eſſe recto cōſilio: adductis uerò ſemel
in periculū tot uiris cū ſuis ſignis utēdū eſſe extrema audacia. moxq;
pollicitus eſt, ſeipſum acceptis aliquot turmis equitū quos ipſe cupe
ret, aut erepturū illos, aut unà cū eis libenter moriturū. aſſumptoq;
duorū dierū cōmeatu, mox iter ingreſſus eſt, ualde ſolicito exercitu
ne & ipſe nō rediret. ut uero peruenit ad obſeſſum tumulū, alium ex
aduerſo curſim occupauit, anguſta ualle diremptū. Afri uerò totis
uiribus incubuerūt in obſeſſos, rati nō poſſe ſuccurrere Scipionem
feſſum ex itinere. at ille ut uidit radices duorū tumulorū in uallē pro
minere. trāſcurrit per eas in locū ſuperiorē hoſtibus: qui iam circū-
uenti diffugere turbatis ordinibus, Scipione non perſequēte, quòd
ſuperarēt numero. ita hos quoq; iam deploratos ſeruauit. quē poſtq̄
procul uidere milites pręter ſpem & ipſum incolumē & aliorū ſerua
torem, ingentē iubilum ediderunt præ gaudio, certa opinione con
cepta, eum nihil ſine numine gerere, quod et olim eius auo Scipioni
creditū eſt futura prędicere. Mālius in caſtra ſuburbana reuerſus eſt,
multa perpeſſus quòd nō paruiſſet Scipioni diſſuadenti eam expedi
tionē. cumq; om̄es moleſte ferrent relictos inhumatos milites, pręci
pue tribunos, Scipio captiuū quēdā ſolutū uinculis miſit ad Aſdru-
balē, rogās ut ſepeliret tribunos. ille quęſitos inter cadauera, & aure
orum anulorū agnitos indicio (his enim differunt à uulgo militum
ferreos geſtantium) ſepelijt: ſiue humanum hoc ratus & à belli iure
non alienum: ſiue metuēs iam tum Scipionis gloriam, & tantum ui-
rum hoc officio demereri cupiens. cęterum ab Aſdrubale digreſſos
Phamæas infeſtauit, propter acceptam cladem trepidos. iamq; caſtra
ſubibant, cùm Carthaginienſes ex urbe procurrentes obuiam, inter
fecerunt aliquot ex calonibus. interea ſenatus in caſtra miſit qui re-
bus inſpectis diligenter renunciarēt omnia. apud quos & Manlius
& conſiſtorium & tribuni ſuperſtites, extincta iam cōtinuis ſucceſ-
ſibus inuidia, præclare de Scipione teſtati ſunt, ſimulq́; uniuerſus ex
ercitus, & inſuper ipſius egregia facinora. itaq; reuerſi legati uno o-
re celebrarunt Scipionis ſolertiam induſtriamq́;. & quàm propen-
ſus in eum ſit fauor exercitus. id ſenatui pergratum fuit. ſed quia nō
una clades accepta fuerat, petijt à Maſaniſſa per legatos, ut auxilia ua
lida

lida contra Pœnos mitteret. uerum ea legatio uiuum non inuenit. feſſus enim ſenio morboq́;, & plures filios habens illegittimos quibus multa donauerat, tres uero ex matrimonio, diuerſis ingenijs moribusq́; præditos: Scipionem ut auitum amicũ accerſijt, conſulturus eum de regno committendo liberis. qui ſine mora profectus eſt. ſed paulo anteq̃ ueniret, Maſaniſſa agens animã filijs præcepit, parerent Scipioni, quomodocunq; patrimonium eis diuiſerit. hoc elocutus obijt uir fortunatus per omnia: qui deo fauente paternum regnum à Carthaginienſibus ac Syphace occupatum recepit, & in tantum auxit, ut à Mauritania uicina oceano Cyrenenſem uſq; regionẽ per mediterranea ditionem propagauerit, magnumq́; tractũ terrarũ ad mitiorem cultum redegerit, Numidis antea plurimũ olere uictitare cõſuetis, & agriculturam negligentibus: reliqueritq́; magnã pecuniæ uim repoſitam, & copias exercitatiſsimas, illatas etiã ab inimicis iniurias ulciſcẽdo. Syphacem manu ſua ceperit, Carthaginem adeo debilitarit, ut à Romanis dirueret̃ facile. corpore quoq; magno ac robuſto ad multum ætatis fuit: quãdiu uixit, intereſſe prælijs ſolitus, & equum ſine ephippijs aſcendere. præcipuũ bonæ ualetudinis argumentum fuit, quòd naſcentibus decedentibusq́; filijs nunquam tamen minus decem habuit: & nouiſsimũ quadriennẽ ſenex nonagenarius reliquit. hanc enim ætatẽ attigit, quam egregie ferens tandem è uiuis exceſsit. Scipio filijs alijs paternã munificentiã cumulate reddidit: legitimis uerò pecunias addixit & uectigalia, nomen quoq; regium eis cõmune eſſe uoluit. cętera diuiſit pro dignitate ex ipſorum ſententia: Micipſæ natu maximo amantiſsimoq́; pacis, aſsignata præ cæteris Cirta regia: Guluſſæ uiro militari & proximo ætate, belli paciſq́; cura cõmiſſa. Maſtanabal natu minimus, aſſuetus iura dicere, controuerſiarũ inter ſubditos finiendarũ accepit iudicium. ad hũc modum regno patrimonioq́; diuiſo inter Maſaniſſæ liberos Scipio confeſtim Guluſſam adduxit in auxilium. qui perſcrutatus loca inſidiarum à quibus Phamæas Romanos infeſtauerat, ſuſtulit id incommodum. accidit aũt ut tẽpeſtate quadam Scipio & Phamæas ſibi occurrerent, dirimente uoragine inſuperabili. tum Scipio ueritus ne ulterius laterẽt inſidiæ, diſpecturus proceſsit cum tribus comitibus. quod ubi uidit Phamæas, è regione proceſsit cum uno comite. Scipio ſperãs eum uelle aliquid dicere, ipſe quoq; profectus eſt uno comitatus. cumq́; iam exaudiri poſſent mutuũ, ſic Pœnum affatus eſt. quid ita ſaluti tuæ non proſpicis, quandoquidem publicę nõ potes? tum alter: & quæ mihi ſalus eſt reliqua in hoc ſtatu Carthaginienſium, poſt illata uobis à me tot incõmoda? tum Scipio. equidẽ, ſiquid

putas in me uel opis uel fidei, polliceor tibi Romanorũ nomine nõ ſolum ſalutem & ueniam, ſed etiã gratiã: Pœnus uerò laudauit eum, quòd tantum fidei ſibi haberet præ cæteris. Deliberabo, inquit, & ſi id fieri poſſe putauero, ſignificabo tibi. his dictis diſceſſerũt. at Manlius ut aboleret acceptam ignominiã, rurſum contra Nepherim profectus eſt, aſſumpto cibo dierum quindecim, & in propinquo caſtra munijt, foſſa circũducta ſicut Scipio priori expeditione monuerat. & cum nihil proficeret, maius dedecus admiſit, cũ periculo ne rurſum abeuntes adoriretur Aſdrubal. quo ſic hærente anxio, quidam è Guluſſæ militibus Scipioni literas attulit. has ille ita ut erant obſignatas oſtendit exercitui. his apertis ſcriptũ inuenerunt: ad talem diem ego talem locum occupabo. tu cum quotcunq; libuerit adeſto, & excubitoribus edicito ut noctu uenientẽ admittant. hæc erat epiſtolæ ſententia. nec addebantur nomina. id Phamææ cõmentũ ſenſit Scipio. Manlius quamuis timebat ei ab homine uerſutiſsimo, tamẽ cùm bene ſperantẽ uideret, dimiſit: mandauitq́; ut Phamæam in fidem acciperet, ſed nihil de gratia definiret, tãtum polliceretur, ſenatũ eam pro dignitate relaturum. nec tamen opus fuit pollicitationibus. nam Phamæas poſtq̃ ad præſtitutũ locum peruenit, ait ſe ſalutẽ ſuam Scipionis dextræ credere: cæterum de rependenda gratia totum iudicium Romanis cõmittere. his dictis, ſequenti die ſuos inſtruxit ad prælium. moxq́; ante aciem cum præfectis proſiliens quaſi conſideraturus aliquid, ſic eos allocutus eſt. Si ulla ſpes eſt ſuccurrendi patriæ, paratus ſum id uobiſcum facere: ſin uerò in tali ſtatu eſt qualem ſcitis, ego meæ ſaluti conſulam. fidem enim accepi mihi & uobis quotquot perſuaſi fueritis: uos quid in rem ueſtrã ſit, ipſi uideritis. hæc ubi dixit, præfecti cum ſuis transfugerunt, ferme bis mille & c c equites. reliquos Hanno cognomine albus cohibuit. Scipioni cum Phamæa reuertẽti exercitus prodijt obuiam, fauſtis acclamationibus uelut triumphantẽ excipiens. Manlius uerò ſupra modũ lætus, nec turpem iam reditũ exiſtimans, quòd Aſdrubal territus haudquaq̃ perſecuturus uideretur, caſtra mouit propter inopiam, non quindecimo expeditionis eius die, ſed ſeptemdecimo: & adhuc opus erat laborioſo itinere tridui. Scipio aſſumptis Phamęa Guluſſaq; & ipſorum equitatu, necnon aliquãmultis Italicis equitibus, properauit ad campum quem uocant magnum barathrum, unde cum magna præda & cõmeatibus ſub noctẽ ad exercitũ redijt. Mãlius aũt audito ſucceſſorem ſibi uenire Calpurniũ Piſonem, præmiſit Romam Scipionem cum Phamæa. eum exercitus ad nauem deduxit, cõprecatus deos ut darent ſibi uidere illum in Africam reuerti conſulẽ, quaſi fatale eſſet
ab

ab hoc ſolo expugnari Carthaginem . diuinitus enim hæc opinio ſuborta eſt, à ſolo Scipione poſſe capi Carthaginem : idq́; multi Romam ſcribebant domeſticis . Senatus Scipionem laudauit publicè: Phamæam honorauit purpura & bulla aurea , equoq́; ornato phaleris aureis,& armatura integra,inſuperq́; X M HS.addidit argenti facti pondo centum,& tentorium inſtructũ ſuppellectilibus , iuſsitq́; ampliora ſperare ſi ad bellandũ attulerit ſtrenuam operam.ille omnia pollicitus,in Africã traiecit in Romana caſtra. ineunte uere Calpurnius Piſo cõſul eò uenit,ſimulq́; collega L.Mancinus claſsis prę fectus,qui nec Carthaginem tentarunt,nec Aſdrubalem.tantum circumferentes bellum circa oppida, à Clupea terra mariq́; oppugnata repulſi ſunt. Sed aliud propinquũ Piſo cepit & diripuit , oppidanis ſe dediticios eſſe cauſantibus. inde ad Hipponem Zaretum tranſijt, urbem magnã,mœnibus,arce, portubus, naualibus, ab Agathocle Siculorum tyranno inſtructam pulcherrime:quæ media inter Carthaginem & Vticam,cõmeatus Romanis intercipiebat, & inde oppidani non mediocriter ditabantur.Ab his Calpurnius maleficiorũ pœnas exigere , ſimulq́; lucrũ auferre cogitabat . Sed ille fruſtra per totam æſtatem aſſedit: obſeſsi uerò bis eruptione facta, Carthaginienſibus quoq; opem ferentibus,incenderunt machinas hoſtiũ. conſul infecto negotio diſceſsit in hiberna Vticam. At Carthaginienſes cum & Aſdrubalis exercitũ haberent incolumem, & ipſi ex conflictu Hipponẽſi Piſone ſuperiores diſceſsiſſent, aucti etiam DCCC.equitibus Numidis, qui Bithya duce à Guluſſa trãsfugerãt: uiderẽtq́; Maſaniſſæ alios filios Micipſam & Maſtanabalem ſemper quidẽ Romanis polliceri arma & pecunias , cunctari tamen & de futuro circũſpectare : animoſiores redditi per Africam uagati ſunt intrepidè, regionem muniendo præſidijs, & apud populos eius multa contumelioſa in Romanos memorando pro contionibus.& quo ignauiam illorũ ſugillarent, exprobrabant eis res ad Nepherim parum feliciter geſtas ſemel atq; iterum, & ad Hipponem acceptum recens incommodum,tum ipſam Carthaginem fruſtra oppugnatam,quamuis inermem & immunitã . miſerunt etiam ad Micipſam & Maſtanabalem,& ad Mauros liberos,qui monerent, cauendum ipſis quoq; ne ſublata Carthagine à Romanis ſubigantur. Miſerunt & in Macedoniam alios ad uulgo creditum Perſei filium, qui tunc bellum gerebat aduerſus Rom. populum,hortantes ut in bello perſiſteret gnauiter:nõ defore illi pecunias & naues à Carthagine. in ſumma, nihil iam cogitabant modicũ,poſtq̃ ſe armauerãt, ſed indies creſcebat eis animus,apparatus, audacia.nec minus alacritatis erat in Aſdrubale, qui

qui foris bellum adminiſtrabat, bis proſpere congreſſus cum Man-
lio:& urbanam qnoq; præfecturam affectans, Aſdrubalem qui tunc
eam obtinebat, Gulußæ ex ſorore nepotẽ, falſo criminabatur apud
ſenatũ, quòd remp. Gulußæ proderet. quod crimẽ poſtq̃ obiectum
eſt ei publicè, inopinata re territus, non habuit quod pro ſe afferret:
moxq́; ſubſellijs eſt obrutus. in urbe uerò ubi nunciatum eſt de Piſo
nis ſegnicie, deq́; apparatu Carthaginienſium, populus moleſte id
tulit, timens augmenta belli tam ardui ſuſcepti contra uicinam gen-
tem infenſiſsimã. nullam enim iam pacem ſperabant, qui priores in
iubendo fidem parum ſetuarant. erat aũt tunc recens tribuni Scipio
nis in Africa geſtorum memoria, quæ cõferebantur cum rebus pr ę
ſentibus. cumq́; paſsim recitarentur quæ à caſtris perſcribebantur
ad amicos ac domeſticos, omnes optabant illũ in Africam mitti con
ſulem. & inſtabat comitiorum dies. ſed obſtabat ætas uiri, nondum
ad tantum honorem legitima. ędilitatem enim ambiebat, cùm popu
lus conſulatum obtulit. contradicentibus autem Coss. & legem obij
ciẽtibus, populus perſtabat in precibus, clamitãs ſe legibus à Tullio
Romuloq́; latis factum comitiorũ arbitrum, & poſſe leges ad ea per
tinentes uel ratas habere uel irritas. tãdem unus tribunorum plebis
minatus eſt adempturum ſe poteſtatẽ comitiorũ cõſulibus, ni aſſen-
tirent populo. ita conſules permiſerunt tribunis pl. ut legem hanc
in annum unum abrogarent, quo exacto ferrent eam denuo. quod
exemplum uidetur ſumptum à Lacedæmonijs, qui cùm neceſsitati
coacti leges poſthabere, captos ad Pylum abſoluerẽt ab ignominia,
feruntur dixiſſe, Dormiant leges hodie. ita Scipio petẽs ædilitatem,
conſulatum adeptus eſt, cum quo Druſus collega prouincias ſortiri
poſtulauit, donec unus tribunorũ pl. rogationem tulit ad populum
de bello Punico, quẽ ei præeſſe iubeat. populus Scipioni dedit eam
prouinciam: permiſitq́; ut ex delectibus ſupplementũ conſcriberet,
præterea uoluntarios quotquot poſſet acciperet à ſocijs, & ad reges
ac ciuitates arbitratu ſuo literas daret inſcriptas pop. Romani nomi-
ne. & impetrauit hoc modo ab aliquot regibus atq; populis auxilia.
his ita diſpoſitis in Siciliam, & inde porrò nauigauit Vticam. Piſo in
terim oppugnabat oppida mediterranea: Mancinus ſtans ad Cartha
ginem, animaduertit muri partem quandam neglectam, quòd eſſet
ob continuas rupes penè inacceſsibilis, & ſperans ſe poſſe latere ſca
las parauit: quibus admotis milites aliquot impigre murum aſcende
runt. ſed Pœni contempta horum paucitate portam aperuerunt uer
ſam ad eas rupes, & in Romanos procurrerũt: quibus fuſis fugatisq́;
milites à tergo hærentes per portam in urbem irruperunt pariter,

editoq́

editoq; ut à uictoribus iubilo, Mancinus lætitia geſtiens, uir & aliâs leuis ac temerarius, ſimulq; turba cętera, nauibus relictis ſemiermes concurrebant ad mœnia ſuis opem laturi. iamq; ſol ad occaſum uergebat, cum occupata munitione quadam in pomœrijs, ibi quieti ſe cõtinebãt. ſed quia Mancinus carebat cibarijs, Piſonem uocabat & magiſtratus Vticenſium, ut periclitanti ſuccurrerent, & cibos afferrent propere. Sic ille in periculo erat ne primo mane Pœni præcipitem per rupes impellerent. Scipio uerò eo ueſpere Vticam appulit, & circa mediam noctem acceptis Mancini literis, continuo iuſsit ſigna canere: milites aduectos reuocauit per præcones ad mare, ſimulq; iuuentutẽ Vticenſium. ſeniores iuſsit cõmeatus in triremes comportare: ſolutisq; aliquot captiuis Carthaginiẽſium, dimiſit eos nunciaturos Scipionẽ cum claſſe aduehi. Piſonem quoq; alijs poſt alios equitibus ad eum miſsis uocauit, ut ueniret celeriter. ipſe ultima uigilia ſoluit, iuſsis militibus ut appropinquantes recti ſtarent in tabulatis, quo maior numerus appareret hoſtibus. Mancinus prima luce undiq; oppugnatus à Carthaginienſibus, orbẽ fecit ex D. quos ſolos armatos habuit, quo incluſit inermium tria milia: iamq; uim telorum & crebra uulnera uix ſuſtinẽs cõpellebatur in pręrupta mœnium, cum naues Scipionis plenis uelis in cõſpectum uenere plenæ armatis militibus, non inexpectatæ Pœnis qui à captiuis præmoniti fuerant, Romanis uerò necopinatam ſalutem afferentes. cedentibus enim aliquantum Carthaginienſibus, periclitantes in claſſem recepit Scipio: moxq; Mancinũ Romam remiſit. iam enim Serranus ſucceſſor ad claſſem uenerat. ipſe non longe à Carthagine caſtra metatus eſt. Pœni quoq; ad quintum ſtadium progreſsi à mœnibus ex aduerſo ſua caſtra poſuerunt. in ea conuenere Aſdrubal qui foris militiæ pręerat, & Bythia præf. equitum, adduxeruntq; ſex milia ueteranorum peditum, & mille exercitatiſsimos equites. at Scipio uidens corruptam diſciplinam militum, ſub Piſone aſſuetorum otio, rapinis & auaritiæ, mixtamq; his circũforaneorũ multitudinem, qui prę dæ cauſa excurrebant ad rapinas cum audacioribus non expectato ducum imperio, cum lex caſtrenſis pro deſertore habeat, ſiquis ulterius ſecedat quàm unde ſignorum cantus audiri queãt, & quicquid hi committant, imputari exercitui: tum res raptas fieri cõtentionum iniuriarumq; aliarum materiam. nam multi propter lucra contubernalibus contemptis non abſtinebant à digladiationibus & cædibus. hæc inquam animaduertens Scipio, & cogitans nunquam deuictuꝛum ſe hoſtes, ni ſuos in poteſtate habuerit, aduocata contione pro tribunali his eos uerbis caſtigauit. Ego uobiſcũ milites Manlium ducem

ducē ſecutus, obedientia uobis teſtibus prębui ſpecimen, quam nūc pro imperio poſtulo à uobis. quamuis in cōtumaces animaduertendi extrema pœna poteſtatem habeam, tamen præmonere ducens ſatius. ſcitis autem ipſi qualia cōmittatis. me certe pudet ea proferre in contione publica. latrocinia magis quàm bella geritis, & deſertis caſtris diſcurſatis, nundinationibus magis aſſueti quàm oppugnationibus: & delicias expetitis durante bello ante uictoriam. propterea hoſtium res præter ſpem breui quo abfui tempore in tantum auctæ ſunt, ut nobis ſucceſſoribus per tantam negligētiam labor redditus ſit difficilior. quam culpam ſi mihi conſtaret ueſtrā eſſe, ſtatim pœna ſequeretur, ſed quoniā in aliū eam refero, nunc remitto uobis errata præterita. ego certe non ad latrocinandum ſed ad uincendū ueni o. nec ante uictoriam pecunias exigam, ſed confectis prius hoſtibus. ergo quotquot non militatis, abite omnes è caſtris hodie, præter eos qui poteſtatem manendi à me acceperint. nec ullum reuerti uolo, niſi qui cōmeatum afferat, eumq́; militarem ac ſimplicem. ueru m his quoq; tempus præſtituam in quo diſponant res ſuas, quarū uenditionem ego & quæſtor curabimus. hoc dictum ſit ſupernumerarijs. uobis militibus unum mandandum habeo ſuffecturū ad omnia quæ aggrediemur, ut à me ſumatis exēplum morū ac induſtriæ. nam ſi ad eum ſcopum ueſtros conatus direxeritis, nec alacritati ſucceſſus deerit, nec opere gratia. nunc laborandum eſt dum urget periculum. lucra & deliciæ differantur in ſua tempora. hæc ego, hæc diſciplina poſtulat. obedientes magna præmia manent, inobedientes pœnitentia. hæc locutus continuo ſuperuacuam turbam expulit, & cum his quicquid non tam ad uictum pertinebat quàm ad delicias. ſic repurgato exercitu, & ad mandata reuerenter exequenda cōpoſito, una nocte clam aggreſſus eſt duob. locis Megara. qui locus in urbe peramplus mœnibus eſt cōtiguus. itaq; circūmiſsis qui eum diuerſa parte inuaderent, ipſe cum dolabris, ſcalis, uectibus ibat per aliquot ſtadia ſilentio ſine omni ſtrepitu, ubi uero appropinquantem ſenſere diſpoſiti per mœnia, conclamantibus illis ipſe primus moxq́; totus eius exercitus clamorem reddidit. diuerſa quoq; parte maximus exortus eſt: qui primus terror Carthaginienſes perculit, tot hoſtibus noctu repente exortis ab utroq; latere, ſed mœnia quāuis magno conatu ſuperare nō potuit, cæterum priuati ciuis turrim deſertam extra muros ſitam & his parem celſitudine, iuuenes audaces iuſsit aſcēdere, qui ſubmotis iaculando propugnatoribus tigna & pontes tranſuerſos iniecerunt, per quos tranſcurrerūt in mœnia, & inde in Megara deſilierunt, diſfractaq́; porta Scipionem admiſerunt

runt,qui cum quatuor milibus introgreſſus,celeriter Carthaginien
ſes intra Byrſam compulit,quaſi capta urbe reliqua:in quo tumultu
ac ſtrepitu uario nõnullis captis,etiã qui foris in caſtris erant,his de-
ſertis in arcem ſe curſu receperunt unà cum alijs.Scipio, quia Mega
ra conſita erant hortis & arbuſtis æſtiuos fructus ferentibus,diſtin-
cta etiã macerijs & ſepibus uiuis alijsq́; ſentibus, riuis quoq; flexuo
ſis interfluentibus,ueritus ne difficile militibus eſſet hoſtẽ per igno-
tas uiarum ambages perſequi, néue nox occaſionem daret inſidijs,
receptui cecinit.ubi lux redijt,Aſdrubal indigne ferens eam audaci-
am,quotquot ex Romanis captiuos habebat, productos in mœnia,
unde ſuis poterant eſſe conſpicui,aut oculis,aut linguis, aut neruis,
aut pudendis mulctauit,uncis ferreis ad hanc pœnam adhibitis:alio
rum ſuccidit plantas,aliorum amputauit digitos, aut pellem detraxit
toto corpore,atq; ita uiuos præcipitauit per rupes,ne Carthaginien
ſibus ullam ſpem pacis à Romanis impetrandæ relinqueret: utq́; exa
ſperatis animis in ſolis armis ſalutem reponerent. at res ceſsit in con
trarium.nam Pœni tam nefariorũ facinorum ſibi conſcij, timidi po
tius quàm audaces reddebantur: & Aſdrubalem oderant,qui ueniæ
ſpem eis præciderat,præcipua ſenatus indignatione, qui eam imma
nitatem ac ſuperbiam intempeſtiuã eſſe uociferabatur in calamitati-
bus publicis. at ille ſenatores etiã aliquot cõprehẽſos occidit: iamq́;
omnibus formidandus tyranno quàm præfecto erat propior, in eo
tantum ſecuritatem collocans,ſi timeretur à populo,& ideo nõ ap-
peteretur facile cuiuſquam inſidijs.Scipio caſtra hoſtium pridie de-
ſerta cum in urbem fugerent,incendit:& inuniuerſum iſthmo poti-
tus, foſſam à mari ad mare perduxit, ad teli iactũ ab hoſte ſemotus.
illi tamẽ opus impedire conabantur, quod per ſtadia uigintiquinq;
militibus operantibus ſimul & propugnantibus abſolutum eſt. quo
perfecto aliam foſſam parem fodijt, non multum à priore diſsitam,
ſpectantem ad mediterranea: additisq́; duabus tranſuerſis, ut totus
ambitus haberet formã quadrangulam : omnia uallis acutis munijt,
poſt quos effodit foſſas alias. ea uerò parte quæ ſpectabat Carthagi-
nem,murum etiam exſtruxit, XXV. ſtadiorum longitudine, altitu-
dine pedũ duodecim,turribus ac propugnaculis per interualla emi-
nentibus.latitudo muri æquabat altitudinis dimidium. in medio tur
ris erat altiſsima,tecta IIII.faſtigijs,unde proſpicere licebat,quid in
urbe fieret. his operibus totius exercitus labore abſolutis intra dies
noctesq́; XXIIII. militibus uiciſsim nunc arma nunc ferramẽta ſu-
mentibus, nec niſi neceſſariam curam corporis admittẽtibus: in his
caſtris collocauit copias.quæ alterum quoq; uſum præbebant,mu-

nitionum uidelicet, quarum longitudine intercludebantur cõmeatus obſeſsis importari ſoliti terreſtri itinere.nam hac ceruice exceptu reliquum urbis mari alluebatur:quod primũ ac præcipuũ malorum famisq; fuit initium. nam ex quo populariter ex agris in urbem migratum fuerat, nec egredi quiſquam audebat metu obſidentium, nec urbs frequentabatur propter bellum à negotiatoribus: Afrorũ tãtum cõmercijs raro annona ſubuehebatur mari, quoties per tempeſtates licebat: maior pars per terrã afferebatur. quæ uia poſtq̃ obſepta eſt, fame laborare cęperunt. Bithya quoq; præfectus equitum ad frumẽtandum miſſus, diu nec accedere Scipionis caſtra, nec perrumpere auſus eſt:ſed è longinquo tardè mittebat in urbem frumentum nauibus impoſitum, quamuis naues Romanæ prope urbem ſtarent, ſed nec continuæ nec denſę, ut circa importuoſa prǫruptaq́; litora, nec poterant fluitare propius, ſtantibus Pœnis ſupra mœnia, & fluctibus ibi maxime propter ſaxa ſæuientibus.ideo naues onerariæ Bithyę, & ſi quis negotiator lucri cauſa cõtemnebat periculum, obſeruato uento quoties à mari flaret uehementior, plenis uelis peruadebant, tutæ à triremibus, quæ curſum earum æquare non poterant.ſed occaſio hæc raro ſe offerebat, nec niſi cum à mari uẽtus flaret uehementior.& hos ipſos maritimos cõmeatus Aſdrubal diſtribuebat ſolis x x x. milibus uirorum, quos ad militiam ſelegerat:reliquam multitudinem contemnebat, quæ maxime fame laborabat. id ubi ſenſit Scipio, conatus eſt claudere os portus ad occidentem ſpectans, & non longe remotũ à litore.produxit igitur in mare longum aggerem, ab ea lingua quæ inter ſtagnum eaat & mare, per altum rectà uerſus os protendens, deiectis & cõſtipatis ſaxis prægrandibus, ne fluctibus cederent. eius aggeris latitudo x x IIII. pedum fuit in ſuperficie, in fundo uerò quadrupla.id opus initio Pœni ridebant, contemnentes ut tarde, aut fortaſſe nunquam abſoluẽdum. ſed cùm totus exercitus certatim conferret operas, nõ interdiu, non noctu laborem intermittendo, tandem territi aggreſsi ſunt diuerſa portus parte, qua peninſula procurrit in medium pelagus, fodiẽdo aperire os aliud, quò nullus agger procedere poterat propter maris altitudinem & uim uentorum ſæuientium. fodiebant autem populariter unà cum mulieribus & pueris, intus incipientes, & occulte uerſantes in opere. ſimulq́; triremes ac quinqueremes ædificabant è materia uetere, ſumma cum alacritate ac audacia. & adeò celabant omnia, ut ne captiui quidem poſſent Scipioni quicquam manifeſte dicere, niſi ſtrepitum in portubus eſſe die nocteq́; continuum: cæterum in quem uſum, ſe neſcire: donec apparatis iam rebus omnibus,

Cartha

Carthaginienſes aperuerunt os portus circa diluculum,& eruperũt L. triremibus: cercuris uerò, myoparonibus & alijs minoribus nauigijs multis,ad terrorẽ ornatis egregie.Romanos & nouum os repente apertum, & claſsis inde erumpens in tantum terruit, ut Pœni ſi continuo claſſem aggreſsi fuiſſent,neglectam abſentibus & ad oppugnationem uerſis tum ſocijs naualibus tum remigibus, facile totam potuerint in ſuam poteſtatem redigere. nunc quia fatale erat deleri Carthaginem, contenti oſtentatione inſultationeq́; ſuperba in portum reuerterunt. tertia uerò die naues prouexerũt ad prælium, & Romani apparata claſſe rebusq́; cæteris ex aduerſo promouerũt. concurrerunt autem magnis utrinq; hortantiũ clamoribus,& remigum ſimul ac gubernatorũ animis,dum alteri de ſalute, alteri de ſuperna manu imponenda uictoriæ dimicant,multis ultro citroq́; illatis ictibus ac uulneribus in mediam uſq; diem.in quo prælio nauiculæ Pœnorum ſubeuntes Romanas tanto maiores, nunc puppibus, nunc gubernaculis,nunc remis detritis mulctabant modis uarijs,pari agilitate ſuffugiẽdo incurſandoq́; denuo. cumq́; dubio marte certatum eſſet uſq; ueſperam,uiſum eſt Carthaginiẽſibus, ſatius eſſe retrocedere,non quòd uictos ſe faterentur, ſed quòd certamen differrent in craſtinum. eorum minora nauigia celeriore fuga occuparũt portus oſtium,& conſtipata prę multitudine refertum occluſerunt, adeò ut maioribus redeuntibus in portum non pateret aditus:refugerentq́; ad aggerem, qui ante mœnia ſpatioſus dudum ad excipiendas negociatorum ſarcinas extructus fuerat: in quo loricula nõ alta huius belli tempore fuit addita,nequando locus hic propter amplitudinẽ occuparetur ab hoſtibus. ad eum aggerem naues Pœnorum portu excluſæ ubi refugere,ſteterunt proris in hoſtes obuerſis, militibus alijs è claſſe,alijs ex aggere,alijs è lorica antemurali propugnantibus.Romanis uerò expeditus in eas erat impetus, nec difficile fuit pugnare cum nauibus ſtantibus.ſed quoties ſe reciperent,quia propter longitudinem circũagebantur tardius, tantundem recipiebant damni quantum dederant.nam auerſæ fiebant obnoxiæ punicarum incurrentium ictibus:donec quinq; naues Sidenſiũ,Scipioni miſſæ à ſocijs,ancoras in altum longo interuallo iecerũt: à quibus ubi longos rudentes religarunt,in punicas inuehebantur remigio, & inflicta plaga rudentem à puppi legebant:rurſumq́; repetito impetu, eodem modo in puppim retrocedebant.id Sidenſium cõmentum tota claſsis imitata,multum incõmodauit hoſtibus: continuatoq́; in noctem prẹlio,quotquot ſuperfuere naues Carthaginienſiũ,in urbem ſuam refugerunt.Scipio mane inuaſit aggerem, quòd eſſet locus ad

portum infeſtandum idoneus . incuſsis igitur in loricam arietibus,
& admotis multis machinis, partem eius diruit. at Pœni quamuis ſa-
me uarijsq; moleſtijs preſsi, noctu excurrerũt in Romanorũ machi-
nas: non per terram, non enim erat tranſitus: nec nauibus, erat enim
ibi uadoſum mare : ſed nudi non accenſis facibus, ne è longinquo
eſſent conſpicui. cæterũ ingreſsi mare quà nemo expectarat, alij ua-
dis tranſibant merſi uſq; pectora, alij natabant, donec ad machinas
uentum eſt : ubi accenſo igne iam conſpicui, multa utpote nudi ac-
ceperunt uulnera, multa etiã intulerũt incõmoda præ ferocia: quip-
pe qui ſpiculis & cuſpidibus confixi facies ac pectora nõ remittebãt
impetum, ſed more ferarum in uulnera ruebant, donec incenſis ma-
chinis propugnatores earũ uerterunt in fugam trepidos, nudo ac ſu
rente hoſte tota caſtra turbãte magis quàm unquam antea. itaq; ter-
ritus Scipio circũequitabat ea cum turmalibus, iuſsis ſuos, ni fugam
ſiſterent, configere: & confixit quoſdam, donec plures hac neceſsi-
tate redire in caſtra cõpulit perituros alioquin : & pernoctatũ eſt in
armis: tantum terroris furor deſperatorũ intulit. illi machinis incen
ſis natatu domũ reuerſi ſunt. ubi uere dies illuxit, Pœni iam tuti à ma
chinis inſtaurabãt partem antemuralis dirutã, addendo multas tur-
res certis interſtitijs. Romani fabricatis alijs machinis, aggeres exci-
tabant ex aduerſo turrium: è quibus in eas iaculabantur faces, & ſul-
fur ac picem in fictilibus: incenderuntq; nonnullas, & Pœnos fuſos
perſequebantur. erat autem ſolum quà currebant fuſo recenti cruo
re lubricũ, ut fugientes non liceret aſſequi. Scipio uerò toto aggere
occupato, foſſa eum munijt, & muro latericio pari cum hoſtiũ mœ-
nibus altitudine, nec longe ab his diſtante. quo abſoluto quatuor mi
lia militũ aſcendere iuſsit, & tela iaculaq; cõtemptim in aduerſos ho
ſtes ingerere. qui quoniã pares erant celſitudine, feriebant eos non
irritis ictibus. atq; ita æſtas abſumpta eſt . Hiemis autẽ initio Scipio
ſtatuit Carthaginienſium copias & auxilia quæ foris habebant, pri-
mum tollere, unde illis cõmeatus ſubmittebãtur. dimiſsis igitur alijs
aliò ducibus, ipſe contra Diogenem Aſdrubali fauẽtem Nepherim
per ſtagnũ profectus eſt, iuſſo illuc terreſtri itinere accurrere C. Læ-
lio. quò poſtquam peruenit, caſtra duobus ſtadijs à Diogene remota
poſuit: ubi Guluſſa ad illum continenter infeſtandũ relicto, ipſe pro
perauit Carthaginem, ſubinde ultro citroq; curſitans, ut quæ gere-
bantur inſpiceret . cumq; corruiſſent duo caſtella Diogenis, Scipio
mille ſelectos auerſa parte collocauit in inſidijs, ipſe à fronte cum tri
bus milibus æquè ſelectorũ aſcendebat per ruinas caſtellorum, non
uno agmine, ſed ſeorſum, iuſsis oppugnare militibus adeo cõſtipa-
tis

tis,ut primi nullo modo repelli poſſent propter impetũ ſequentiũ. Afris autẽ ad clamorẽ irruentum occurrentibus, & huc intentis omnibus,mille alij ſic ut iuſsi fuerant,nemine obſeruãte, ac ne ſuſpicante quidem aduentũ eorum , intra caſtra irruperunt audacia maxima conuulſo uallo tranſcenſoq́;.id quàm primũ ſenſerunt Afri fugã arripuerunt,multo plures intus eſſe rati quàm quos uidebant.hos Guluſſa cum Numidis multis & elephantis perſecutus ingentẽ ſtragem edebat.perierunt enim L X X.milia cõnumeratis paganis:capta ſunt decem milia,euaſerunt circiter quatuor milia. Nepherim deinde cepit Scipio,labore magno per uigintiduos dies oppugnatam loco ac tempore frigido . quæ uictoria plurimũ ad expugnationẽ Carthaginis contulit.nam ab hoc exercitu cõmeatus ſuppeditabantur obſeſſis, hæc caſtra fiduciam Afris addebant. quibus captis etiam reliqua regionis eius loca dediderũt ſe Scipionis ducibus ſine ullo negotio. ita cõmeatus apud Carthaginienſes deficit, cum neq; ex Africa iam alienata,neq; aliunde quicq̃ importari poſſet nauibus ob bellũ pariter ac hiemem.ineunte deinde uere Scipio Byrſam ſimul & portum quem Cothonem uocant, aggreſſus eſt.Aſdrubal uerò noctu incendit portus eam partem quæ erat quadrangula.& cum expectans nouum in eam partem à Scipione impetum intentus eſſet eò cum ciuibus, Lælius clàm aſcẽdit rotundam inde auerſam. cumq́; clamor editus eſſet à uictoribus,terruit aduerſarios:iamq́; contemptim milites aſcẽdebant undiq;,iniectis trabibus,machinis,pontibusq́; ſuperando loca hiantia,inuitis propugnatoribus exhauſtis fame ac defectis animo. occupato muro qui Cothonem cingebat, Scipio forum propinquum irrupit,ubi quia nox imminens nõ ſinebat procedere, pernoctauit armatus cum omnibus.ſequentis uerò lucis initio uocauit quatuor milia recẽtium militũ, qui ingreſsi tẽplum Apollinis, auratam eius ſtatuam & faſtigiũ opertũ laminis aureis pondo M. talentorum deprædati ſunt.concidendo gladijs quantumuis præfectis reclamantibus, donec diuiſa præda ad reliqaam oppugnationẽ uerſi ſunt.interim Scipio properabat ad Byrſam , nihil enim erat in tota urbe munitius,& eò plurimi cõfugerant. ad eam tribus cliuis aſcendebatur à foro,circa uias cõtinuatis ædibus celſis undiq; imminentibus.ex quibus cum Romani telis impeterentur, primoribus expugnatis,ex eis defendebant ſe à proximis:& quoties uincebant,tranſuerſis trabibus ac tabulis impoſitis ſuper angiportuũ interſtitia tranſibant tanquam pontibus.atq; ita bellum gerebatur in ſolarijs,interim alijs utcunq; ſibi occurrebant dimicantibus in imis angiportibus.erãt aũt oĩa plena clamore,gemitu, eiulatu inter caſus uarios,

dum alij cędunt cominus, alij uiui è tectis in humū deijciunt, nonnulli cadentes rectis haſtis excipiūtur, aut lanceis, aut gladijs. nemo tamen ignem inijciebat ædibus, propter eos qui pugnabant in ſolarijs, donec ad Byrſam euaſit Scipio. tum uerò momento eodem tres angiportus incenſi ſunt, militibus uiam munire iuſsis per ruinas incendiorum, ut exercitus poſſet uno agmine tranſcurrere. inde alia calamitatū extiterunt ſpectacula, dum ambuſta ædificia corruūt, & uiri adeo nō ſuccurrunt, ut reliquias etiā funditus diruant. nam ſtrepitus quoq; hinc augebatur plurimū, & cum ruderibus cōfertim in publicum decidebant cadauera, quidam etiā uiui, pręſertim ſenes, mulierculæ, pueri, qui ſe in ædium latebras intimas abdiderāt, pars uulnerati, ſemiuſtulati, edentes clamores triſtiſsimos. alij rurſum è tanta celſitudine inter lapidum lignorumq; fragmina propulſi, lacerabantur cadendo modis uarijs membratim fruſtratimq;. nec hic finis malorum fuit. nam purgatores ruderum ſecuribus, dolabris, furcis tum uiuos tum mortuos cōgerebant in foueas tractim, ceu ligna & lapides ferramētis uerſando. atq; ita hominū congerie cōplebantur foueæ: in eas alij præcipites dati diu palpitabant cruribus ſupra terram extantibus, aliorum humi defixis pedibus eminebant ſolo capita. horū facies & cerebra diſsipabantur ungulis equitū, non temere, ſed data opera. nam & cæmentarij uiæ purgatores data opera faciebant omnia. uerum cōtentio certaminis, & opinio propinquæ uictoriæ, tum properatio militū, accēdentibus ardorem præconibus ac tubicinibus, & tumultus tribunorū centurionūq; cateruatim diſcurſantium, omnes uelut lymphatos auertebat ab his ſpectaculis. in eos labores continuæ dies noctesq; ſex inſumptæ ſunt, ſubmiſsis inuicem feſſorū recentibus, ne perpetuis uigilijs, laboribus, cædibus, & ſpectaculis triſtibus deficerent. ſolus Scipio ſine ceſſatione urgebat & diſcurrebat inſomnis, fortuitū cibum obiter capiens, donec præ laſsitudine ſedit in loco edito inſpiciens quæ fierent. cūq; multa etiam tum uaſtarentur, & uideretur diu duratura hæc calamitas, die ſaptima demum quidam ſupplices cōfugerunt ad eum præferentes uerbenas Aeſculapij, cuius templū prædiues erat in arce nobilius cæteris. has illi prætendentes, de ſalute tantum paciſci cum Scipione petebant, concedenda his qui uellent arce excedere. & impetratum eſt, exceptis transfugis. exiueruntq; mox quinquaginta milia uirorum promiſcuè ac mulierum, tranſmiſſa per anguſtā portam antemuralem: quibus ſtatim addita eſt cuſtodia. transfugę autem ad ſummum nongenti deſperata ſalute, in Aeſculapij templum ſe receperūt cum Aſdrubale & uxore duobusq; filijs: unde facile repugnabant

bant quãuis pauci numero, ut è loco edito & impoſito rupibus, qui etiam pacis tempore ſexaginta gradibus aſcendebatur. tãdem famis, uigiliarum, pauoris exitio iam propinquante impatientia, fano deſerto in ſummã ædem ſeſe proripuerunt: & interim Aſdrubal clàm fugit ad Scipionem cum ramis oleæ. cum Scipio iuſſum aſsidere ſibi ad pedes, oſtendit transfugis. quo uiſo poſtularunt ſilentiũ: & impetrato, poſt effuſa in Aſdrubalem multa uariaq; cõuicia, templum incenderunt, & ſe cõcremauerunt. Fertur dum accenditur ignis, uxorem Aſdrubalis ornatã pro tempore cõſtitiſſe ex aduerſo Scipionis cum duobus filijs, & clara uoce dixiſſe, Tibi quidẽ Romane dij ſint propitij, qui iure belli uteris: ab hoc autẽ Aſdrubale, patriæ, ſacrorũ, mei, filiorũq; proditore, genij Carthaginis, tuq; cum eis, pœnas exigant. deinde ad Aſdrubalem uerſa, Sceleſte, irquit, perfide, effœminatiſsime uirorũ omniũ, me quidem & hos meos filios hic ignis ſepeliet. tu uerò ad quem triumphũ ſeruaris dux magnæ Carthaginis? quas nòn pœnas dabis huic, cui nunc ſupplex aſsides? his exprobratis iugulauit filios, cõiecitq; in ignem, & ſeipſam inſuper. hũc aiunt fuiſſe uxoris exitũ, qui magis decuiſſet ipſum Aſdrubalem. at Scipio urbem, quæ per annos ex quo fuerat cõdita ſeptingentos floruerat, maris & inſularũ imperio, armis, claſsibus, elephantis, pecunijs, conferenda cum quouis regno maximo, audacia uero & alacritate præferenda etiam, quando ademptis nauibus armisq́; tamen per trienniũ famem & bellum ſuſtinuit: tunc funditus deletam uidẽs, illacrymaſſe dicitur, & propalàm defleuiſſe fortunã hoſtium: quippe qui diu multumq́; cogitans conſiderabat, ciuitates etiam gentesq; ac imperia mutationibus obnoxia eſſe omnia, haud ſecus quàm fortunas hominũ. accidiſſe id quondã Ilio fortunatæ ciuitati, accidiſſe deinde Aſſyrijs, Medis, Perſis, quorũ deinceps latiſsima fuerunt imperia. idem paſſos nuper Macedonas, quorũ imperiũ maximũ et illuſtriſsimum fuerat. itaq; ſiue uolenti ſiue imprudenti hoc carmen excidit,

Iamq́; dies aderat, quo concidat Ilion ingens,
Et Priamus Priamiq́; ruat plebs armipotentis.

certe familiariter à præceptore Polybio rogatus, quid ſibi uellent ea uerba, faſſus eſt ingenue, cogitationem incidiſſe ſibi de patria, cui timeret, uices rerum humanarum cõſiderans. id quod ipſe Polybius in hiſtorijs ſuis memorat. Diruta Carthagine præda per aliquot dies conceſſa eſt militi, exceptis auro, argento, & donarijs. deinde militaria dona multa imperator diſtribuit omnibus, eorum tantũ ratione non habita, qui uiolarant fanum Apollinis: exornataq; ſpolijs naui celerrima, in urbem eam miſit uictoriæ nunciam. Siciliæ quoq; populis

pulis denunciauit,ut erepta ſibi à Pœnis inſulam bello infeſtantibus
donaria, repeterent quæcunq; poſſent agnoſcere.id quod maximè
conciliauit ei fauorem populorum, ut qui benignitatem exerceret
quantum poterat.præda deinde quæ ſupererat diuendita,ſcuta,ma-
chinas, & naues inutiles Marti Mineruæq; ſacratas accinctus crema
uit more patrio.in urbe quoq; poſtqam nauis cōſpecta eſt,& uicto-
ria nunciata ſub ueſperam, uulgò procurſum eſt in publicū, & nox
ea exacta inter gratulationes cōplexusq; mutuos, quaſi tum primū
reddita confirmataq; ſecuritate publica, & uictoria parta qualis ad
eam diem nulla cōtigerat.norant enim multa à ſe geſta egregiè,mul-
ta item à ſuis maioribus,contra Macedonas,Hiſpanos,& nouiſsime
contra magnum Antiochum, atq; adeo in ipſa Italia per annos ſede
cim.quo temporis ſpatio Hannibal c c c c:deleuit oppida,& diuer-
ſis prælijs ſtrauit c c c. uirorum milia. ad urbem quoq; admoto nō
ſemel exercitu, in extremum eam adduxit periculum. quæ reputan-
tes uix ſatis credebant de uictoria, rogitantes iterum atq; iterum alij
alios,num certò cōſtaret dirutam eſſe Carthaginem.atq; ita noctem
totam traducebant fabulis,quomodo exarmati Pœni pręter opinio
nem fabricarint arma alia:quomodo nauibus ademptis nouas ædifi
cauerint è materia uetere,occluſoq; portus oſtio, diuerſa parte fodi
endo intra paucos dies aperuerint os aliud. celebrabāt & mœnium
altitudinē exſtructorū ſaxis ingentibus, iniectūq; aliquoties ignem
in machinas. in ſumma, totam recens geſti belli faciem quaſi repræ-
ſentabant auditorum oculis,adiuuātes narrationem etiam geſtibus:
ut ſibi uiderētur ſpectare Scipionem in ſcalis, in nauibus, in portis,
in prælijs, curſitātem huc illuc. atq; ita eam noctem exegit populus:
ubi uerò dies illuxit, ſacrificia ſupplicationesq; tributim agebantur
circa deorum puluinaria. inde ad ſpectacula itum eſt uariorum cer-
taminum.Senatus decē legatos lectos è patrū numero miſit in Afri-
cam, ut unà cum Scipione ordinarent eam prouinciam: hi ſi quid
Carthaginis ſupererat,decreuerunt id Scipionem diruere:interdixe
runtq; nequis ibi habitet,additis etiā diris deuotionibus ſiquis con-
tra faciat,præſertim ſiquis Byrſam Megaráue condat denuo. cæterū
aditus eius nemini negatus eſt. placuit & ciuitates hoſtium eo bello
ſocias omnes ad unam delere, & agros earum quæſitos bello attri-
buere ſocijs Ro. populi, maxime Vticenſibus quicquid ab utroq; la
tere Carthaginem & Hipponem uſq; protenditur: cæteros tributari
os fecerunt & ſtipendiarios tum uiros tum mulieres, decreuerūtq;
ut Prætor ad eos ex urbe mitteretur annis ſingulis. his ita ordinatis
in urbem reuerſi ſunt. Scipio mandata illorum executus, ſacrificia
ludosq;

ludosq́; uoti compos perſoluit dijs immortalibus: perfectisq́; rite omnibus, claſſe reuectus in urbem triumphum egit omniũ nobiliſſimum, refertum ſtatuis ac donarijs, quę Carthaginienſes per tot ætates, ex tot uictorijs toto orbe partis comportauerant in Africam. incidit autem in id tempus quo de Macedonibus & Andriſco, qui Pſeudophilippus uocabatur, tertio triumphatum eſt. de Græcia uero primum triumphauit Mummius, circa centeſimam ſexageſimam olympiada. Sed aliquãto poſt in C. Gracchi tribunatu exortis in urbe ſeditionibus ob inopiam, placuit in Africam mitti colonorũ ſex milia, cui coloniæ cum fundamenta deſignarent in ſolo dirutæ Carthaginis, lupi ſigna confuderunt. quo factum eſt ut ſenatus rem inhibuerit. Rurſum aliquanto poſterius, cum Cæſar, qui adeptus mox uictoriã dictator creatus eſt, Pompeium in Aegyptum perſecutus, inde cõtra eius amicos profectus eſſet in Africam, dicitur in ſomnis uidiſſe magnum exercitum appellantem ſe flentemq́;: & permotum eo ſomnio in memoriales tabellas retuliſſe confeſtim de condenda Carthagine Corinthoq́;. quo celeriter occiſo ab inimicis in Romana curia, filius illius Cæſ. Auguſtus, cum forte fortuna tabellas illas reperiſſet, condidit eam quæ nunc eſt Carthaginem in proximo illius ueteris, antiquas deuotiones cauens religioſiſsimè. eò Romanorum colonorum compertum habeo miſſa fermè tria milia, reliquos additos è circumuicinis oppidis. atq; ita Africa redacta in formã prouinciæ, Carthago tunc à Romanis diruta, ab eiſdem inſtaurata eſt, & colonia facta poſt annum centeſimum & alterum.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Syriacis liber.

ANTIOCHVS Seleuci filius, Antiochi nepos, Syrorum, Babyloniorum, & cæterarum gentium rex, ſextus ab eo Seleuco qui poſt Alexandrum in Aſia circa Euphratem regnauerat, aggreſſus Mediam, & Parthiã, cæterasq; prouincias quæ à progenitoribus eius defecerant, & poſt multas res geſtas magnus cognominatus, elatus tum ſucceſsibus tum cognomine, Cœleſyriam, partemq́; Ciliciȩ Ptolemæo Philopatori Aegypti regi etiam tum puero uiolente abſtulit: móxque nihil mediocre cogitans, Helleſpontios impetijt, & Aeoles Ionasq́;, quaſi ad ius ipſius ut regis Aſiæ pertinentes: quandoquidem etiam maiores eorum regibus Aſiæ ſubditi fuerãt. deinde in Europã traijciens, Thraciam ſubigebat, contumaces cogens imperata facere: Cherſoneſum etiam munijt, & Lyſimachiam condidit, quam Lyſimachus rex poſt Alexandrum Thraciæ condiderat ceu arcem contra eos barbaros: Thraces uerò poſt eius mortem deleuerant. hanc tunc Antiochus rurſum incoli iuſsit, reuocatis ciuibus profugis, & redemptis ſi qui eorum in captiuitate ſeruiebant, alijsq; colonis additis: ultro donãs eis boues ouesq́;, & ferrum ad agriculturam, ut quam celerrimè urbem munitam futuro bello ſedem abſolueret. uidebatur enim ei locus hic opportuniſsimus in tota Thracia, ceu horreum apparatibus quos deſtinabat, cõmodum. & cum pleriq; ſe illi adiungerẽt, reciperentq́; præſidia metu potentiæ: Smyrnæi tamẽ Lampſaceniq́; & cæteri qui recuſabant imperata facere, legatos miſerunt ad Flãminium ducem Romanũ, qui paulo antè magno prælio uicerat Philippum Macedonem in Theſſalia. Fuit enim tempus quando res Macedonum & Græcorum magna ex parte erant permixtȩ, ſicut diximus in hiſtorijs Græciȩ. inter Antiochum quoq; & Flamminium interceſſere legationes aliquot, & ſine ſucceſſu quædã tentata ſunt. iamdudũ enim inter Romanos & Antiochũ mutuȩ ſuſpiciones fuerant, ꝙ putarent illum nõ quieturũ in tanta regni magnitudine, & felicitate connatuum. rex uerò uidebat ſolos Romanos incremẽtis ſuis poſſe ob-

ſiſtere

ſiſtere, non laturos eius in Europam tranſitum. nondum tamen ullum ſimultatis argumentum extiterat, cum legati in urbem uenerũt à Ptolemæo Philopatore, querente de Antiocho, qui Syriam ei Ciliciamq́; abſtulerat. eam occaſionem ut ſibi opportunam S P Q R. libenter arripuit: moxq́; legatos ad Antiochum miſerũt, prætextu reconciliandi reges, ſed re uera ut explorarẽt conatus Antiochi, & cohiberent pro uiribus. eius legationis princeps Cneus petijt à rege, ut Ptolemæum P.R. amicum ſineret potiri paterno regno integro: & Aſiæ ciuitates quas Philippus Macedo tenuerat, libertati ſuæ relinqueret. inique em̃ uſurpari ab Antiocho quę P.R. Philippo ademerit. & addidit, mirũ eſſe cur rex cum tanta claſſe tantoq́; exercitu adducto è Media uenerit in Aſiam maritimã, iamq́; infeſtet Europam, & urbes in ea ędificet, Thraciamq́; ſubigat: niſi hũc ad aliud bellum gradum faciat. Reſpondit ille, Thraciam quondam poſſeſſam à ſuis maioribus: deinde alienatam occupatis eis alibi, ſe nunc recuperare per otium: & ibi Lyſimachiam condere, Seleuco filio domicilium. Cæterum Aſiæ ciuitates liberas ſe relicturum, ſi uelint ſibi, non P.R. habere gratiam. Ptolemęi uerò cognatus ſum, inquit, mox ſocer futurus, & efficiam ut uobis pro hoc officio agat gratias. miror aũt ego quoq;, quo iure P.R. de Aſia ſatagat, cum ego rebus Italicis me non ingeram. ita re infecta diſceſſum eſt, utriſq; in apertiores minas prorumpentibus. cumq́; rumoribus temere credidiſſet rex mortuũ eſſe Philopatorem, properauit in Aegyptum, ut occuparet orbatã principe. cui Pœnus Hãnibal occurrit circa Epheſum, profugus è patria propter inimicorum calumnias, qui eum apud Romanos ut inquietum & rebus nouis ſtudentem detulerant: quo tempore Carthaginienſes Romanorũ amicitiã colebant ex fœdere. eum Antiochus propter nomen artibus imperatorijs celebre excepit magnificè, & circa ſe habuit. in Lycia uerò edoctus Ptolemæũ uiuere, cogitare de Aegypto deſijt, ſperans illa omiſſa potiturum ſe Cypro, in quam traijciebat celeriter. tempeſtate autem deprehenſus circa flumen Sarum multas naues amiſit, & in his nonnullas cum amicis cæteriſq́; uectoribus: delatusq́; in Seleuciam Syriæ, claſſem quaſſatam reparauit, & ibi celebrauit liberorum nuptias Antiochi & Laodices, quos matrimonio iunxerat. iamq́; certus bellum aduerſus P.R. gerere, propinquos reges adiungebat ſibi cõnubijs: miſitq́; Ptolemęo in Aegyptũ Cleopatram Syram cognomine, in dotem addẽs Cœleſyriam, quam ei prius ipſe ademerat, demulcens adoleſcentem, ut bello Romano quieſceret. Antiochidem uerò miſit Ariarathi regi Cappadocum, & reliquã Eumeni regi Pergami. at ille, quia uidebat eum iam bellũ

contra

contra Romanos inſtituere, & in hunc uſum affinitatẽ quærere, ex-
cuſauit: mirantibusq; fratribus Attalo & Philetæro aſpernari eũ affi
nitatem tanti regis uicini & ultro inuitantis, oſtendit imminere bel-
lum, primùm quidẽ æquo Marte gerendum: ſed tandem ſuperiores
fore Romanos, propter generóſitatẽ ac laborum tolerantiã. ego ue-
rò, inquit, uincentibus Romanis firmiter meum regnum obtinebo.
quòd ſi Antiocho uictoria contingeret, aut à præpotente uicino
ſpoliarer poſseſsionibus omnibus: aut etiamſi regnum mihi mane-
ret, parendum eſſet maioris regis imperio. his de cauſis ille nuptias
renuit. Antiochus uerò rurſus in Helleſpontum reuerſus, & proue-
ctus in Cherſoneſum, multa tunc quoq; Thraciæ loca uel ui uel de-
ditione cepit. Græcos uerò quotquot Thracibus parebant libera-
bat, & Byzantijs multa largitus eſt, opportunam urbem in ore pon-
ti habentibus. Gallogræcos quoq; muneribus & terrore apparatus
in ſocietatem belli pertraxit, ratus idoneos quos Romanis oppone-
ret propter magnitudinẽ corporum. poſthæc Epheſum appulit, un-
de legatos Romam miſit, Lyſiam, Egeſianactẽ, Menippum, ut ſena-
tus mentem pertentarent, quamuis aliud ſimulabat: uidelicet ſe ha-
ctenus ſtudioſum Romani nominis, in ſocietatem etiam recipi cupi
entẽ, ſi modo dignus uideatur: mirari cur iubeatur Ionicis urbibus
abſcedere, & quibuſdam tributa remittere, & non miſcere ſe nego-
cijs Aſiæ, & omittere auitam poſſeſsionem Thraciæ. hæc enim iuſſa
non in amicos, ſed in uictos cõpetere. ſenatus intelligens legatos ten
tatum ſe ueniſſe, paucis uerbis reſpondit: Si Antiochus Græcos aſia
ticos ſinat eſſe liberos, & ab Europa abſtineat, fore amicũ R.P. ſi uo-
luerit. hoc tantum reſpondit ſenatus, nec ullam prȩterea cauſam ad-
iecit. Antiochus uerò cogitans quamprimũ Græciam inuadere, &
inde bellum aduerſus Romanos incipere, cõmunicauit cum Hanni-
bale id conſilium. qui dixit, Græciam iamdudum affectam, poſſe oc
cupari abſq; negotio. bella aũt omnia domi eſſe difficilia, propter fa
mem comitem: foris uerò geri facilius. nec Antiochum debellaturũ
in Græcia Romanos, abundantes cõmeatu & apparatu domeſtico.
ſuadebat igitur ut occuparet partem aliquam Italię, ibiq́; ſedem belli
faceret: ita Romanam rem domi foriſq́; debiliorem fore. Equidem
ſum, inquit, peritus Italiæ, & poſſum in ea cum decem milibus uiro-
rum occupare opportunum locum aliquem: & Carthaginienſibus
amicis mandare per literas, ut eum populum ad defectionẽ moueât,
iam antè ſua ſponte à præſenti ſtatu abhorrentẽ, & alienũ à fide Ro.
populi, facile ſpe melioris fortunę auſurum aliquid, modo intelligat
repetere me Italiam. rex libenter his auditis, magni, ut erat, momẽti

ratus

ratus eſſe ad hoc bellum acceſsionem Carthaginienſium, confeſtim cum iuſsit amicis ſcribere. ille uerò non ſcripſit quidem, nondum enim tuto poterat, Romanis ſcrutantibus omnia, & bello nõdum declarato, cum etiam multos æmulos haberet Carthagine, & perturbata eſſet ea reſp. quæ res paulo poſt eam euertit. Ariſtonem tamen negotiatorem Tyrium ſpecie negotiationis miſit ad amicos, poſtulãs, ut quamprimum ipſe inuaſiſſet Italiam, populum concitarent ad expetendam ultionem ob acceptas iniurias. quæ mandata ille diligenter executus eſt. cæterum Hannibalis inimici ut ſenſerunt aduentum Ariſtonis, tumultuabantur, quaſi res nouarentur, & quærebant hoſpitem Tyrium. ille ne amici Hannibalis præ alijs hærerent in crimine, noctu clàm ſcriptum quoddam in curia propoſuit, quo Hannibal uniuerſum ſenatum hortabatur, ut patriam defenderent autore Antiocho: ac mox è portu ſoluit. mane uerò amici quidẽ Hannibalis hoc cõmento à ſuſpicione liberati ſunt, quaſi totus ſenatus ſolicitatus ſit. populus uerò plenus fuit uarijs tumultibus, infenſus quidẽ Romanis, ſed nõ ualens eos fallere. Interea Romani legatos, & in his Scipionem Africanum, ſimiliter ad Antiochi mentẽ tentandam miſerunt, & apparatũ explorandum. qui cum Epheſi audiſſent, regem profectum in Piſidiam, ibi expectarunt eius reditum, & ſæpe collocuti ſunt cum Hannibale. Carthagine tunc pacata, necdum declarato hoſte Antiocho: expoſtularuntq; cum Hannibale quòd patriam fugeret, nulla P.R. uel in ipſum uel in alios Carthaginiẽſes poſt renouatum fœdus iniuria. idq; faciebant, ut Hannibalem regi ſuſpectum redderent quotidianis cum eo colloquijs: quod Pœnus quãuis dux cautiſsimus, tunc tamen non animaduertit. ſed rex admonitus ſuſpicionem concepit, nec poſtea ſatis fidebat Hannibali. iam enim ſuberat nonnihil æmulationis & inuidiæ, ne rei bene geſtæ laudem auferret Hannibal. Ferturq;, inter huiuſmodi familiaria colloquia in gymnaſio quodam incidiſſe mentionem de claris imperatoribus in præſentia multorũ adſtantium: & Hannibalem à Scipione rogatũ quiſnam optimus fuiſſet. reſpondiſſe, Alexander Macedo. & Scipionem acquieuiſſe, quod Alexandro cederet. rurſumq; rogaſſe quẽ ſecundum exiſtimaret. illum nominaſſe Pyrrhum Epirotam, quod audaciam putaret uirtutem ducis præcipuam. non eſt enim inuenire audaciores in omni regũ memoria: tũ Scipionẽ iam ſubmoleſte ferentẽ, rurſum tamen rogaſſe, cui tandem tertiã palmam tribueret, ſibi ſperantem forſitan. Mihijpſi reſpõdiſſe illum. nam iuuenis Hiſpaniam perdomui, Alpes ſuperaui cum exercitu primus poſt Herculem, Italiam uobis trepidantibus ingreſſus euerti c c c c. oppida, urbem ue-

ſtram non ſemel adduxi in extremum periculum, nõ pecunijs, non ſupplementis adiutus à meis Carthaginienſibus. tum Scipio magniloquẽtiam hominis abrumpens irriſit, ſubiecitq;: quoto igitur loco poneres teipſum Hannibal, ſi à me uictus nõ eſſes? at ille animaduerſo iam affectu æmuli: tum, inquit, Alexandro me anteponerẽ. ita nullo magniloquentiæ ſuæ detrimento, Scipioni quoq; diſsimulanter blanditus eſt, quaſi is Alexandro præſtantiorẽ uicerit. ſoluto in hũc modum colloquio, Hannibal Scipionem inuitauit in hoſpitiũ, qui perlibenter ſe uenturum dixit, niſi ille tum apud Antiochum Romanis ſuſpectũ ageret. ſic illi ut dignum erat tantis imperatoribus, bellis tantum metiebantur inimicitias. ſed non talis fuit Flaminius. uicto enim pòſt Antiocho fugientem Hannibalem & uagum circa Bithyniam, legatione ob aliam cauſam fungẽs apud Pruſiam, nil ab eo priuatim læſus, nec mandatum ſenatus afferens, ne formidandũ quidem amplius poſt euerſas opes Carthaginis, ueneno per Pruſiam ſuſtulit, dudum ut fertur præmonitũ oraculo huiuſmodi:

Hannibalis cineres terra Libyſſa teget:

eoq; falsũ, quaſi moriturus eſſet in Africa. eſt aũt Libyſſus Bithyniç fluuius, à quo ea regio cãpeſtris agno minatẽ. quæ exẽpla magnanimitatis Scipionis & Hãnibalis, & ex aduerſo puſillanimitatis Flaminij ab hac narratione nõ aliena eſſe uiſa ſunt. Cæterũ Antiochus è Piſidia reuerſus, audita Rodiorũ legatione, ipſos & Byzantios Cyzicenosq;, & quicũq; alij Græci Aſiam accolunt, liberos fore pollicitus eſt, ſi Romanis ipſe iungeret fœdere. Aeoles aũt & Ionas eodẽ iure eſſe noluit, aſſuetos iamdudũ parere barbaris etiã Aſiç regibus. itaq; Ro. legati nulla re impetrata (non enim in hoc, ſed exploratũ uenerant) in urbẽ reuerſi ſunt. poſt hos Aetolorũ legati uenerũt ad regẽ Thoante legationis eius principe: qui offerebant ei totius Aetoliæ copiarum imperiũ, hortabanturq; ut in Græciam traijceret tanq̃ ad rem paratam: nec ſinebant ut expectaret exercitum deſcendentem à mediterraneis Aſiç regionibus, exaggerãdo uires Aetolicas, promittendoq; ſocietatem Lacedæmoniorũ atq; Philippi Macedonis irati Rom. populo, modo ſine mora traijceret. ille uerò irritabatur ualde temere, ne nuncio quidem de filio in Syria defuncto inſtitutã expeditionem tardante: appulitq; in Eubœam cum ſolis quæ tum ad manum erant decem milibus: quam ipſe uniuerſam præ metu cedentẽ deditione in fidẽ recepit. Micithio uerò unus ex eius ducibus, Romanos apud Delium Apollini ſacrũ aggreſſus, partim occidit, partim uiuos cepit. Amynander quoq; rex Athamanum in ſocietatẽ Antiochi receptus eſt ob cauſam hanc. Alexander quidam Macedo, apud Megalopo-

Megalopolitanos educatus, & iure ciuitatis donatus ab eis, prodigioſis mendacijs fingebat ſe ab Alexandro Philippi filio genus ducere: & ut fidem ſuis fabulis faceret, liberis nomina impoſuit, Philippum, Alexandrum, & Apamam, quam locauit Amynandro in matrimoniū. quam Philippus frater cum deduxiſſet ad nuptias, ubi maritum puellæ uidit infirmum, & rerum imperitum, mãſit apud eum adminiſtraturus principatū propter affinitatem. huic Philippo Antiochus cū faceret ſpem, quaſi reducturus eum in gẽtilicium regnũ Macedoniæ, Athamanas parauit ſibi ſocios, & Thebanos inſuper, Thebas ipſe profectus, & pro cõtione allocutus populum. Sic Amynandri, Thebanorũ, Aetolorumq; fiducia ſatis temerarie tantũ bellum aggreſſus, diſpiciebat de Theſſalia, móxne inuadenda eſſet, an exacta hieme. huic deliberationi cum Hãnibal intereſſet tacitus, rex primum rogauit ſententiam. tum ille, Theſſalos non eſt difficile uel nunc uel poſt hiemem, ſi uelis, ſubigere. nam hæc gens diutinis malis feſſa, ſicut nunc in te propenſa eſt, ita ſi quid ſecus acciderit, non grauatim ad Romanos deficiet. uenimus autem ſine proprijs militibus, ab Aetolis uocantibus perſuaſi, Lacedæmonios cum Philippo nobis fore ſocios: cum Lacedæmonij hoſtes nobis ſint (quãtum audio) non minus quàm Achæi. Philippus uerò ſi tecũ uerſetur, non uideo quanti momenti in hoc bello ſit, utrilibet parti faueat. ego in eadem perſto ſententia, copias ex Aſia uocandas eſſe primo quoq; tempore, nec collocandã ſpem in Aetolis aut Amynandro. quæ ubi uenerint, populandam Italiam, ut Romani diſtẽti malis domeſticis, tuæ ditioni moleſti eſſe deſinant, & ſuis rebus metuentes nuſquam exercitum promoueant. ſed tum mutandum erit conſilium. oportet enim dimidia claſſe populari oras Italiæ: alteram dimidiam in ſtatione expectare quaſcunq; occaſiones rei bene gerendæ. te uerò cum uniuerſis terreſtribus copijs in fronte Greciæ ſedere prope Italiam, & irruptionis ei metum incutere: atq; adeò irrumpere, ſi quãdo poteris. Philippum uerò modis omnibus ſolicitare ad ſocietatem, futurum utriuſcunq; partis acceſsionem non exiguam. quòd ſi flecti nequeat, filium tuum Seleucum per Thraciam cõtra illum immittere, ut diſtractus bello domeſtico nihil proſit hoſtibus. Hęc erat Hãnibalis ſententia, nec alia in eo conſiſtorio melior audita eſt. ſed obſtante illuſtri uiro inuidia, ne uideretur aut rex ipſe aut alij conſiliarij minus in artibus imperatorijs ſapere, néue rei bene geſtæ decus illi contingeret, omiſſa ſunt omnia, niſi quòd Polyxenidas in Aſiam ad exercitum adducendum miſſus eſt. Senatus poſtq̃ audijt de irruptione in Græciam, & ſuis apud Delium cæſis captiſq;, hoſtem iudi

cauit Antiochum.atq; ita diuturnæ ſuſpiciones mutuæ tandẽ ad cõ-
tentiones progreſſæ ſunt. quoniã autem Antiochus in Aſia multas
& magnas gẽtes mediterraneas obtinebat, oramq́; maritimã uniuer
ſam propemodũ : iamq́; Europam ingreſſus erat, formidabilis tum
apparatu tum rerũ geſtarũ gloria, ob quas Magni cognomen para-
uerat.Romani bellum id diu duraturũ putabant: & de Philippo Ma
cedone ſuſpicabantur,quem nuper debellauerant:atq; Carthagini-
enſibus, ne à fœdere diſcederẽt, propter Hannibalis familiaritatem
cum Antiocho : alios quoq; prouinciales habentes ſuſpectos, ne &
ipſi aliquid noui molirentur expectatione Antiochi,ad omnes miſe
runt certam manũ militum quæ pacate præſideat : ſimulq́; propræ-
tores cum ſenis ſecuribus, qui ut inſignia cõſulum dimidiata,ita di-
gnitatis quoq; ac poteſtatis habẽt dimidiũ. & ut in magno periculo
etiam de Italia fuere ſoliciti,ne uel ſibi parum fida,uel contra Antio-
chum parum firma eſſet.certè Tarentũ magnus exercitus miſſus eſt,
qui obſeruaret aditũ : ſimulq́; claſsis circũuectabatur oram mariti-
mam.tãtus terror Antiochi fuit à principio.ubi uerò domi ſatis ordi
natæ uiſæ ſunt res imperij, delectus habebant contra Antiochum.
Ex urbanis conſcripta ſunt uiginti milia, duplum è ſocijs, ut primo
uere Ionium mare traijcerẽt. atq; ita hiems tota in apparando bello
conſumpta eſt.Antiochus autẽ mouit in Theſſaliam: & poſtq̃ perue
nit ad Cynoſcephalas,ubi cladẽ Macodenes à Romanis acceperant,
reliquias cæſorum inſepultas etiã tum,ſepelijt magnificè,captans fa-
uorem Macedonum,& Philippo inuidiam faciens,quòd ſtratos ſe-
peliri non curauerit. quod ut Philippus audijt, adhuc utri ſequendi
eſſent ambiguus,ſtatim partes Romanas prætulit : uocatoq́; ad ſe Be
bio, qui in proximo pręerat exercitui,fidem dedit ſinceræ ſocietatis
contrà Antiochum. quam ob rem laudauit eum Bebius, moxq́; au-
ſus eſt per Macedoniã Appium Claudium cum duobus milibus pe-
ditum in Theſſaliã mittere. qui ubi ad Tempe peruenit, uiſis in pro
pinquo caſtris Antiochi Lariſſam obſidẽtis, multos ignes excitauit,
ut ſuorum paucitatem celaret.rex Bebium cum Phippo adeſſe ratus,
metu à Lariſſa diſceſsit, cauſatus inſtare hiemẽ, & Chalcidem petijt:
ibi captus amore formoſæ uirginis, quinquagenario maior inter-
miſsis tanti belli curis celebrauit nuptias, & feſtos dies egit,exercitu
etiam per totam hiemem ſoluto in ocium ac delicias. ineunte autem
uere inuadẽs Acarnaniam, ſenſit militem haud facile ab otio redire
ad officium,pœnituitq; indulſiſſe nuptijs & feſtiuitatibus. recipiens
tamen in fidem quædam eius regionis oppida,& oppugnãs reliqua.
quam primùm cognouit Romanos mare Ionium traijcere, Chalci-
dem

dem rediijt. erant in eo exercitu equitum duo milia, peditum xx m. & elephanti aliquot. præerat Manius Acilius Glabrio: qui à Brundiſio tranſuectus Apolloniam, petebat Theſſaliam, ſociorum oppidorum obſidionẽ ſoluens obiter: & ſi quod hoſtium præſidium receperat, eijciebãtur præſidiarij. Philippus quoq; Megalopolitanus in poteſtatẽ redactus eſt, adhuc ſperans regnum Macedonũ. ex Antiochi etiam copijs capta ſunt circiter tria milia. Dum hæc geruntur à Manio, Philippus Athamaniam irrumpẽs, totam ſubegit, Amynandro fugiẽte Ambraciam. quæ ubi relata ſunt Antiocho, celeritatem hoſtium pertimuit in tam repentina rerum mutatione: ac tum demũ ſenſit, recte cõſuluiſſe Hannibalem: miſsisq; alijs poſt alios nuncijs urgebat Polyxenidam ut traijceret. ipſe uerò undiq; ad ſe contrahebat ſuos milites. qui ubi cõuenere, peditũ decẽ milia, quingenti equites, & quędam ſociorum auxilia, Thermopylas occupauit, locorum anguſtias hoſtibus obijciens, & expectans exercitũ ex Aſia. ſunt autem Thermopylæ anguſtus & oblongus tranſitus, qui partim mari aſpero & importuoſo alluitur, partim palude profunda & inuia: imminent duo prærupta cacumina, quæ Tichiunta & Callidromũ nominant. ſunt ibi fontes aquæ calidę, unde loco nomen à Græcis inditum. hic ædificauit Antiochus murum duplicem, & ei machinas ſuperimpoſuit: iuſsitq; Aetolos inſidere mõtium cacumina, ne quis ſe circumueniret per eam quam uocant Atrapon, per quam etiam Lacedęmonios & Leonidam Xerxes aggreſſus eſt, cũ nemo tunc montes ſeruaret. illi uero ſingula occuparũt millenis militibus, reliqui ſeorſum caſtra muniuerũt ad Heracleam. Manius ut animaduertit apparatum hoſtium, mane ſignum pugnæ dedit, pręmiſsis noctu duobus tribunis, M. Catone & L. Valerio, qui cum quotquot uellent ſelectis montes circũirent, & ſtatione Aetolos ſi poſſent deijcerẽt. horum alter Lucius à Tichiunte repulſus, Aetolis hoc loco fortiter pugnantibus. Cato uerò cum prope Callidromũ ſe muniſſet, in dormientes adhuc hoſtes irruit circa ultimam uigiliam. multũ tamen certatum eſt, euadentibus per ardua præruptaq; cõtra hoſtem militibus. iamq; Manius etiã Antiochum à fronte petebat, diuiſis in cateruas copijs. nec enim aliter in faucibus poterat. rex uelites & cetratos ante phalangem ſtatuit: ipſam pro caſtris inſtruxit. ad dextrum eius latus funditores ac ſagittarios collocauit in pede mõtis: elephantos in ſiniſtro latere: cohortes quibus ſtipari ſolebat, iuxta mare. conſerto deinde prælio, primum Manius à uelitibus infeſtabatur undiq;. ubi uerò eos laborioſe ſuſtinendo, & nunc cedendo, nunc rurſum impreſsionẽ faciẽdo, tandem fugauit: phalanx illis per medium tranſ-

miſsis rurſus coiuit, & ſariſſas condenſas obiecit: quo maximè inſti tuto Alexandri Philippiq; Macedones hoſtibus erãt terribiles, non audentibus in infeſtas longas & multas haſtas incurrere, cum repen te cõſpecti ſunt Aetoli cum clamore è Callidromo fugere, & deſili- re in caſtra Antiochi. ea res primum utroſq; terruit, nõdum ſatis co gnita. ut uerò Cato conſpectus eſt magno clamore fugientes perſe- quens, & caſtris Antiochi iam imminens, territi ſunt regij, qui iam antè multa de Romanorum uirtute ſciſcitando audierant, conſcij ſuæ ſegniciæ, in quam hibernis uoluptatibus & ceſſationibus incide rant. cumq; præ metu non poſſent cernere, quantam manũ Cato ſe- cum traheret, rati plures eſſe, & caſtris timentes, turbatis ordinibus refugerunt in ea, ut inde hoſtem arcerent. Romani uerò terga pre- mentes ſimul introruperunt. ibi noua fuga regiorũ exorta: Manius eos Scarphiam uſq; perſecutus eſt cædendo capiendoq́;. inde reuer ſus regis caſtra diripuit. Aetolos qui in Romanorũ uacua caſtra irru perant, quãprimũ uiſus eſt expulit. deſiderauit circiter ducẽtos, qui pugnando perſequendoq́; ceciderunt. Antiochus amiſit annume- ratis captiuis circiter X M. rex ipſe quamprimũ uidit inclinatam ſuo- rum aciem, cum quingentis equitibus continuato curſu Velatiã pe tijt: atq; inde porrò Chalcidem & Epheſum, cum noua nupta Eubia (ſic enim eam uocabat) fugit nauibus, ne his quidem omnibus inco lumibus. quaſdam enim commeatum ferentes claſsis Romanę præfe ctus depreſſerat. in urbe poſt nunciatam uictoriã tam celerem faci- lemq́;, ſupplicationes fuerunt, lætis omnibus periculoſi, ut uideba- tur belli primam experientiam ceſsiſſe tam feliciter. Philippo etiam in fidei ſocialis gratiã Demetrius filius tunc obſes remiſſus eſt. Dum hac publica gratulatione urbs fruitur, Manius Phocẽſes, Chalciden- ſes, & alios qui Antiochum iuuerant, ueniam petentes metu libera- uit: Aetoliam uerò cum Philippo uaſtauit, & urbes eius oppugna- uit. Damocritus quoq; dux gentis à Manio latebris extractus eſt, qui Flaminio minatus fuerat ſe caſtra metaturum ad Tiberim. ipſe uer- ſus Callipolim iter fecit per mõtem Coracem, omnium altiſsimũ, & propter rupes tranſitu perdifficilem, prçſertim impedito ſarcinis & ſpolijs exercitui. multi enim in uia tam incõmoda prolapſi per præ- rupta cum armis & impedimẽtis deuoluebantur. hos Aetoli pertur bare poterant, ſed nuſquam uiſi ſunt, occupati mittẽdis Romam de pace legationibus. Antiochus interim à mediterraneis ſatrapijs pro pere copias conuocabat ad mare, claſſem etiam apparans, cui præ- rat Polyxenidas exul Rodius: moxq́; traiecit in Cherſoneſum: et rur ſus eam munijt, miſſo in Seſtum & Abydum præſidio, per quas in

Aſiam traiectus erat Romanis legionibus. & cùm horreũ huic bello deſtinaſſet Lyſimachiam, magnam armorum frumentiq; uim eò comportabat, putans Romanos breui cum magnis terreſtribus naualibusq; copijs adfore. illi Manio ſucceſſorẽ dederunt L. Scipionẽ, tunc cõſulem. & quia inexercitatus erat, nec ſatis callens rerũ militarium, legatũ addiderunt ei Publium fratrem, qui è Carthagine deuicta cognomẽ Africani ceu ſpolium retulerat. Dum hi fratres toti in apparatu ſunt, Liuius qui hactenus curam Italiæ defendendæ habuerat, ad claſſem miſſus ſucceſſor Atilio, ſtatim cum ſuis nauibus quibus luſtrabat oras Italiæ, & quibuſdam miſsis à Charthaginienſibus auxiliaribusq; alijs, in Piræum appulit: acceptaq; claſſe ab Atilio, nauigauit octuaginta & una inſuper nauibus ſtratis: quas ſequebatur & Eumenes cum L. ſuis, quæ & ipſæ ſtratæ erant non pauciores dimidio. appulerũt autem in Phocidem, tunc Antiocho ſubditam, ſed admittentẽ eos præ metu: & ſequenti die diſceſſerunt ad prælium. occurrebat enim præfectus claſsis Antiochi Polyxenidas cum CC. nauibus, leuioribus multo quàm hoſtiles erãt: quod ei maximè profuit, quòd Romani nondum eſſent periti rei nauticæ. cumq; uidiſſet ante alias ferri duas naues punicas, immiſsis in eas tribus ex ſuis, utramq; cepit, ſed inanem, Afris in mare proſiliẽtibus. tum Liuius iratus primus in eas impetum fecit naue prętoria, multum prouectus ante claſſem reliquam. quæ contemnentes unam præ ſe, iniecerunt manus ferreas, & cohęrentibus nauigijs fuit certamen terreſtri ſimile. cumq; Romani præpollerẽt fortitudine, alienas naues inſiliendo ceperunt: & cum duabus ſimul captiuis ad claſſem reuerſi ſunt. Poſt hoc pugnę pręludium confligentibus claſsibus, Romana pars alacritate ſuperabat & robore. ſed quia grauioribus utebatur nauibus, nõ poterat agiles aduerſariorũ ſuffugientes aſſequi, donec celeri fuga receperunt ſe Epheſum. Romani uerò Chium petierunt, ubi coniũxerunt ſe cum eis XXVII. auxiliares Rodiæ. Antiochus poſtq̃ audiuit de hoc nauali prælio, Hannibalem miſit in Syriam, ut alias naues cõpararet è Phœnice & Cilicia. eum redeuntem Rodij compulerunt in Pamphyliam, captiſq; aliquot ex ea claſſe nauibus, reliquis inſidiabantur. Interea P. Scipio in Aetoliam uenit cum conſule, acceptoq; exercitu à Manio, bellum oppidatim circumferre cõtempſit ut rem exiguam, permittens Aetolis rurſum legationem in urbem. maluit enim properare aduerſus Antiochum, priuſquam cõſulatus fratris elaberetur. duxit autẽ per Macedoniam Thraciamq; ad Helleſpontum difficili moleſtaq; uia, niſi eam muniſſet Philippus Macedo, & deducens præbuiſſet hoſpitia, iã antè extructis pontibus & annona

præpatata. quamobrem ſtatim Scipiones remiſerunt ei reliquum pe
cuniæ debitæ, ſicut ſenatus mandarat, ſi obſequentem inueniſſent.
Pruſiæ regi Bithynorum ſcripſerunt, cõmemorando quàm multis
regibus amicis ac ſocijs P. Romanus regna auxerit: Philippo quoq;
Macedoni uicto regnum relictum, filium obſidem redditũ, remiſ-
ſam pecuniam debitam. quibus lectis Pruſia libenter ſocietatem ad-
uerſus Antiochum inijt. Liuius autem præfectus claſsis poſtq̃ audi-
uit Scipiones eſſe in itinere, Pauſimacho Rodio cũ nauibus Rodijs
& parte ſuarũ relicto in Aeolide, cũ maiore parte nauigauit in Hel-
leſpontum, ut eos exciperet: moxq; Seſtus, Rhœtium, Achæorum
portus, & alia quædam oppida ei ſe dediderũt. Abydum uerò impe-
rata detrectantẽ oppugnabat. at Pauſimachus poſt diſceſſum Liuij
multa tentans exercebat ſuos, cõpingendo uarias machinas: trullas
quoq; ferreas igniferas longis contis ſuſpendebat, ut ignis multum
promineret in mare è ſuis nauibus, & in hoſtiles propinquantes in-
cideret. his ſtudijs occupatum Polyxenidas Antiochi claſsis præfe-
ctus, & ipſe Rodius, ſed tum exul, inſidioſo cõmento aggreſſus eſt,
pollicendo traditurum ſe claſſem, ſi ille adiuuaret ſuum in patriam
reditum. ſuſpecta fuit hominis uafricies, & aliquandiu pulcre dolos
cauit Pauſimachus. ſed poſtq̃ à Polyxenida accepit literas de prodi-
tione ſcriptas ipſius manu, & uidit eũ ſoluiſſe ab Epheſo, ſocios na-
uales per ſimulationem frumentatũ dimiſſos, ratus neminẽ cõmiſſu
rum ut aduerſus ſemetipſum indicia manu ſua teſtata daret, nimium
credulus neglexit excubias, & ſuos ipſe quoq; frumentatum dimiſit.
Polyxenidas ubi animaduertit dolum ſuccedere, mox ſuos accerſi-
uit, & Nicandrum archipiratam cum paucis Samum trãſmiſit, ut ar-
matos per terram ad tergum hoſtium duceret. ipſe media nocte ſol-
uit, & ante diluculum in dormientes adhuc irruit. Pauſimachus re-
pentino & inopinato malo territus, iuſsit milites relictis nauibus è
terra repugnare. ſed cum etiã à tergo Nicander impetum in eum fa-
ceret, per nocturnũ errorem putans terram occupatam à pluribus,
rurſum naues conſcendit trepidè: primusq́; ſe oppoſuit hoſtibus, &
primus impigre pugnans interfectus eſt: reliqui aut capti aut cæſi
ſunt. naues ſeptem tantum effugerũt, micantibus flammis deterren-
tes hoſtẽ ne accederet propius. reliquas uiginti Polyxenidas remul-
co pertraxit Epheſum. poſt eam uictoriã Phocæa rurſum & Samus
& Cuma defecerunt ad Antiochum. tum Liuius ueritus nequid ſuis
nauibus in Aeolide relictis accideret, feſtinus ad eas redijt: quò etiã
Eumenes occurrit. ſed & Rodij uiginti alias naues Romanis miſe-
runt. itaq; breui mora interpoſita omnes receptis animis nauigarũt
Epheſum

Epheſum ordinatis nauibus tanquã ad prælium.cumq; nemo ex aduerſo prodiret,dimidiũ claſsis in alto diu oſtentauerunt:reliquis nauibus appulſi ad terram deprædabantur hoſtium littora:donec Nicander inuaſit eos à regione mediterranea, & præda recepta in naues compulit. illi rurſum ad Samum appulerũt,elapſo iam præfecturæ Liuij tempore. per eoſdem dies Seleucus Antiochi filius Eumenis terrã populabatur, & Pergamum obſidebat cõcluſis in eam hoſtibus.quamobrem Eumenes Elæam,quæ eius regni nauale eſt,ſine mora traiecit: & cum eo L. Aemilius Regillus ſucceſſor Liuij: eódẽ & ex Achaia uenerunt auxiliares Eumenis mille pedites, & centum ſelecti equites,duce Diophane. qui cum è mœnibus proſpexiſſet Seleucianos ludentes contemptim & potantes, ſuaſit Pergamenis ut ſecum in hoſtem erumperent.quòd cum illi nõ ſuſtinerent facere,ſuos pedites equitesq́; armatos,& antè mœnia productos iuſsit quietos ſtare,paucitatẽ eorum ac timiditatem diu contemnentibus hoſtibus.at ille circa prandium occupatos inuaſit, turbatamq́; ſtationem eorum coegit terga uertere.cęteri dum ad arma proſiliunt,& equos infrenant,aut pauidos & abruptis uinculis fugientes perſequuntur, aut ſtare nolentes non poſſunt aſcendere. Diophanes uicit egregie, Pergamenis è muro acclamantibus, ac ne tum quidẽ prodire audentibus. cæſis enim quotquot in tam celeri uirtutis oſtẽtatione aſſequi poterat,cum captiuis uiris equisq́; in præſidium urbis redijt.poſtero die in eundem locum proceſsit, ne tum quidem Pergamenis ſequentibus. Seleucus cum equitum turmis acceſsit propius,poteſtatem pugnæ faciens.quieuit Achæus non diſcedẽs à mœnibus, & occaſionem opperiens.ubi uerò poſt meridiem feſſos equites uidit reuerti in caſtra,magno impetu in poſtremũ agmen incurrit,rurſusq́; tumultu incuſſo,& cęſis abeuntiũ tergis in urbem ſe recepit.ad eum modũ pabulantes lignantesq́; ſępius adortus ex inſidijs,ex agro Pergameno Seleucum mouere caſtra coegit,& omnino è regno Eumenis expulit. paulopoſt Polyxenidas cum Romanis nauali prælio certauit ad Myoneſum,ducẽs naues ſtratas x c.quib.Regillus LXXXIII nauium claſſem oppoſuit. in his erant x x v. Rodiæ, quibus Eudorus in ſiniſtro cornu præfuit.qui cum uideret in altero cornu Polyxenidę aciem euectam multum ultra Romanam,ueritus ne dextrum cornu amplecteretur & circumiret,naues ſuas in alterũ cornu concitat longe omniũ celerrimas:& eas quæ ignes præ ſe portabant, primas Polyxenidæ obijcit.regiæ metu ignis aduerſi non auſæ concurrere,obnauigabant eas,& obliquas ſe ad ictus prębentes fatiſcebant: donec cũ una Rodia roſtro percuſsiſſet Sidoniam, ancora ictu ipſo

excuſſa

excuſſa è ſua,in Rodiam infixa ambas colligauit: unde certamen exortum eſt terreſtri ſimile . cumq́; aliæ multæ in utriuſq; auxiliū confluerent,acris fuit contentio:atq; ita media pars nauium à ſuis deſerta,priuſquàm ſentiret,à Romanis circumuenta eſt. ut uerò ſenſere, fuga deinde fuit,amiſsis regijs undetriginta nauibus : ex quibus tredecim unà cum uectoribus captę ſunt.Romani duas tantum amiſerunt.Polyxenidas Rodiam unā ſecum Epheſum abduxit.Sic tum ad Myoneſum pugnatum eſt claſsibus : de qua pugna nōdum audierat Antiochus cū Cherſoneſum muniret ac Lyſimachiā, ratus, id quod erat,eā magni momenti fore contra Romanos,quibus et per reliquā Thraciam cum exercitu trāſire fuiſſet perdifficile, ni Philippum habuiſſent ſociū.uerum quia Syrus inconſtanti erat ingenio,leuibusq; de cauſis mutabili, cognita clade ad Myoneſum accepta, omnino perterritus eſt, deum aliquem inſidiari ſibi exiſtimans. omnia enim præter opinionē cadere,Romanis mare obtinētibus, in quo ſe multum putabat præcellere:Hānibale clauſo in Pamphilia:Philippo hoſtem deducēte per inuia, quem maxime crediderat fore acceptarum iniuriarum memorem.his rebus omnibus territus,& deo iam mentem adimente,ut fieri ſolet imminentibus calamitatibus,Cherſoneſum deſeruit temere, non expectato conſpectu hoſtium, ac ne apparatu quidem inde tranſlato aut incenſo quē cumulauerat, magnum numerū frumenti,armorum,machinarū,pecuniæ:ſed his omnibus integris relictis in uſum hoſtium.Lyſimachienſes quoq; tanq̃ urbe capta cum uxoribus & liberis ad ſe cōfugiētes flentesq́; deſpexit, in unicam curam intentus,quomodo Romanos Abydo arceret, & in eo ſpem belli reliquam collocans.attamen ne hunc quidem traiectū cuſtodiuit dijs mentem adimētibus : ſed in mediterranea ut hoſtem præueniret properans,nullum ibi reliquit præſidium. tum Scipiones diſceſſu eius cognito,curſim occuparunt Lyſimachiam: & potiti in Cherſoneſo theſauris armamentarijsq; regijs,Helleſpontum incuſtoditum traiecerunt propere, & Antiochum apud Sardeis aſſecuti ſunt ignarum omnium.quo territus dolebat, errata ſua in fortunam referens : moxq́; Heraclidem Byzantium miſit ad Scipiones ut de pace ageret,offerens Smyrnam, Alexādriam ad Granicum, Lampſacumq́;,quæ belli cauſa fuerant, & impenſæ in bellum factæ partē dimidiam.mandatū etiam habebat, ut Ionicas quoq; ac Aeolicas ciuitates, quæ partium Romanarū fuerant, & ſi quid aliud Scipiones peterent,cōcederet.hæc Heraclidi cōmiſſa ſunt, proferēda publicè. priuatim autem P. Scipioni iuſſus eſt polliceri ingens auri pondus, & filij reſtitutionem ſine pretio . ceperat enim eum rex in Græcia, à Chalcide

Chalcide petentẽ Demetriadẽ.is erat Scipio qui poſtea Carthaginẽ captam diruit, ſecundus poſt hunc Africanus cognominatus, Pauli filius eius qui Perſeum Macedonẽ cepit, Scipionis nepos ex filia,& adoptione filius. Scipiones in concilio reſponderunt Heraclidi ſic: Si Antiochus pace opus habeat,oportere eum nõ ſolis Ionicis Aeolicisq́; ciuitatibus decedere,ſed omni citra Taurum Aſia:& præſtare omnem impenſam eius belli quod ipſius culpa excitatum eſſet.priuatim autẽ Publius dixit Heraclidi,ſi rex dum Lyſimachiam & Cherſoneſum tenebat,has conditiones Romanis obtuliſſet,libenter acceptturos fuiſſe: fortaſsis etiam ſi prohibiti fuiſſent Helleſpontum traijcere.conceſſo uerò tranſitu,& nõ ſolum freno,ſed etiam ſeſſore accepto,non poſſe eum uerba dare. pro benigna uoluntate habere ſe regi gratiam,maiórẽ habiturũ ubi filium receperit.in pręſentia fidele conſiliũ dare,ut cõditiones accipiat,priusq̃ experiatur aliquid durius. Poſt hæc Eleam æger delatus eſt,relicto apud fratrẽ legato Cn. Domitio. Antiochus uerò, ſicut antea Philippus Macedo, ratus etiam uicto ſibi nihil auferri poſſe amplius,circa Thyatirenos campos contrahebat copias,non longe ab hoſtibus.& Scipioni filium remiſit Elæam.ille reductoribus eius ſuaſit, ne rex ante in aciem deſcenderet, quàm ipſe in caſtra redierit. Antiochus autoritate uiri motus tranſtulit ſua caſtra ad montem Sipylum, eaq́; ualido muro munijt, obiecto hoſtibus & amne Phrygio, ne inuitus pugnare cogeretur. Domitius autem qui laudis auidus per ſe decernere cupiebat,audenter amnem tranſgreſſus, ad uigeſimum ab Antiocho ſtadium caſtra metatus eſt. per quatriduum inſequens inſtructæ utrinq; acies pro uallo ſtetere neutris pugnam incipientibus.quinto die Domitius aciem ſuam in medium campi produxit.cumq; Antiochus nõ moueret obuiam,ipſe admouit ad eum caſtra proprius. intermiſſoq́; rurſum uno die, per præconem proclamari iuſsit audiẽtibus hoſtibus: cras ſe pugnaturum uel inuito Antiocho.ille rurſum turbato conſilio, cũ poſſet ſtare pro uallo,aut hoſtem arcere à munitionibus,donec melius haberet Publius, turpe putãs ſi certamẽ detrectaret ſuperior numero,parabat ſe prælio.utriq; caſtris progreſsi ſunt circa ultimam uigiliam.acies hoc maxime modo inſtructę ſunt.lęuum cornu tenebat decem milia Romanorũ peditũ iuxta ipſum fluuium. his iuncta erant alia decẽ milia ſociorũ ac Latini nominis. utriq; diſtinguebãtur in primã haſtatorũ aciem, & deinceps in principes ac triarios. iuxta Latinos ſtabat Eumenis exercitus, & Achæorũ cetratorũ tria milia.in dextro uerò erãt Latini,Romani & Eumeniani equites, nõ plures tribus milibus. uelites & ſagittarij paſsim intermixti erãt: & Domi

& Domitium ſtipabant equitum turmæ quatuor. in uniuerſum fue-
runt x x x M. in Antiochi uerò exercitu L x x M. numerabantur: ro
bur erat phalanx x v I M. Macedonum, ornata ex inſtituto regũ pri-
ſcorum Alexãdri Philippiq́;. hęc media acies fuit in decẽ partes diui
ſa. earũ ſingulæ in fronte quinquagenos armatos habebãt, à fronte
introrſus in duos & x x x. ordines patebat acies. phalanx muri ſpe-
ciem præ ſe ferebat, elephantis inter partes eminentibus tanq̃ turri-
bus. utrumq; phalangitarum latus alæ tegebant, altera Gallogræco-
rum loricatorum, altera Macedonum lectiſsimorũ, quã agema uo-
cabant: hæ phalangem æquabãt utrinq;. in dextro cornu leuis arma-
tura fuit, & argyraſpides alijq́; c c. equites ſagittarij. læuum tenebãt
Gallogræcarum gentium pedites, Tectoſagi, Trocmi, Toliſtobo-
gi, & ab Ariarathe miſsi Cappadoces, aliaq́; conductitiorũ militum
multitudo promiſcua. his hærebat equitatus alius loricatus, & tur-
ma quam ſocialẽ uocabant, armata leuiter. atq; ita Antiochus quoq;
ſuos inſtruxit, fretus, ut uidetur, maxmè copijs equeſtribus, in fronte
magna ex parte hoſti oppoſitis. ſed phalangẽ imperitè in arctũ coe-
git, qua maximè ut ueterana fidere debuerat. aderat & alia multitu-
do, funditorum, ſagittariorũ, iaculatorum, cetratorũ, ex uarijs genti
bus, Phrygum, Lydorum, Pamphyliorum, Piſidarum, Cretenſium,
Thrallianorũ, Cilicum armatorũ more Cretẽſium. alij quoq; equi-
tes ſagittarij, Dahę, Myſi, Elymęi, Arabes, qui celerrimis camelis inſi
dentes facile hoſtem è ſublimi ſagittis impetunt: & quoties cominus
pugnandum eſt, gladijs utuntur prælongis ac tenuibus. falcatæ qua
drigæ in prima acie locatæ ſunt, quibus mandatũ erat ut poſt primũ
conatum ſecederẽt è campo medio. uidebatur autẽ alter exercitus la
ceſſere, alter opperiri in inſidijs. & erat uterq; ad terrorẽ incutiẽdũ
compoſitus, tum apparatu reliquo, tum armatorũ multitudine. rex
ipſe in dextro cornu erat, Seleucum filium læuo præpoſuit: Mendis,
Zeuxis & Philippus magiſter elephantorũ curabant mediam aciem.
nebuloſus is dies fuit: qui & caligine conſpectum oſtentationis adi-
mebat, & humore arcus, armentaq́; iaculorum emolliebat. quod
ubi Eumenes uidit, cætera contempſit: contra quadrigas uerò, quas
maximè timebat, funditores, iaculatores, cæterosq́; leuiter armatos
iuſsit excurrere, & in ſolos equos undiq; ingerere miſsilia. equis eñ
conſternatis currus inutilis redditur, & interdum non tam hoſtium
quàm ſuorum turbat ordines metu falcium. quod etiam tunc conti-
git. uulneratis enim equis, & currus in ſuum equitatum uertẽtibus,
primi cameli turbati ſunt, qui proxime poſt currus conſtiterant. de-
inde loricati equites, qui præ armorũ pondere nõ facile falces decli-
nare

nare poterant. unde uarius maiorq́; quem pro re tumultus extitit, ex ortus in medio campo, & continuatus uel uſq; remotiſsimos. nam cum latè pateret acies, in tam diſſono clamore tantaq́; trepidatione periculum uix à proximis quos opprimebat intelligebatur: reliquos deinceps maioris mali terrebat ſuſpicio. tum Eumenes ubi primus conatus ſucceſsit feliciter, campo nudato quem cameli & currus occupauerant, ſuos pariter ac Italicos equites concitauit in Gallogræcos & Capadocas cæterosq́; conductitios, clamitãs & adhortans ut homines inexercitatos & à propugnatoribus deſertos inuaderent. paruerunt illi, tantoq́; impetu inuecti ſunt, ut & hos & contiguos equites loricatosq́; in fugam uerterent, iam ante turbatos conſternatione quadrigarum: qui tardante grauitate armorum, magna ex parte oppreſsi ſunt. dum in hoc cornu profligantur Macedones, in altero Antiochus legiones perrupit, & effuſe fugientes diu perſecutus eſt. interea phalãx Macedonica quæ forma quadrata ſatis anguſtè inter equites conſtiterat, diſcedentibus illis nudata utroq; latere, leuem armaturam à fronte propugnantẽ recepit in medium, ac rurſus coiuit. ſic conſtipatos cum Domitius facile circũdediſſet equitibus ſuis ac uelitibus, & ipſi nec impreſsionẽ facere, nec ordines explicare ualerent, ualde laborabant nihil iuuante rei militaris peritia telis expoſitos undiq;. obiecerunt tamen irati condenſas ſariſſas ob omni latere, prouocantes Romanos ad congrediendũ cominus, quaſi mox impetũ in eos facturi. ſed nõ auſi ſunt pedites grauiter armati hoſtem ex equis pugnantẽ laceſſere, ueriti ne phalangem ſoluerent, quam aliter inſtruere nõ poterant. Romani uerò nõ accedebãt propius ad ueteranũ & conglobatũ deſperatũq́; militem, ſed circũcurſando impetebant ſagittis & iaculis, quorũ nullum in confertos cadebat irritum, illis emiſſa declinare nequeuntibus. itaq; feſsi & inopes conſilij pedem referebant minaciter ſeruatis nihilo ſecius ordinibus, adeo ut ne tum quidem Romanus inſtaret cominus, tãtumq́; circumcurſando infeſtaret, donec elephanti Macedonum, quos phalangi intermiſcuerant tumultuando nec parendo rectoribus, coegerunt eos turbatis ordinibus effuſo curſu fugere. Domitius hac parte uictor, Antiochi caſtra expugnare adortus eſt: qui legiones ſibi oppoſitas uſq; ad caſtra ipſarum perſequebatur, nimirũ eas quoq; deſtitutas equitatu & ferentarijs. nullum enim Domitius in cornu hoc addiderat, ratus ſatis munitũ flumine. ſed poſtq̃ rex à tribuno caſtris præfecto cum recenti militũ manu occurrente repreſſus eſt, & qui modo fugiebant ex accurſu ſuorũ concepta audacia in pugnã reuertebant: & iam ipſe uertit equum ſuperbus uictoria, ut ignarus

eorum quæ diuerſa parte acciderant: cùm Attalus Eumenis frater cum equitatu ſuo fit obuius. per hos medios Antiochus euaſit contemptim, non magno ab eis accepto incõmodo. ut uerò cladem cognouit ex ſtrage ſuorum toto campo iacentium, confuſis aceruatim uirorum equorum elephantorũ cadaueribus, & caſtra quoq; ui capta, continuato curſu media fermè nocte Sardeis peruenit: indeq; mox Celænas, quam Apameam uocant, petijt: quo filium fugiſſe audiuerat. inſequenti uerò die Celęnis in Syriam profectus eſt, relictis ibi ducibus, qui regios è fuga recolligerẽt. de pace quoq; legatos miſit ad conſulem, ſepelientẽ corpora ſuorum, hoſtium uerò ſpoliantem, & contrahentẽ captiuos. reperti ſunt autẽ inter cadauera ex Romanis uigintiquatuor equites, & trecenti pedites, quos Antiochus oppreſſerat: ex Eumenis uerò equitibus non plus x v. apud hoſtes deſiderata ſunt annumeratis captiuis circiter quinquagĩta milia. uix enim iniri numerus cæſorum poterat præ multitudine. elephanti etiam interfecti ſunt, exceptis quindecim, qui uiui in poteſtatem redacti ſunt. poſt tam illuſtrem uictoriã multis uix credibilem, qui non putarant fore ut à tanto paucioribus in alieno ſolo pugnantibus tantam cladem acciperent regij, præſertim ueterana Macedonum phalanx tunc maximè uiris frequens, & pro inuicta habita. amici Antiochi temeritatẽ ſui regis incuſabant, quòd bellum aduerſus Ro. ſuſcepiſſet: deinde etiam imperitiã, quòd mox ab initio tam inconſultè Lyſimachiam Cherſoneſumq́; unà cum armis & apparatu dimiſiſſet è manibus, nõ expectato aduentu hoſtium: quodq́; Helleſponto abduxiſſet præſidia, quæ Romanos à tranſitu in Aſiam facile arcere potuerant. poſtremo imprudentiam eius damnabant, qui robur exercitus coarctando feciſſet inutile: & ſpem collocaſſet in miſcellanea multitudine nouellorum militũ, potius quàm in uiris longo uſu aſſuetis militiæ labori, atq; ita obduratis ad ſummã tum animorum tum corporũ fortitudinẽ. Dum ſic Antiochus differtur rumoribus: Romani iam animoſiores quàm antea, nihil ſibi putabant arduum, freti tum uirtute propria, tum fauore numinum. augebat enim opinionem felicitatis eorum, illa reputatio, quòd numero longe impares ultro in alienam terram ingreſsi, tam multas gentes opulentiãq; regiam, tum mercenariorũ uirtutem & Macedonũ gloriã, ipſumq; regem latiſsime regnantẽ, cognomine quoq; magnũ una die debellauerint. ipſi etiam fermè in prouerbium uerterant hanc uocem, Fuit rex Antiochus magnus. dum ita Romani ſibi placent, ad cõſulem P. frater tum primũ uiæ laboris patiens, uenit: & mox legati admiſſi ſunt, petentes ſcire, quæ imperata pati debeat, ut recipiat in S P Q R. amicitiam

amicitiam. quibus ſic reſpondit Publius. Antiochi cupiditatẽ in culpa eſſe quòd hoc quoq; bellum exortum ſit, qui cum haberet nõ inuitis Romanis ampliſsimũ imperium, eo non contẽtus Ptolemæum cognatum ſuum, amicum P.R. Cœleſyriæ poſſeſsione deiecerit, Europam nil ad ſe attinentem inuaſerit, Thraciam ſubiugauerit, Cherſoneſoq; munita condiderit Lyſimachiam. in Græciam deinde traductis copijs, Græcos nuper à P. R. libertate donatos in ſeruitutem uindicare non deſierit, donec ad Thermopylas prælio uictus ſit. fugatum deinde ne tunc quidẽ cupiditati modum impoſuiſſe, ſed naualibus etiam prælijs aliquot uictum, nõ ante pacẽ petijſſe quàm traductis in Aſiã Romanis copijs. cõditiones deinde ſuperbè reiectas, rurſumq; magno apparatu contractũ ingentẽ exercitũ ut cũ præſtãtioribus cõtẽderet, donec in magnã cladẽ incideret. Sed nos inquit quãuis merito poſſemus ei grauiorẽ mulctã indicere toties rebelli, felicitate tamẽ inſolenter abuti nolumus, nec alienas calamitates aggrauabimus. eaſdẽ quas prius cõditiones offerimus, paucis adiectis, quæ nõ minus ad ueſtrã q̃ ad noſtrã utilitatẽ ac ſecuritatẽ futurã attinent. Europa abſtinete: Aſiaq; omni, quę cis Taurũ eſt, decedite, iuxta præſcribẽdos terminos. elephantos quotquot habetis tradite, naues quotquot imperabimus. in poſterũ nec elephãtos alios parabitis, nec naues ultra ſtatutũ numerũ. obſides XX. ex arbitrio cõſulis dabitis, & pro impenſis in hoc bellũ factis D. talẽta præſentis pecuniæ, & cũ ſenatus pacẽ cõprobauerit, MMD. mille deinde talẽta per annos XII. æquis in ſingulos portionibus. captiuos quoq; & trãsfugas oẽs reddite, & Eumeni reliquũ ex eo quod patri debitũ eſt. hæc ſi Antiochus ſedulo fecerit, pacẽ ei damus & amicitiã, cũ ſenatus cõprobauerit. omnes has conditiones legati acceperunt: moxq; pars imperatæ pecuniæ aduecta eſt, & adducti obſides, inter quos erat iunior filius Antiochus. legati etiam tum à Scipionibus, tum à rege Antiocho in urbem miſsi ſunt. ſenatus acta cõprobauit, & fœdus ex ſententia Scipionis ſcriptum eſt, paucis additis quę nondum definita fuerant. ut Antiocho terminus regni duo promõtoria ſint, Calycadnum & Sarpedonum, quæ belli cauſa ei præternauigare non liceat: ut naues armatas duodecim tantum habeat ad continendos in fide ſubditos. ad repellẽdum uerò bellum poſsit uti pluribus. ne in Romanorum ditione conducat milites mercenarios, néue fugitiuos inde recipiat: & ut tertio quoq; anno mutet obſides, excepto Antiocho filio. hoc fœdus in æs inciſum dedicatum eſt in Capitolio, ubi ſolent & alia dedicari fœdera: exemplar eius Manlio Volſoni ſucceſſori Scipionis tranſmiſſum eſt. is Antiochi legatis apud Apameam Phrygiæ iuſiu-

randum in leges fœderis præſtitit, ſicut Antiochus Thermo tribu-
no, qui hac de cauſa ad illum miſſus eſt. hic fuit finis belli inter Anti
ochum magnum & Romanum populum, quod quidam putant nō
proceſsiſſe ulterius propter beneficium collatū in Scipionis filium.
nec defuerunt qui reuerſo Scipioni ea de cauſa negotiū faceſſerent,
die ei dicta à duobus tribunis pl. quòd largitionibus corruptus pro
didiſſet utilitatē publicam. ille contemptis criminatoribus. cum iu-
dicium incidiſſet in ipſam diem quæ uictoriæ de Carthaginienſibus
erat anniuerſaria, ſolennē pompā præmiſit in Capitoliū ut ſacra fa-
ceret. ipſe iuit in iudiciū feſto habitu, non reorū more ſordidatus ad
miſerationem captandam, omnibus ſtupentibus ad erectum uiri ani
mum conſcientiæ fiducia. orſus autem dicere, nullam fecit mentio-
nem criminis, anteactæ uitæ ſtudia resq́; geſtas pro rep. & tot uicto-
rias partas memorās, magnas tum ſermonis grauitate, tum uolupta-
te audientium. poſtquam autem ad Carthaginem deuictam proceſ-
ſit oratio, tum maximè amplificatione uſus, ubi & ſeipſum & plebē
cōcitauit: Hoc, inquit, die Quirites cum Carthaginienſibus feliciter
pugnaui, quos tātopere formidaſtis antea. itaq; hinc in Capitolium
eo ſacrificatū. uos quoq; quotquot amatis patriā, ite mecum & dijs
gratias agite. his dictis aſcēdit Capitolium poſthabito iudicio: plebs
uniuerſa ſecuta eſt, iudicibus & tum acclamantibus, & ſacrificanti
fauſta omnia cōprecantibus. id factum accuſatores perplexos conſi
lij reddidit. cum neq; reuocare auderent in iudicium, neq; ambitio
nis aut largitionis accuſare, hominem extra omnem ſuſpicionis ale-
am poſitum. ſic ille egregiè contempſit crimen in anteactam uitam
non competens: ſapientius ut mihi uidetur quàm Ariſtides furti re-
us, & Socrates eorum quæ obijciebantur, qui taciti tulerunt infami-
am, niſi quod Plato affinxit Socrati defenſionem qualem libuit. imò
maiore animo tulit calumniā quàm Epaminondas Bœotorum ſum
mus magiſtratus cum collega Pelopida & quodam alio. hos Theba-
ni attributis cuiq; copijs in auxilium Arcadum & Meſeniorum con
tra Lacedæmonios miſerant, & bello nondum ex animi ſententia fi-
nito propter quaſdam calumnias reuocauerant. at illi ſucceſſoribus
per VI. menſes noluerunt exercitū tradere, donec pulſis Lacedæmo
niorum præſidijs ſubſtituerunt Arcadas, idq́; ex autoritate Epami-
nondæ, pollicentis hoc factum impune collegis fore. ubi uerò do-
mum reuerſos accuſatores ſingillatim aggreſsi reos agebant capitis:
nam capitale erat illorum legibus, per uim retinere imperium exerci
tus alieno tempore: alij iudicium euaſerunt, non tam miſeratione fle
xis iudicibus, quàm culpa in collegam relata, ab ipſo Epaminonda
præmoniti

præmoniti atteſtante tunc illorũ ſermonibus. qui poſtremus acceꝛſitus, Fateor, inquit, me ultra præfinitũ legibus tempus retinuiſſe imperium, & collegas meos quos abſoluiſtis coegiſſe ut idem facerent. nec capitis pœnam legittimã deprecor. unum pro præteritis meritis poſtulo, ut meo ſepulchro inſcribat: Hic ſitus eſt, qui parta in Leuctris uictoria, ciues ſuos, quibus antea uel pilei Laconici erãt terribiles, duxit ſub ipſa Spartæ mœnia: hũc patria mulctauit capite, quòd minus legum rationem habuerit, quàm utilitatis publicæ. his dictis è ſuggeſto deſcendit, corpus offerens ſi quis uellet eum ducere. iudices uerò exprobratione tacti, & defenſionis genus mirati, ſimúlque ipſum reum reueriti, ne calculis quidem poſtulatis proripuerũt ſeſe è prætotio. uerum iſta quiſq; ut libuerit cõferat. cæterũ Manlius Scipionis ſucceſſor dum adéptas Antiocho terras obit & ordinat, Toliſtobogios, quæ ciuitas Gallogræcorũ ſociorũ regis erat, in Olympum Myſiæ montem refugos, laborioſe ſecutus profligauit, cædens & agẽs in prærupta, tanta gẽtis clade, ut cadauerũ numerus prę multitudine iniri non potuerit. capta ſunt etiam ex eis XLM. quorum arma cremauit: corpora quia tam multa in bello circũducere non poterat, finitimis barbaris diuẽdidit. Tectoſagos uerò & Trocmos ex inſidijs ſe adortos uix euaſit. ſed paulopòſt eoſdem cubantes aggreſſus & cõfertos præ multitudine circũdatos uelitibus ut miſſilib. oppugnarẽtur eminus, nullo telo cadente ſine uulnere, tanta clade affecit, ut amiſſis octo milibus reliqui pellerentur ultra Halym fluuium. cumq; Ariarathes Cappadocum rex ipſe quoq; Antiochi ſocius, belli metu ueniam petẽs CC. talenta miſiſſet, à terris eius abſtinuit: & ad Helleſpontum retro ſe uertit cum gaza multa, infinita pecunia, præda grauiſſima, exercitu impedito ſarcinis. de cætero ualde imprudẽter æſtiuo tempore nauigare contempſit, ne grauitatẽ quidem impedimentorum reputans, præſertim cum exercitus nõ eſſet durandus laboribus itineris: quippe nõ ad bellum tendens, ſed domũ cum ſpolijs repetens: maluitq; per Thraciæ longam, anguſtam, difficilemq; uiam ducere æſtate feruida: nec Philippo præmonito ut occurrẽs è Macedonia ſe deduceret, nec exercitu in partes diuiſo ut expeditius incederet, & ſi quid opus eſſet ad manus haberet: nec impedimentis diſtributis per centurias quo facilius cuſtodirẽtur: ſed omnibus ire iuſſis uno longo agmine, impedimentis medium tenentibus, quibus nec primi nec nouiſſimi propter uiæ longitudinem ac anguſtiã poterant ſuccurrere. quapropter Thracibus undiq; coortis in latera, magnam partem & prædæ, & publicę pecunię, & militum perdidit: reliquis Macedonia fuit refugio. unde maximè apparuit, quantũ Phi

lippus Scipionibus deducendo profuerit, & quantum Cherſoneſo
deſerta peccauerit Antiochus. Manlius uerò traductis è Mecedonia
in Theſſaliã, & inde in Epirum copijs, traiecit Brundiſium: dimiſ-
ſisq; militibus reliquis, Romã redijt. at Rodij cum Eumene rege Per
gami multum ſibi placebant ob res contra Antiochum pro P.R. ge-
ſtas feliciter: quorum alteri legatos in urbem miſerũt, alter ipſe pro-
fectus eſt. Senatus Rodijs donauit Lyciam & Cariam, quas nõ mul-
to pòſt eis abſtulit, quaſi propẽſioribus in partes Perſei Macedonis
hoſtis Ro. populi. Eumeni uerò attribuerunt, quicquid Antiocho
ademerant, exceptis Græcis in Aſia ciuitatibus: quarũ quotquot At
talo patri Eumenis tributaria fuerant, iuſſæ ſunt tributa Eumeni red
dere: à quibus autem Antiochus ſolebat exigere, immunes poſthac
permiſſæ ſunt uiuere ſuis legibus. atq; hoc modo terras bello partas
S P Q R. diſpoſuit. poſtea uerò Antiocho magno defuncto in regnũ
ſucceſsit Seleucus filius, qui fratrem Antiochum obſidem à Roma-
nis recepit, dato in eius uicẽ ſuo filio Demetrio. peruenerat iam A-
thenas Antiochus, cum Seleucus inſidijs Heliodori cuiuſdam pur-
purati oppreſſus eſt. ipſum Heliodorum regni affectatorem expule-
runt Eumenes & Attalus, deducto in poſſeſsionẽ eius Antiocho, ut
amicum ſibi redderent hoc beneficio. iam enim ob quaſdam offen-
ſiunculas etiam hi Romanos ſuſpectos habebant. atq; ita Antiochus
Antiochi magni filius Syria potitus eſt, quem Syri cognominarunt
Illuſtrem, quòd alienis regnum uſurpantibus, ipſe auitæ ditionis
aſſertor exortus ſuis illuxerit. is inita cum Eumene ſocietate & ami-
citia poſsidebat Syriam, genteſq; finitimas. cùm ſatrapam Babyloni
præfeciſſet Timarchum, ærario uerò Heraclidẽ, duos fratres, quos
ambos in delicijs habuerat. expeditionem etiam ſuſcepit contra Ar-
taxiam regem Armeniorum, quo capto mortuus eſt relicto nouem
annorum filio Antiocho, cui Syri cognomẽ addiderunt Eupatori,
propter patris uirtutem. eius pueri educator fuit Lyſias. Senatus ue-
rò lętus audijt Antiochum, qui paucis annis generoſe regnarat, tam
cito mortuũ: attamen Demetrium Seleuci filium, Antiochi illuſtris
fratrem, nepotem magni Antiochi, cõſobrinum huius pueri, adhuc
in urbe obſidem, ingreſſum iam annum uigeſimumtertium, quam-
uis rogantem & dicentem ſe propiorẽ hæredem, noluit in regnum
deducere, exiſtimans conducibilius ſibi, regi Syriam à puero quàm
à uiro. cũq; audiſſet multos elephãtos eſſe in Syria, & naues aliquot
ſupra definitum Antiocho numerum: legati miſsi ſunt qui elephan-
tos interficerent, & naues exurerent. hoc ſpectacuum miſerabile ui
ſum eſt, occidi manſuetas & raras beluas, & naues cõcremari. id nõ
ferens

ferens quidam Leptines, qui tum erat Laodiceę, Cn. Octauiū legationis principem, dum ungitur in gymnaſio cōfodit, quem Lyſias ſepelijt. tum Demetrius rurſum patres adijt, rogans ut ſaltē obſes eſſe deſineret: quandoquidē permutatus ſit Antiocho, qui tum defunctus erat. & cum ne hoc quidē impetraret, clàm aufugit nauigio, exceptusq́; à Syris magna gratulatione regnum adeptus eſt, Lyſia primum interfecto, mox & puero, eiectoq́; Heraclida, & Tymarcho ut rebelle occiſo, qui alioquin etiam Babylonis præfecturā male adminiſtrauerat. quamobrem Soter appellatus eſt, orto à Babylonijs initio. cōfirmatus deinde in regno Demetrius, coronam auream x m. numûm Romam miſit, gratias agens quòd obſes habitus eſſet liberaliter, ſimulq́; Leptinem dedidit homicidam Octauij. Senatus coronam accepit, Leptinem uerò non: quaſi crimen id cōmune eſſet Syris omnibus. cæterum Demetrius acceptis mille talentis, pulſo Ariarathe, Holophernem eius, ut ferebatur, fratrē in regnum induxit, quamuis Romanis placeret utrunq; fratrem regnare pariter. ſed cum & hi pulſi eſſent, & nō multo pòſt Ariobarzanes armis Mithridatis regis Pontici, Mithridaticum bellum ob hanc cauſam & quaſdam alias exortum eſt: magnū, ſi quod unquam, & uarium caſibus ac contagio multarum gentium, & diuturnitate temporis protractum in annum quadrageſimū: quo durante Syrorū regia ſæpe mutauit dominos, cōtinuata nihilominus ſtirpis ſerie. alibi quoq; multi motus & mutationes regnorū acciderūt: & Parthi qui iam antè à Seleucidarum familia defecerant, Meſopotamiam adiecerunt ſuis opibus, auulſam à regno Syrię. Tigranes etiam Tigranis filius ſubiugatis circunuicinis gentibus, quæ prius proprios regulos habuerāt, regem regum iam ſe exiſtimans Seleucidas infeſtauit detrectantes eius imperium. cuius uiolentiā cum non poſſet ſuſtinere Antiochus Pius, Tigranes omnes ciſeuphratenſium Syrorum gentes, Aegyptum uſq; perdomuit: ſimulq́; occupauit Ciliciam & ipſam Seleucidis parere ſolitam: quibus omnibus Magadates regis ſui nomine cum exercitu præfuit per annos x i i i i. ſed poſtq̃ Mithridates à Lucullo uictus ad Tigranē refugit, Magadates eum exercitū in ſui regis auxiliū abduxit: & interim Antiochus Pij filius Syris nō inuitis in regnum ſeſe inſinuauit. nec Lucullus, qui primus Tigrani bellum intulit, & recens acquiſitis terris eum expulit, Syro auitam poſſeſsionem inuidit. ſed Pompeius Luculli ſucceſſor, debellato Mithridate, Tigranē quidem in Armenia regnare paſſus eſt: Antiochum uerò nunquam de P.R. male meritum ſpoliauit regno Syriæ: quia facile fuit tanto exercitu regem inermē opprimere: quamuis alia cauſa prætexebatur:

uidelicet iniquũ eſſe,poſtq̃ ueteres reges ſemel Tigranis armis pulſi
fuere Syria,nunc eam Seleucidis uictis cedere,potius quàm Ro. ui-
ctoribus.atq; ita Cilicia,& tum mediterranea,tum caua Syria,Phœ-
niceq́; ac Palæſtina ſine certamine acceſsit Romano imperio, cum
alijs gentibus Euphratem inter & Aegyptũ ſitis. una Iudæorũ gens
armis ſubigenda ſuperfuit, cuius regem Ariſtobulum uictor Pom-
peius Romam miſit,& Hieroſolymæ maximæ ſanctiſsimæq; in ea re
gione urbis mœnia diruit, ſicut & Ptolemæus primus Aegypti rex
quondam fecerat: quam & Veſpaſianus rurſum munitam diruit: &
poſtremum Adrianus noſtro ſeculo.quamobrem grauiora ſunt Iu-
dæis tributa,quæ in ſingula capita, quàm quæ pro cenſu conferunt.
Syri quoq; ac Cilices quotannis perſoluunt cẽteſimas. his gentibus
Pompeius,quæ Seleucidis antè paruerant,partim reges proprios re
gulosq́; dedit,ſicut & Gallogræcis in Aſia: partim confirmauit uete
res in ſuis tetrarchijs, quorum fideli opera bello Mithridatico uſus
fuerat. nec multo pòſt & hæc in Romanorum ditionem uenerunt
omnia, ſuo quæq; tempore, maximè ſub Cæſare Auguſto principe.
Syriam uerò Pompeius illinc decedens Scauro quæſtori ſuo regen
dam reliquit, cui ſenatus Marcum Philippum ſucceſſorem miſit,&
poſt eos Marcellinum Lentulum,ambos prætorios. uterq; biennio
quo prouinciæ præfuit,conflictatus eſt cum Arabibus ex uicino in-
feſtantibus:quæ cauſa fuit,ut poſthac in Syriam mitterẽtur procon-
ſules,conſulari poteſtate in gerendo bello præditi: quorum primus
Gabinius cum exercitu in eam profectus eſt: quo tẽpore Mithrida-
tes Parthorum rex pulſus ab Orode fratre, ope Arabũ ſuũ regnum
recepit: & Ptolemæus Aegypti rex undecimus, & ipſe pulſus à ſuis,
magnis largitionibus obtinuit, ut omiſſo Partho per proconſulem
reduceretur Alexandriam. qui quidem regnũ recuperauit, Alexan-
drinis ui coactis ad officium: ſed Gabinius à ſenatu damnatus exula
uit,quòd abſq; S.C. bellum mouiſſet religioſum, & uetitum Sibyl-
linis carminibus. huic ſucceſsit Craſſus, qui bellum Parthis inferens
magnam cladem accepit:poſt quẽ L.Bibulo Syriam obtinente, Par-
thi irruperunt in eam prouinciam.Sub Saxa uerò,qui proximè ſuc-
ceſsit,excurrerunt uſq; Ioniam, Romanis occupatis circa bella ciui-
lia.uerum hęc dicentur accurate in rebus Parthicis:nam pręſens uo
lumen Syriacis dicatum eſt, ut ſciatur quomodo ad Romanos deue
nerit Syria,& quomodo in hunc ſtatum redacta ſit.nec alienum ab
hoc argumento fuerit,Macedonum in ea res geſtas percurrere, qui
ante Romanos ibi regnarunt. Poſt obitum Alexandri ſuperſtitibus
liberis,altero admodum puero,altero adhuc in utero materno,Ma-
cedones

cedones amore ſtirpis Philippi elegerunt ſibi regem Ariddæum fratrem Alexandri, quamuis mentis, ut putabatur, nō ſatis compotem, mutato in Philippum Ariddæi nomine, cum adhuc Alexandri filij eſſent ſub educatoribus. nam & mater prægnans aſſeruabatur. amici uerò gentes ſubactas diuiſerūt in ſatrapias, Perdica diuiſore ex autoritate Philippi. nec multo pōſt mortuis regibus regnarūt ſatrapæ. Syriæ primus præpoſitus eſt ſatrapa Laomedon Mitylenęus, fauore Perdicæ & Antipatri, qui poſt Perdicam res adminiſtrabat pro regibus. adhunc Laomedontem Ptolemæus Aegypti. ſatrapa cum claſſe profectus, oblato ingenti auri pondere tentauit eum ut Syriam ſibi traderet, unde Aegyptū poſſet tueri & Cyprum inuadere. quod cū non impetraſſet, cōprehēdit hominem. ille corruptis cuſtodibus, ad Alcetam aufugit in Cariam. Sic Ptolemæus aliquādiu potitus eſt Syria, relictiſq; ibi præſidijs, in Aegyptum nauigauit. Antigonus autē erat Phrygiæ, Lyciæ, Pamphylięq; ſatrapa, ab Antipatro in Europā traijciente relictus obſeruator totius Aſiæ: is Eumenem Cappadociæ ſatrapam declaratum hoſtem Macedonum impugnabat. at ille elapſus, conabat̃ occupare Mediam. quem aſſecutus Antigonus occidit, & reuertens exceptus eſt magnificè à Seleuco ſatrapa Babyloniæ. cumq; Seleucus mulctaſſet quendam è ducibus, non cōmunicato cum Antigono conſilio, indignatus ille rationes ab eo popoſcit pecuniæ publicæ, qui Antigono impar, ad Ptolemæū in Aegyptum ſeceſsit. moxq; Antigonus Blitorem præpoſitum Meſopotamiæ magiſtratu amouit, quòd Seleucum abeuntem tranſmiſerit, deinde Babyloniam, Meſopotamiam, & quotquot alię gentes à Medis ad Helleſpontum pertinent, ſibijpſi ſubiecit. & iam Antipatro defuncto inuidioſus erat alijs ſatrapis tantum terrarum obtinens. quamobrem Seleuco autore præcipuo initum eſt fœdus inter ipſum & Ptolemæum, Lyſimachumq; Thraciæ ſatrapam, & Caſandrum qui Macedonibus poſt obitum patris pręerat: à quibus cōmunis legatio miſſa eſt ad Antigonum, quæ terras occupatas ab illo repeteret, ſimulq; pecunias publicas, diuidēdas cum ipſis cæteriſq; Macedonibus qui ſatrapias ſuas amiſerant. legatis autem exceptis ludibrio, cōmune bellum in eum conflatū eſt. nec ille ceſſauit, ſed eiectis è Syria Ptolemęi præſidijs, Phœniciā Cœleſyriamq; ſibi uſurpauit. profectus deinde ad portas Cilicias, Demetrium filium, annos fermè XXII. natū, Gazæ reliquit cum exercitu, ut Ptolemæū reprimeret. hunc Aegyptius magno prælio uictū coegit ad patrem refugere. moxq; Seleucus in Babyloniam ad principatum recipiendum miſſus eſt, acceptis in hoc à Ptolemæo M. peditibus & CCC. equitibus. cum tam paruo exercitu

cupidè

cupidè receptus à Babylonijs, breui ad magnas opes peruenit. Antigonus in Ptolemæum iritatior circa Cyprum uicit eum egregiè nauali prælio, ductu Demetrij filij. ob quam uictoriam exercitus reges appellauit tum patrem, tum filium, extinctis iam regibus, Ariddæo Philippi filio, & Olympiade, atq; Alexandri filijs. ac mox etiam Ptolemæum regem appellauit ſuus exercitus, ne propter cladem uideretur uictori cedere. atq; ita diſparem caſum par euẽtus ſecutus eſt. id exemplum ſtatim imitati reliqui, ſubitò è ſatrapis reges exorti ſunt. Sic & Seleucus Babyloniæ Mediæq; rex factus eſt, Nicatore ſua manu cæſo in pugna, cui Antigonus Mediæ ſatrapiam cõmiſerat. multa poſtea bella geſsit contra Macedonas ac barbaros, ſed duo maxima contra Macedonas: poſterius aduerſus Lyſimachũ regem Thraciæ, prius aduerſus Antigonum iam octogenariũ, quando cõmiſſo ad Ipſum (oppidum eſt Phrygiæ) prælio fortiſsimus ſenex imperatoris ſimul ac militis munijs functus cecidit. quo ſublato fœderati reges uictores ditionẽ eius inter ſe partiti ſunt. Seleucus ultra Euphratem promouit imperium, ſorte potitus terris hinc uſque mare, inde uſq; mediterraneã Phrygiam pertinentibus. & quia nullã unquam occaſionẽ prætermittebat opum ampliãdarũ, uerbis ac uiribus efficax, acquiſiuit Meſopotamiam, Armeniam & Cappadociam cognomento Seleucidem: adhæc Perſas, Parthos, Bactros, Arabes, Tapyros, Sogdios, Arachotas, Hyrcanos, aliasq; conterminas gentes uſq; Indum fluuiũ, ab Alexandro prius deuictas, quo excepto nemo unquam plures terras in Aſia tenuit. nam à Phrygię terminis Indũ uſq; mediterranea Seleuco parebant omnia. & hoc quoq; traiecto bellũ geſsit cum Sandrocoto rege Indorum flumen id accolentium, donec affinitate intercedente pax ſecuta eſt. hæc autem partim incolumi Antigono, partim poſt eius mortem acciderunt. Fertur cum gregarius etiã tum miles regem ſuum ſequeretur in expeditionem Perſicam, Didymeum oraculum conſulenti de reditu in Macedoniam, hoc carmen redditum.

Europe ualeat, Aſiam complectere tutus.

In Macedonia quoq; paternum focum ingenti flamma incanduiſſe accendente nemine. matrem etiam eius in ſomnis admonitã, ut quẽ primum anulum inueneret, geſtandum Seleuco traderet. regnaturũ enim ubicunq; is anulus ei fortefortuna exciderit. & inuenit illa ferreum cum inſculpta ancora: amiſſus eſt autẽ circa Euphratem, quin & illud fertur, cum poſtea Babyloniam obiret, eum offendiſſe ad lapidem, quo effodi iuſſo apparuiſſe ancorã. cumq; uates terreret hoc prodigium quaſi remorationem portẽderet, Ptolemæum Lagi, qui

cum

cum comitabatur dixiſſe,ſecuritatis id ſignũ eſſe, non morarũ. quibus de cauſis Seleucus etiã regnum adeptus ancora utebatur in anulo ſignatorio.nec deſunt qui affirment Alexandro etiamtum ſuperſtite & inſpectante aliud omen futuræ potentiæ obtigiſſe Seleuco huiuſmodi: Alexandrum ex India reuerſum Babylonẽ,luſtraſſe nauigio paludes ut diſpiceret de parandis emiſſorijs ad agrorum rigua: abreptumq́; ei diadema uento delatum ad harundinetum ſepulcro cuiuſdam priſci regis contiguũ, fatali obitus imminentis regi præſagio.tum nautarũ unum enataſſe, & diadema ſiccum retuliſſe ad Alexandrum, impoſitum ſuo capiti: repenſumq́; ei talentũ argenti pro hoc officio.uatibus monentibus ut tolleretur is homo.quidam ſublatum aiunt,negant alij. rurſum alij contendunt, nequaq̃ nautã, ſed ipſum Seleucum nataſſe: & ne diadema fieret madidum, impoſuiſſe ſuo capiti,fuiſſeq́; omen ratum ambobus. nam & Alexandrũ Babylone migraſſe è uita, & Seleucum in maximam eius ditionis partem ſucceſsiſſe.hæc fuere felicitatis eius prodigia quantũ cõperio. cæterùm Alexandro mortuo ſtatim præfectus eſt alæ domeſticorum regis equitum,cui Hephæſtion rege uiuo, & poſt eum Perdica præfuerat.hinc per gradus ad ſatrapiam Babyloniæ, & poſtremo ad regnũ promotus eſt. & quia uictorioſus fuit, Nicator uocatus eſt. hoc eñ credere malim,quàm cognomen ex Nicatore cæſo retuliſſe eũ quaſi opimum ſpolium.& quia uaſto robuſtoq́; fuit corpore,adeo ut taurum ferocẽ ſacrificante Alexandro uinculis ruptis profugum ſolus cornibus arreptum retinuerit manibus,affingũt eius ſtatuis cornua. ornauit aũt imperium ſuum extructis per totam eius longitudinem urbibus, quarũ ſedecim à patre denominauit Antiochias, ſex à matre Laodiceas,nouem à ſe Seleucias,quatuor ab uxoribus,tres Apameas,unam Stratoniceam.ex quibus clariores nunc extant Seleucię duæ,altera ad mare,altera ad Tigrim fluuiũ. Laodicea uerò in Phœnice Antiochia ſub Libano,& Apamea Syriæ.alijs uerò Græca Macedonicaq́; nomina indidit, aut ex aliquo ſuo facinore, aut in Alexãdri regis honorem . quo factũ eſt ut in Syria cæteraq́; mediterranea barbaria celebrentur multa uel Græca uel Macedonica oppidorum nomina: qualia ſunt Berrhœa,Edeſſa,Perinthus,Maronea,Callipolis,Achaia,Pella, Oropus, Amphipolis, Arethuſa, Aſtacus, Tegea, Chalcis,Lariſſa,Herea,Apollonia. In Parthia quoq;,Sotera,Calliope,Charis,Hecatompolis,Achaia.in India Alexandropolis. in Scythia Alexandreſchata.ex uictorijs etiam eius acceperunt nomina,Nicephorium in Meſopotamia, Nicopolis in Armenia Cappadociæ finitima. aiuntq́; in condenda ad mare Seleucià ſecutum augurium

fulminis

fulminis, ideoq́; ibi fulmen tanquam numen conſecratum hodieq́;
coli hymnis proprijs ac ceremonijs . cum uerò eam quæ ad Tigrim
eſt conderet, magos iuſſos diem horamq́; fundamentorũ fodiendo
rum eligere, mentitos eſſe horam, quod nollent tantam urbem con
tra ſe muniri. cumq́; rex præſcriptam horam expectaret in tentorio,
& exercitus ad opus paratus ſilentio ſignum opperiretur, repente fe
lici hora uiſi ſunt ſibi audiſſe uocem iubentis, moxq́; ad opus proſili
uerunt tanta alacritate, ut ne à præconibus quidem cohiberi potue-
rint. quo profecto Seleucum triſtem, & de fato urbis ſolicitum, ma-
gi ſecuritate impetrata ſic affati ſunt. Fatalẽ neceſsitatẽ, ô rex ſiue ma
lam ſiue bonam, nec homo poteſt mutare nec ciuitas. ſunt enim &
ciuitatibus ſua fata ſicut hominibus ſingulis. hanc uerò plurimis ſe-
culis manere dijs placuit, quãdo initium eius in eam horam incidit.
nos uerò timentes talem munitionẽ contra nos erigi, declinare fata
conabamur. at illa plus ualuerũt quàm uel magorum uerſutia, uel re
gis ignorantia. itaq; fortuna ipſa quod felicius erat imperauit exerci-
tui: id quod tibi declarabimus, ne putes nos adhuc uti cõmẽticijs ar-
tibus. nam & pręſidebas ipſe, et ſignum expectari iuſſeras. exercitus
uerò aliâs ſemper uel in ſubeundis periculis ac laboribus obſequen
tiſsimus, nunc ne quieſcere quidem te iubente ſuſtinuit, ſed eodẽ mo
mento uniuerſus proſiliuit unà cum præfectis quaſi iuſſus, ſicut re-
uera iuſſus eſt. quamobrem ne tuo quidẽ imperio cohiberi potuit.
quid igitur in rebus humanis rege potentius fuerit niſi deus, qui te
uoti fecit cõpotem, & melior nobis autor cõdendæ urbis fuit, infen
ſus noſtro ac finitimorũ generi? quid enim poſthac res noſtræ uale
bunt, admotis ad nos potentioribus accolis? hæc certe ciuitas bona
fortuna conditur, florebitq́; diutiſsimè. tu uerò peccato noſtro pro
fecto à metu amittendi felicitatem propriam, ueniam confirmare di
gnaberis. hac magorum oratione rex delectatus ignouit: & hæc ſunt
quæ de Seleucia comperi. at Seleucus filium Antiochum ſuperſtes
adhuc pro ſe iuſsit regnare in mediterraneis regionibus: quod ſi cui
uidetur pertinere ad magnanimitatem regiam, maiore etiam ſapien
tioreq́; animo tulit amorem filij et in affectione tali modeſtiam. ama
bat enim Antiochus Stratonicẽ ipſius Seleuci uxorem, nouercã ſu-
am, & iam ex Seleuco enixam. agnoſcens tamen cupiditatem nefari-
am, nec tentauit quicquam, nec prodidit: ſed languẽs decumbebat,
ultro cupiẽs emori. nec celeberrimus medicus Eraſiſtratus maximis
cõditionibus Seleuco ſeruiens potuit morbũ cõijcere, donec anim-
aduertens corpus purũ ab omnibus deprauatis humoribus, cogita-
uit animi eſſe uitiũ, cuius cõtagio laboret corpus etiã. triſtitias aũt &
iras

iras curasq; cęteras nõ ſolere celari.amorẽ aũt à modeſtis occultari, ſed cum ne tum quidẽ quicq̃ fateretur Antiochus licet blandè rogãti ſine arbitris, aſsidebat medicus obſeruans mutationes corporis, quomodo afficeret ſingulis intrantibus cubiculũ.ut uerò deprehẽdit,ad aliorũ quidẽ acceſſum ęqualiter corpus deficere ac tabeſcere: quoties aũt Stratonice adiret uiſendi gratia,mentẽ quidem tum maximè turbari pudore ac cõſcientia ſilente iuuene: corpus aũt ſuapte ſponte uiuidius uigentiusq; fieri: ac rurſum ea diſcedẽte deficere:dixit Seleuco,filiũ eius eſſe inſanabilẽ.cumq; rex præ dolore exclamaſſet:ſubiecit ille, Amor eſt quo diſperit, & amor mulieris,ſed qua potiri nõ poterit.altero uerò demirante,ſi nõ poſſet cuiquã perſuadere Seleucus rex Aſiæ,propoſito cõiugio filij,additis etiã precibus & auro alijsq; muneribus, inſuperq; toto regno ampliſsimo quod maneret huncce decubantẽ regem, ac uel nũc dandũ eſſet in ſalutis precium,modo poſcat aliquis : cupienteq; tantũ diſcere quænam ſit illa fœmina:Eraſiſtratus reſpõdit: meã uxorẽ amat. tum Seleucus : ergo bone uir cum ſis amicus tot mutuis deuinctus gratijs,& adhæc cum primis honeſtus ac ſapiens , nõ ſeruabis mihi iuuenẽ regium, amici regis filium,amantẽ infeliciter, & ad mortẽ uſq; celantẽ morbũ præ modeſtia? deſpicies ne hoc modo nõ Antiochũ ſolum, ſed Seleucũ etiã?ille tergiuerſando retulit argumentũ ceu inuincibile: ne tu quidem,quãuis ſis pater,ſi tuam amaret,uxorem ei cederes.ibi uerò per omnes regios deos deiurauit Seleucus:omnino uolentẽ libentemq; daturum ei ſe fuiſſe,ut egregiũ exemplũ ederet paternæ beneuolentiæ in modeſtum & continentẽ in morbo filium, tali calamitate indigniſsimũ.multa deinde in hanc ſententiã locutus, cœpit moleſte ferre quòd non ipſe poſſet infelici medicus fieri, ut nihil opus haberet Eraſiſtrato. quod ut ille uidit regẽ præ ſe ferentẽ ſerio, rem aperuit, narrauitq; quomodo celantem deprehenderit.Seleuco uerò iam lęto negotium ſupererat,perſuadere id filio:& aliud,perſuadere idem uxori.poſtq̃ aũt perſuaſit,aduocato in cõtionẽ exercitu, qui fortaſſe iam aliquid præſenſerat, enumerauit ſuas res geſtas, & imperium maius quàm ullus ex Alexandri ſucceſſoribus habeat, adeo ut ſibi ſeneſcenti difficile ſit ad regendũ præ magnitudine. nolo igit̃, inquit, eam molem diuidere,ſimulq; cõſulere ueſtrę ſecuritati de futuro,& partẽ eius iam nunc dare meis cariſsimis . uos aũt æquũ eſt adiutetis me in omnibus, qui meis poſt Alexandrũ auſpicijs creuiſtis in tantã potentiã.Sunt aũt mihi cariſsimi & hoc imperio digni,ex liberis hic iam adultus,& hęc uxor:qui ętate florenti ambo prolem breui daturi uidentur ſtabiliturã opes ampliſsimas.hos enim iungo connubio

in ueſtra præſentia,& mitto ut regnẽt in mediterraneis gẽtibus. nec
uos Perſarũ aliarúmue gentiũ mores magis ſpectare iubeo, quam u-
nam legem cõmunẽ omnibus, ſemper æquum eſſe quod à rege uo-
bis præſcribit̃. hæc ubi dicta ſunt exercitus acclamauit regi poſt A-
lexandrum maximo, & patri optimo. Seleucus uxorẽ & filiũ eodem
modo præmonitos iunxit matrimonio, & in regnũ dimiſit, celebra
tior ob hoc factũ q̃ propter acquiſitas tot uictorias, quãdo hic ſeip-
ſum uicit. habuit aũt ſub ſe LXXII. ſatrapias, tã latè regnũ eius pate-
bat. cuius maiore parte filio tradito, tantũ quę inter Euphratẽ & ma
re ſita ſunt ſibi retinuit. bello deinde, quod ei fuit ultimũ, circa Phry
giam Helleſponto uicinã Lyſimachũ interfecit in prælio: traiectoq;
freto Lyſimachiã petens occiſus eſt à Ptolemæo cognomine Cerau
no, qui eum ſequebat̃. hic Ceraunus filius erat Ptolemæi Soteris, &
Eurydices Antipatri filiæ: quẽ ex Aegypto metu profugũ, quia pater
iuniori filio regnũ dare decreuerat, Seleucus ut amici filium miſera
tus excepit & aluit, interfectorẽ ſuum circũducens ubiq;. hic fuit exi
tus Seleuci, exacto ætatis anno LXXIII. regni XL. & quantũ ego in
telligo, huc quoq; referri poteſt dictum oraculum:

Europe ualeat, Aſiam complectere tutus.

nam Lyſimachia ſita eſt in Europa, & ille tunc primũ Europam ui-
dit, ex quo Alexandrum in longam militiam ſecutus eſt. fertur etiam
de obitu percontanti reſpondiſſe uatem:

Argos ſi caueas fatalia tempora euades.

Quod ſi non caueas, occides ante diem.

ille Argos & Peloponeſiacũ, & Amphilochicũ, & Oreſtiadis, un-
de Macedones quidam Argeadæ uocant̃, & quod Diomedes profu
gus trans Ionium mare cõdidit: & ſi quod uſquam terrarũ aliud Ar
gos nominat̃, omnia requiſiuit diligẽter & cauit. cæterũ cùm ab Hel
leſponto Lyſimachiã peteret, aram obiter uidit in loco ſitam cõſpi-
cuo: & ubi percõtatus Argos ei nomẽ didicit, ulterius cauſam appel-
lationis ſcitabat̃: num ab Argonautis in Colchos præternauigãtibus
denominata ſit, an ab Argiuis qui ad Ilium militarunt nomẽ ei fece-
rint accolę, an quòd Argo nauis ibi naufragiũ paſſa ſit, an ab Atrida
rum patria. talia quærentẽ Ptolemęus à tergo aggreſſus cõfodit. cor
pus eius cremauit Phileterus Pergami regulus, pro magno auri pon
dere à Ceraunο ſibi traditũ, & cineres ad Antiochũ eius filium remi
ſit. qui in maritima Seleucia cõditũ honorauit delubro addito, & fa
no ei ſacrato, quod nominat̃ Nicatoriũ. Lyſimachũ uerò aiũt olim
Alexãdri fuiſſe ſatellitẽ: & cum aliquãdo equitantẽ diu curſu æquaſ-
ſet tandem feſſum correpta equi cauda non deſtitiſſe: percuſſumq;

caſu

caſu in frontis uenam auerſæ haſtæ cuſpide, cruentaſſe admodum. tum Alexandrũ inopia faſciç uulnus eius obligaſſe diademate. quod ipſum poſtquam cruentum eſt redditum, uatem Ariſtandrum prædixiſſe ſancio, regnaturum quidem, ſed laborioſe. regnauit ſanè annis quadraginta, annumeratis quibus egit ſatrapam, & ſeptuagenarius in bello pugnans cecidit, Seleuco uictore non diu ſuperſtite. extincti Lyſimachi corpus canis domeſticus diu protegens, alites feraſq; arcuit, donec Thorax Pharſalius inuentum ſepelijt. ſunt qui dicant ſepultum ab Alexandro filio, qui metu ad Seleucum fugerat, quando alterum filium Agathoclem occidit Lyſimachus. inuẽtum autem corpus diu prius quęſitum, & indicio canis maximè agnitum iam tabidum. oſſa cõdita in tẽplo Lyſimachenſium à ciuibus, quod poſthac uocatum ſit Lyſimachium. ita in idem tempus duorum regum finis incidit, præſtantiſsimorum magnitudine ac robore corporis: qui per annos, alter ſeptuaginta, alter uerò tres inſuper, manu propria depugnarunt uſq; ad mortem. defuncto autem Seleuco patri ſucceſſerunt in Syriæ regnum hi filij. primus hic ipſe Antiochus qui nouercam adamauerat, cognomento Soter, & poſtea Gallos ex Europa in Aſiam irrumpentes repulit. ſecundus uerò Antiochus alius ex hac nupta genitus, quẽ Deũ primi cognominauerũt Mileſij, quia Timarchum eorum tyrannum ſuſtulit. ſed hunc Deum uxor ueneno interemit. duas autem habebat, Laodicen & Berenicen, adamatas ac deſponſatas, Ptolemæi Philadelphi filias, quarum Laodice ipſum interfecit, & mox Berenicen cum infantulo. eam iniuriam Ptolemæus Philadelphi filius ut ulciſcerẽt, de Laodice ſumpſit ſupplicium, & ingreſſus Syriam, Babylonem uſq; peruenit. qua occaſione Parthi deſciuerunt à Seleucidarum imperio, uidentes conturbatam eorum familiam. huic Deo ſucceſsit in Syriæ regnum Seleucus filius genitus è Laodice, cognomine Callinicus. deinde ex ætatis ordine duo eius filij, Seleucus & Antiochus. quorum maior, nec ualetudine firmus nec opibus, exercitum in officio continere non potuit, ueneno ſublatus purpuratorum perfidia, poſt exactum regni annum alterum. Antiochus uerò cognomine Magnus, is eſt, de cuius bellis aduerſus Romanos geſtis narrauimus, regnauit annos trigintaſeptem, de cuius duobus filijs iam antè dixi, qui ambo regnarunt. Seleucus anno duodecimo ocioſus nec admodum potẽs propter cladem quam pater acceperat. Antiochus uerò biennio tãtum, quo tempore Artaxiam cepit Armenium, & in Aegyptum expeditionem ſuſcepit contra Ptolemęum ſextum, cuius pater tum è uiuis exceſſerat duobus filijs ſuperſtitibus. in eius caſtra prope Alexãdriam

Popilius à Romanis legatus uenit cum literis denunciantibus ut abſtineret à regno Ptolemæorum. quibus lectis cùm ſe deliberaturum diceret, uirga eum circumſcripſit Popilius, dixitq́; , Hic delibera. ille territus diſceſsit, ſpoliatoq́; in Elymæis templo Veneris tabe perijt, relicto nouenni filio Antiocho Eupatore, de quo diximus: ſicut & de Demetrio huius ſucceſſore, qui cum in urbe eſſet obſes: fugit in Syriam & adeptus regnum, Soter à Syris ſecundus poſt Nicatoris filium cognominatus eſt. aduerſus hunc exortus eſt quidam Alexander, falſo in Seleucidarum gentem ſe ingerens, quē Ptolemæus Aegypti rex fouebat odio Demetrij. atque ita cōnitentibus Aegyptijs Alexander regno Demetrium expulit. qui poſtquam in exilio defunctus eſt, filius paterno nomine Demetrius regnum recepit: & quia uicit alienum à ſua familia, Nicatorem Syri cognominarunt, ſecundum poſt Seleucum à quo deſcenderunt reges Syriæ. hic primi Nicatoris exemplo ſuſcepit expeditionem Parthicam: & captus uixit in Phraatæ regia, regis ſorore Rodoguna ducta in matrimonium. cęterùm Syriæ regiam tunc uacuam occupauit ſeruus regum priorum Diodotus, inducto Alexandro puero Alexandri nothi ex Ptolemęi nata filio: quo mox ſublato ipſe regnare auſus eſt, aſcito ſibi nouo Tryphonis nomine. uerum Antiochus capti Demetrij frater poſtquam Rodi de captiuitate fratris & quid ſecutum ſit didicit, in patriam reuerſus Tryphonem magno labore uictum interfecit: moxq́; contra Phraatem cum exercitu profectus eſt, fratrem repetens. ille ſuis rebus metuens remiſit Demetriū. Antiochus nihilominus cum Parthis congreſſus prælio, & uictus ſibi manus intulit. Demetrium quoq; in regnum ſuum reuerſum Cleopatra uxor necauit, inſidias ei molita propter æmulationem poſterioris nuptæ Rodogunes: qua de cauſa etiam prius Antiocho mariti fratri nupſerat. habuit autem duos filios è Demetrio, Seleucum & Antiochum Grypum cognomine. ex Antiocho uero Antiochum Cyzicenum cognomine. Grypum Athenas, Cyzicenum Cyzicum educādum miſerat. Seleucum qui mox poſt patris obitum diadema ſumpſit, ſagitta ſua manu emiſſa confixit, ſiue metuens ne ille patris necem ulciſceretur, ſiue eodem furore gerēs omnia. Seleuco in regnum ſucceſsit Grypus, qui matrem uenenum quod ipſa filio parauerat, coegit ebibere. Sic illa tandem pœnas dedit. nec Grypus à matre degenerauit. ſtruxit enim Cyziceno quamuis uterino fratri inſidias. at ille præmonitus, aperto bello fratrem expulit, & pro eo regnauit in Syria. hunc quoq; Seleucus Antiochi Grypi filius, quamuis patruum, armis regno eiecit. qui quoniā uiolentus & ſupramodum tyrānicus fuit, Mopſuheſtiæ,

quod

quod eſt oppidum Ciliciæ, in gymnaſio crematus eſt. huic ſucceſſit Antiochus Cyziceni filius, quem Seleuci patruelis inſidias euaſiſſe putant Syri pietatis merito, ideoq; Pium cognominarunt. ſeruatus eſt autē à meretrice, adamatus formæ gratia. mihi uidetur per iocum à Syris ei nomen id additum. duxit enim hic Pius Selenen, quæ prius & patri eius Cyziceno, & patruo Grypo nupſerat. merito igitur diuina ultione à Tigrane pulſus eſt, cuius filium ex hac Selene genitum, educatum in Aſia, & inde cognominatum Aſiaticum, Pompeius priuauit regno Syriæ, ut diximus, decimumſeptimum à Seleuco regem Syrorum (excipio enim Alexandrum & filium ut alienos ab hac ſerie, & ſeruum eorum Diodotum) anno tantum exacto in regia, dum Romanus imperator diſtinetur alijs negocijs. regnatum eſt autem in familia Seleucidarum per annos ducentos ſeptuaginta. quòd ſi ab Alexandro ſupputemus ad tempus quo id regnum in Romanam prouinciam redactum eſt, addendi erunt Tigrani annis quatuordecim. Hæc habui dicenda obiter in alieno argumento de Macedonibus Syriæ regibus.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Parthicis Liber.

POSTQVAM autem Pompeius Syriam redegit in prouinciam, Gabinius à ſenatu ad eam regendam miſſus eſt. ad hunc parantem expeditionem in Arabas uenit Mithridates Parthorum rex pulſus ab Orode fratre, inuitans ut Arabas omitteret, & contra Parthos duceret. ſed plus ualuit apud eum Ptolemæus Aegyptiorum undecimus rex, eodem tempore pulſus è regno: effecitq; ut accepto auro non contra Parthos, ſed in Alexandrinos expeditionem ſuſciperet. quo in regnum armis reducto, Gabinius à ſenatu damnatus eſt exilio, quòd incõſultis Patribus Aegypto bellum intuliſſet, uetitum oraculis: nam Sibyllina carmina id diſertè cauerant. huic ſucceſsit Craſſus, qui Parthos armis laceſſens magnam cladem accepit: poſt quem L. Bibulo Syriam obtinente, Parthi irruperunt in eam prouinciam. Sub Saxa uerò qui proximè ſucceſsit, excurrerũt uſq; Ioniam, Romanis occupatis circa bella ciuilia. ſed tunc nihil memorabile geſſerunt, latronibus ſimiliores quàm hoſtibus. uerùm iſta ſecuta ſunt Craſsi cladem, ex qua illi tantam conceperant audaciam, comprimendam tandem ab Antonio. cæterùm expeditio Craſsi digna eſt quæ repetatur altius. cum rediret dies comitiorum conſularium, competitores fuerunt C. Cęſar, Pompeius Magnus, & M. Craſſus. horum duo poſtremi Cicerone & Catone alijſq; factionis aduerſæ repulſis, ui magiſtratum obtinuerunt, & prorogarunt Cæſari Galliam prouinciam in aliud quinquẽnium. Coss. ipſi Syriam Hiſpaniãq; ſortiti ſunt, ea ſors grata fuit omnibus. nam & populo placebat Pompeium non abeſſe ab urbe longius, & Pompeius ut uxorius, in ea manſurus erat plurimũ. nec Craſſus mox ut ſortitus eſt prouinciam ſuam diſsimulauit gaudium, putãs nihil unquam ſibi accidiſſe felicius, & tantum nõ geſtiẽs. apud familiares autem multa uana effundebat & iuuenilia, præter ætatem ac ingenium, alioquin tota uita nec ſuperbus nec iactator. tũc uerò ſupramodum elatus & deprauatus affectibus, non de Syria Parthiaq; tantum ſibi prædeſtinabat uictoriam, ſed luſum iocumq; exiſtimans Tigra-

nem à

nem à Lucullo uictum, à Pompeio Mithridatem, uſq; Bactros & Indos orientalemq; oceanum proferebat ſpes improbas: quãuis in lege de prouincijs non erat adſcriptum bellum Parthicum. ſciebãt autem omnes Craſſum in eam prædam inhiare: & Cæſar ex Gallia ſcribens laudabat eius propoſitũ, adhortans ut pergeret. cumq́; Ateius tribunus pl. pararet inhibere eius exitum, & multi unanimiter indignarentur, hominibus innocẽtibus & pacatis arma inferri, extimuit Craſſus, rogauitq; Pompeiũ ut ſe deduceret. erat enim magna illius apud uulgum autoritas. tunc quoq; multis paratis reclamare ac ſiſtere, Pompeius hoc animaduertens hilari uultu eos ſedabat, ita ut ſilerent & tranſeuntibus cederent. ſolus Ateius occurrens primùm uoce cohibebat, denunciãs ne procederet: deinde apparitorem iuſsit, detineret eum iniectis manibus. uerùm id collegis tribuni non permittẽtibus, apparitor Craſſum miſſum fecit: Ateius uerò ad portam accurrens, poſuit ibi ardentem foculum: & Craſſo prætereunte ſuffitum faciẽs libansq́; inſuper, diris eum deuouebat execrationibus, noua & horrenda nomina deorum inuocans. eas execrationes ſecretas & priſcas Romani talem uim putant habere, ut nemo ſic deuotus poſsit euadere. imò nec illi qui deuouet, bene cedere. quamobrem non temere his utuntur: & multi tunc Ateium incuſabãt, quòd reip. amore Craſſo infenſus, ciuitatem in metum ac ſuperſtitionem conie cerit. ille tamen Brundiſium profectus, mari per hiemẽ nondum admittente nauigia, non expectant, & non paucas naues amiſit tempeſtatibus. è reliquis expoſitum militem terreſtri itinere duxit per Galatiam. ubi cum inueniſſet regem Deiotarum admodum ſenem nouam urbem condere, cauillans, O rex inquit, duodecima hora ędificare incipis. tum ille arridens: ne tu quidem imperator, quantum uideo matutinus contra Parthos proficiſceris. exceſſerat iam Craſſus annum ſexageſimum, plus tamen quàm pro ætate ſenij uultu præferens. ubi uero peruenit in prouinciam, primum ſpei ſatis reſpondebant negotia. nam extructo ponte facile ac tuto trans Euphratẽ duxit exercitum, multaſq; ciuitates Meſopotamiæ deditione in fidem accepit. unam in qua tyrannus erat Apollonius, propter occiſos ibi centum milites, admoto exercitu expugnauit ac diripuit, & incolas eius ſub haſta uendidit. Zenodotiam Græci uocabant. paſſus deinde imperatorem ſe appellari ab exercitu, magnum exiſtimationis detrimentum accepit, quaſi contentus hac uictoria maiores non ſperaret. diſpoſitis deinde per dediticias urbes præſidijs, quorum numerus erat VII M. peditũ, mille equites, ipſe in hiberna redijt in Syriam. in quibus filium excepit à Cæſare ueniẽtem è Gallia, ornatum donis

militaribus,& adducentem lectos mille equites .atq; hoc ſecundum poſt temere ſuſceptam expeditionē Craſsi graue erratum uiſum eſt, quòd cum debuiſſet procedere ad Babylonem & Seleuciam, ciuitates Parthis ſemper infenſas, tempus apparandi ſe dedit hoſtibus. mora quoq; in Syria reprehenſione nō caruit, exactori magis quàm imperatori conueniens. non enim comparandis armis tempus impenſum eſt aut exercēdum militi: ſed ſupputabat ciuitatum reditus, & ſacras deæ pecunias in Hierapoli pondere ac menſura examinabat per aliquot dies: populis quoq; ac regulis milites imperans, mox remittebat eis militiam accepta pecunia: atq; ita in cōtemptum ueniebat. in huius deæ templo (quam quidam Venerem, quidam Iunonem putant, quidam Naturam ex humore proſeminātem omnia) primum ei prodigium oblatum eſt. exeuntibus enim Craſsis iunior procidit in foribus, & mox ſuper eum ſenior. conuocantem deinde ex hibernis copias legati ab Arſace adeunt, pauca afferentes in hanc ſententiam. Si populus Romanus eum exercitū miſiſſet, bellum fore quod non finiatur niſi alterius partis exitio. quod ſi uera fama eſſet, Craſſum inuita patria proprij lucri cauſa Parthis arma inferre, & occupare ditionem alienam, temperaturum ſibi Arſacen, & miſeratione ætatis Craſsi Romanos dimiſſurum, qui in obſidio magis ſint, quàm in præſidio. cumq; Craſſus ſatis arroganter diceret, reſponſurum ſe Seleuciæ, ridens princeps legationis Vagiſes, & uolam manus protendens inquit: Citius hic pili enaſcentur Craſſe, quàm tu uidebis Seleuciam. ſic legati abierunt, Orodi regi bellum nunciaturi. cæterum præſidiarij quidam, qui magno periculo è Meſopotamia fugerant, maiorem curam incuſſerunt, nunciātes multitudinē hoſtium quam ipſi uiderant, & labores quos in defendendis ciuitatibus pertulerāt: & exaggerādo, ut mos eſt, omnia, negabant poſſe quenquā aut perſequentibus illis euadere, aut fugientes aſſequi. miſsilia gentis priuſquam aſpectu præcaueri poſsint ferire, & penetrare quicquid attigerint. cataphractos tutos eſſe ab omni uulnere, cum telis eorum nihil ſit acutius. hæc audientes milites remittebant audaciā. perſuaſi enim hunc hoſtem nihil differre ab Armenijs & Cappadocibus, quos Lucullus uſq; ad laſsitudinem deprædatus fuerat: & rati ſummam laboris eſſe itineris longitudinem, & perſecutionem hominum repugnare non audentium: præter opinionem certamen magnum ac periculoſum expectabant, adeo ut etiam primores exercitus cenſerent cohibendum Craſſum, & de ſumma rerum conſultandum amplius. uates quoq; clàm ſubmonebant, exta nihil læti portendere, nec poſſe Craſſum litare. at ille nec hos audiuit, nec quenquam alium, niſi eos qui-

qui hortabantur ut ſtrenuè pergeret, inter quos nō minima fuit Ar-
tabazis Armeniorū regis autoritas. uenit enim in caſtra cum ſex mili
bus equitum, qui uocabantur cuſtodes regis & comites. polliceba-
tur autem alia loricatorum decem milia, & triginta milia peditū ſuo
ſumptu uiuentium: perſuaſitq́; ut Craſſus per Armeniam in Parthi-
am irrumperet. ducturū enim milites per uiam cōmodam, ipſo præ-
bente copioſe omnia: & tuto iturum per montes colleſq́; cōtinuos,
& loca equitatui difficilia, in quo ſolo uires Parthorum conſiſterēt.
ille uerò promptam regis uoluntatem & ſplendorem apparatus lau
dauit non mediocriter: iturum ſe tamen dixit per Meſopotamiā, ubi
relictos haberet multos fortes uiros Romani nominis. poſt hæc Ar
menius abijt. Craſſo uerò per pontem traducenti obſtrepebant im-
maniter multa tonitrua, mixtis fulguribus in aduerſas facies micanti
bus. uentus quoq; procelloſus in pontem incubuit, & bonam eius
partem perfregit: locus etiā caſtris deſignatus bis de cælo tactus eſt.
equus unus ex imperatorijs inſigniter phaleratus, abrepto fruſtra re
trahente habenas rectore, in profluentem merſus nuſquā cōparuit.
fertur etiam aquilam quæ prima ſublata eſt à ſignifero, ſponte ſe re-
tro uertiſſe. & cum primùm in ripa ulteriore dimetiebantur cibaria
militibus, accidiſſe ut puls eis præberetur & lenticula, quæ apud Ro
manos habentur lugubria, & apponuntur in parentationibus. inter
contionandum quoq; uox Craſſo excidit, quæ ualde terruit milites.
ait enim ſe pontem fluminis ideo rumpere, ut nemo ex eis reuertere
tur. quod ut abſurdè dictū cum repetere ac declarare debuiſſet pro-
pter religionem ominis, neglexit præ contumacia. ſolenni deinde lu
ſtratione abſoluta immolauit, & exta à uate ſibi tradita, paſſus eſt ma
nibus excidere. quod cum moleſtum uideret adſtātibus, ſubridens,
hæc ſunt, inquit, ſenectutis incōmoda: ſed arma nunquam manibus
excident. deinde præter ripam fluminis duxit ſeptem legiones & e-
quitum paulo minus quatuor milia, & parem leuis armaturæ nume-
rum. nunciatum eſt autem à quibuſdam agminis præcurſoribus, re-
gionem deſertam eſſe ab hominibus, tantum conſpecta ſibi ueſtigia
multorum equorum, quaſi metu retro fugientium unde & Craſſus
bonam ſpem concepit, & miles cœpit omnino Parthos contemnere
quaſi non uenturos ad prælium. nihilo minus Caſsius & amici qui-
dam monebant Caſsium, ut copias intra aliquam earū urbium quas
præſidijs tenebat reciperet, donec aliquid certius cognoſcat de ho-
ſtibus: aut ſaltem ut eas Seleuciam per ripam fluminis duceret. ſic e-
nim maiorem habiturum cibariorum copiam ſubuectam nauibus:
& pro munitione fore fluuium, ne circumueniri poſsit, utq́; pugnet
loco

loco æquo cum hoſtibus,in frontem incurrentibus.de quibus con-
ſilijs dum Craſſus deliberat,uenit ad eũ phylarchus Arabum Agba-
rus,doloſus uir & lubricę fidei,qui reflanti fortunæ in exercitus per
niciem maximum momentum attulit. hunc norant quidam è Pom-
peij quondam militibus,benignè adiutum ab illo,& ideo ſtudioſum
ut putabant Romani nominis . tunc autem à regijs ducibus ad Craſ-
ſum ſubmiſſus erat,ut eum, ſi poſſet, à flumine & montium radici-
bus longiſsimè abduceret in campos patentiſsimos & equitibus cō-
modiſsimos.quiduis enim citius erant facturi,quàm ut ſignis colla-
tis cum Romanis decernerent. ergo poſtq̃ ad Craſſum uenit Agba-
rus homo facundus,orſus eſt orationem à Pompeij laudibus,cōme-
morando eius in ſe beneficia. Craſſum uerò mactum tanta potentia
prædicans , incuſabat quòd tempus cunctando perderet iam abun-
de paratus, quaſi armis ei opus eſſet, ac non magis celeritate pedum
& manuum contra gentem dudum certam abreptis rebus pretioſio
ribus atq; pecunijs in Scythiam aut Hyrcaniã prouolare.atqui ſi pu
gnãdum eſt inquit,properare oportet,priuſquam rex animo recol-
lecto copias quoq; contrahat. nunc enim Surena uobis obiectus eſt
Sillaces , qui tueatur terga fugientium . ipſe uerò nuſquam apparet.
hæc aũt falſa omnia.Orodes enim ſtatim bifariam diuiſis copijs, ipſe
Armeniam populabatur , ut de Artabaze pœnas ſumeret. Romanis
uerò Surenam oppoſuit, non contemptim ut quidam tradunt:non
enim erat eiuſdem, Craſſum concertatorē dedignari principem Ro
manum,& cum Artabaze conflictari uaſtando uicos Armeniæ:ſed
quantum ego colligo, metu periculi ſubſtitit in inſidijs euentum ex
pectans.erat enim Surena uir non uulgaris,ſed diuitijs,genere ac di
gnitate poſt regē ſecundus:fortitudine uerò ac ætatis uigore primus
Parthorum omnium,procerus quoq; & pulcher ſi quis alius. habe-
bat ſemper in proprio comitatu mille camelos ſarcinarios, & ducen
ta carpenta quibus uehebantur pallacides. deducebaturq; à mille e-
quitibus loricatis , & leuis armaturæ pluribus. erat autem uniuerſus
eius equitatus,connumeratis clientibus ſeruiſq; nō minor quàm de
cem milium:& ius erat ei gentilicium, ut nouo regi Parthorum pri-
mus diadema imponeret. Orodem autem hunc ipſe in regiam Par-
thorum ab exilio reduxerat, & Seleuciam magnam ei ſubiugauerat,
ante alios aſcenſis mœnibus, profligatiſq; ſua manu propugnatori-
bus.& cum nondum trigeſimum annum exegiſſet illo tempore,ſum
mam tamen opinionē habebat prudentiæ. quibus maximè de cauſis
Craſſum decepit,prius præ faſtu & audacia, deinde prę metu & cala
mitate decipi facilem . tunc igitur doloſis uerbis cum à flumine ab-
ſtractum

ſtractum Abgarus, ducebat per medios cāpos nudos arboribus & ſqualidos, quorum nullus finis uideri poterat, adeo ut iter facientes non ſolum ſiti & uiæ difficultate deficerent, ſed etiam nullam laboris conſolationem perciperent, non arborem, nō riuum, non montem non herbam uirentem uſquam aſpiciendo, ſed planè ſolitudinē alto mari ſimilem circundantem ſe undiq;. iam hoc ipſum doli ſuſpicionem faciebat. poſtquam autem & ab Artabaze uenerunt nuncij, ſignificantes eum magno bello diſtineri, ſuſtinentem Orodis impetum, nec poſſe auxilia mittere. ſuadere uerò Craſſo, precipuè ut eò deflectat, & Armenijs coniunctus prælio cum Orode decernat. ſin minus, certe iter & caſtra ita diſponat, ut planicies aptas equitatui caueat, & ad montes accedat propius: Craſſus regem nullo reſcripto dignatus, iracundè ac ruſticè reſpondit, ſibi non ſupereſſe nunc tantum otij ut curet Armeniam: ſed in reditu Artabazem daturum pœnas proditionis. tum Caſsiani rurſum ægreferebāt, & omiſſo Craſſo qui monitores audire grauabatur, cōuicijs inceſſebant Agbarum. Sceleratiſsimè hominum, quis te malus dæmon ad nos adduxit? quibus ueneficijs: quibus præſtigijs perſuaſiſti Craſſo ut per uaſtas ſolitudines iter faceret, Numidæ latronū principi magis decorū quàm Romano imperatori? illi uerſipellis cōfortabat eos blādicijs, & hortabatur durarēt pauliſper. milites uerò ſubleuabat accurrēs, & cum riſu cauillabatur: quid, per Campaniam uos iter facere putatis, ut requiratis fontes ac riuos & umbras ſcilicet, balineasq́; & continuata penè diuerſoria. nō meminiſtis uos tranſire per Arabum & Aſſyriorum cōfinia? ita tum Agbarus Romanos quaſi pædagogus quidam caſtigabat: & priuſquā deprehenderent in perfidia abequitauit, non clàm, ſed ex conſenſu Craſsi, fingens ſe curaturum neceſſaria, & turbaturum conſilia hoſtium. ferunt Craſſum illa die non purpuratum, ut Romanis imperatoribus mos eſt, ſed atratum proceſsiſſe: ueſtem tamen mutaſſe mox ut animaduertit. ſigna quoq; aliquot uix euulſa magno labore ſigniferorum, quos Craſſus deridens iter approperabat, urgens legiones ut conſequerentur equites, donec pauci ſpeculatores reuerſi nunciarunt cæſos reliquos ab hoſtibus, ſeq; uix euaſiſſe. uenire autem ingentem eorum multitudinem, animoſe ad pugnam feſtinantium. hoc auditum omnibus turbatis Craſſum præcipuè terruit: moxq́; non ſatis conſtanti animo ſtruebat aciem, primū ex ſententia Caſsij legiones diſponens raris ordinibus, extendensq́; per campum quàm longiſsimè poterat, quominus circumuenirentur, & equites diſtribuens per cornua. deinde mutato conſilio faciebat laterculum ancipitem, per unumquodq; latus conſtantē ex duodenis

denis cohortibus,appoſitis ad ſingulas turmis equitum ſingulis,ne-
qua pars careret equeſtri auxilio,ſed undiq; pariter muniretur acies.
altero cornu Caſsium præfecit,altero Craſſum filium,ipſe in medio
conſtitit.ſic procedentes peruenerũt ad fluuium Baliſſum,non ma-
gnum nec abundantem,gratum tamen militibus in ęſtu ac ſqualore
laborioſum & ſiticuloſum iter emenſis.ibi maior pars prĘfectorum
cenſebat quieſcendum pernoctandumq́;, ut cognita quantum fieri
poſsit multitudine hoſtium, eorumq́; ordine, mane aduerſum eos
contenderent.ſed cum Craſſus filius & eius equites pugnam poſce-
rent. recepto animo pater iuſsit ut qui uellent in acie cibum potúq;
ſumerẽt. id uix dum omnes recte fecerãt, cum eos cœpit ducere, nõ
lento agmine & interquieſcẽs, ſicut ſolent qui ſe ſeruant prælio,ſed
celeri continuato itinere, donec ex inopinato apparuerunt hoſtes,
nec multi,nec formidandi Romano militi.nam multitudo à tergo la-
tebat,& armorum ſplendorem Surenæ monitu ueſtibus corijsq; te-
xerant. ut uerò iam propiores ſignum pugnæ acceperunt, primùm
ſtrepitus grauis cum horrendo fremitu totis campis inſonuit. nam
Parthi non cornicibus nec tubicinibus pugnam cient, ſed pluribus
ſimul locis in acie pulſant tympana,mugitum quendam beluinum è
concauo ſimilem tonitruo reddentia,gnari auditũ ex omnibus ſen-
ſibus unum maximè turbare animã,& affectus in ea mouere,ac mẽ-
tem excutere. hoc ſtrepitu Romanis attonitis, illi repente proiectis
tegmentis armorum conſpiciebantur micantes caſsidibus ac thora-
cibus è margiano ferro factis inſtar ignis fulgentibus, inſidentes &
equis opertis æreis ferreisq́; laminis. inter quos eminebat Surena,
muliebri uenuſtate nõ reſpondens celebratæ fortitudini, ſed more
Medorum fucatus comatusq́;,cum alij Parthi ad terrorẽ capillitium
in frontem reflectere ſoleant. ac primùm cõcitatis equis conati ſunt
contis primam aciem concuſſam perrumpere: ut uerò animaduerte-
runt denſatos legionis clypeos & uirorum confertorum firmitudi-
nem,retroceſſerunt: & quaſi diſperſi diſſoluerent ordines, circum-
ueniebant laterculum. in eos cum Craſſus leuem armaturam immi-
ſiſſet,non multum hi proceſſerunt, ſed cito multitudine ſagittarum
obruti confixiq́; recipiebant ſe intra ordines legionariorum:atq; ita
perturbationis trepidationisq́; fecerunt initium: dum uis telorũ cõ-
ſpicitur uno tenore armatos inermesq́; perforantium.tum Parthi e-
minus cœperunt ſagittas in eos undiq; conijcere temere. nam à con-
fertis ne ſi uellent quidem aberrare poterant. erant autem uehemen-
tes plagæ ut profectæ à magnis ac ualidis arcubus, uiolẽto flexu tela
excutientibus.itaq; iam inde ualde laborabant Romani. nam ſiue in
ordine

ordine manerent conſauciabantur: ſiue conarentur hoſtem inuadere, nihil proficiebant, & nihilominus percutiebantur. Parthi enim inter refugiendum ſagittas emittebāt, id quod poſt Scythas optime norunt facere, egregio cõmento ſalutem ſimul protegente & tollente à fuga turpitudinẽ. quouſq; igitur ſperabant eos conſumptis ſagittis adſceſſuros aut pugnaturos cominus, durabant. ut uerò cognitũ eſt multos adſtare camelos ſagittis onuſtos, ad quos circũuecti è prima acie pharetras repleãt, nullum finem uidens Craſſus angebatur: & per nuncios filium monuit ut in aduerſos irruat, priuſquam circumueniatur. hunc enim urgebant maximè, obequitando eius cornu ut ſe à tergo oſtenderent. iuuenis igitur aſſumptis M C C C. equitibus, quorum mille à Cæſare acceperat, & proximis clypeatorũ octo cohortibus, in hoſtes fecit impetum. Parthi uerò diſcurſatores, ſiue quia in cœnoſa inciderant, ut nonnulli produnt: ſiue ut hoc ſtratagemate Craſſum quamlongiſsimè à ſuis diſtraherent, uerſis equis fugiebant. ille inclamans terga hoſtem uertere perſequebatur, & cum eo Cẽſorinus Megabacchusq́;: hic animi corporisq́; fortitudine eximius, ille ſenator ac orator, ambo æquales Craſsi & ſodales. hos conſequentibus equitibus, legionarij quoq; promouebant, alacres lætiq; ac meliora ſperantes. putabant enim ſe iam uictos perſequi: donec non longe progreſsi dolum ſenſerunt, reuertentibus qui uidebantur fugere, & cum eis irruentibus alijs pluribus. tum agmen primum conſtitit, rati hoſtem ſe propter paucitatem aggreſſurum cominus. at illi cataphractos oppoſuerunt Romanis: cæteri diſcurrendo & ungulis equorum perturbando campi ſuperficiẽ, funditus cõmouebant arenarum cumulos, tantum concitantes puluerem, ut & uiſum & uocem Romanis adimeret. itaq; conglomerati & incurſantes ſeinuicem, feriebantur & emoriebantur, non facili & celeri morte, ſed cum conuulſionibus & cruciatibus uolutantes ſe præ impatientia ut ſagittas in uulneribus præfringerent: aut extrahere conantes hamata acumina uenas neruosq́; penetrantia, & nouam laceratio nem addentes priori moleſtiæ. quapropter multis intercidentibus etiã ſuperſtites reddebantur inutiles: & hortãti ſe duci ut cataphractos inuaderent, oſtendebant manus affixas clypeis, & pedes ad ſolum perforatos, ut nec pugnare poſſent nec fugere. ipſe igitur cum equitibus in hoſtem impreſsionem fecit ualidam, ſed impar: inferẽs ictus infirmis paruisq; haſtis in thoraces cocto corio ferroq; duratos: excipiens uerò contis in leuiter armata ſeminudaq; Gallorũ corpora. his enim fidebat maximè, & horum ope mira edebat facinora. apprenſis enim contis uiros ab equis deturbabãt, armis grauatos &

ideo parum agiles. multi etiam ſuis relictis aduerſariorũ equos ſuf-
fodiebant. qui præ dolore ſubſultantes excutiebant ſeſſores, & tam
ſuos q̃ hoſtes proculcabant promiſcue, donec & ipſi caderent. ſed
nihil erat Gallis æſtu ſitiq; moleſtius, ad hæc non aſſuetis, & equos
amiſerunt plurimi, quos infeſtis contis induerant. conati ſunt igitur
ad legiones ſe recipere, habẽtes in medio Publium iam multis mul-
ctatum uulneribus. conſpicati autem in propinquo arenas cõgeſtas
in tumuli ſpeciem, ſucceſſerunt eò: & alligatis equis in medio, ſcutis
circumquaque ſe munierunt, rati ſic facilius arceri poſſe barbaros.
euenit autem contrarium. nam in planiciè primi utcunq; poſterio-
res protegunt. hic autem cum propter accliuitatem alij eminerẽt ſu-
per alios, nihil erat in tuto, ſed omnes uulnerabantur pariter, lamen-
tantes ſe inultos & inglorios occumbere. aderant tum Publio duo
Græci Carrenſes ciues, Hieronymus & Nicomachus. hi ſuadebãt ut
cum eis ſe ſubduceret, perfugeretq; Ichnas, oppidum Romanarum
partium. ille negauit ullam eſſe tam grauem mortem cuius metu Pu-
blius ſuos & propter ſe in periculum adductos deſereret: ſimulq; di-
miſit eos comiter, iuſſos ſibimetipſis proſpicere. ipſe quia non pote-
rat uti manu transfixa, armigero latus feriendum præbuit. eodẽ mo-
do & Cenſorinus periſſe dicitur. Megabachus ſeipſe confodit, & no-
biliores cæteri. reliquos Parthi enixi per cliuum contis transfixerũt
repugnantes: uiuos non plures quingentis captos traditur. Publij ſo-
ciorumq; cadaueribus truncatis, hoſtes ad Craſſum reuerſi ſunt: qui
ſe interim ſic geſſerat. poſtquam iuſsit filium in Parthos impetum fa-
cere, & quidam ei nunciauit effuſam fugam hoſtium, ſe quoq; uidit
non urgeri ab eis amplius: nam hac etiam parte diffluxerãt: paulum
recepit fiduciam, & copias in locum accliuem ſubduxit, ſperans fili-
um mox à perſecutione reuerſurum. cæterum nuncij quos ille pri-
mos ad patrem de ſuo periculo monendum miſerat, perierunt inter-
cepti à barbaris. poſteriores ægre elapſi nunciarũt actũ de Publio,
ni ſuccurratur celerrimè. Craſſus autem uarijs diſtrahebatur affecti-
bus, quibus rationem offuſcantibus nequiebat quid agendum eſſet
decernere, nunc de ſumma rerum ſolicitus, nunc filio metuens, in-
certus num ſuccurrere an nõ ſuccurrere debeat. tandem promouit
exercitũ, cum hoſtes procurrerunt ei obuiam, ululatu barbaro hor-
rendoq; præ ſe ferẽtes uictoriam: rurſumq; multa tympana circum-
ſtrepebant Romanos expectantes nouum prælium. illi caput Publij
præfixum haſtæ ferentes oſtentabant è propinquo, per ludibriũ ro-
gitantes quinam iuuenis parentes eſſent quódue genus. nec enim ue-
riſimile uideri, Craſſo patre ignauiſsimo prognatum adeo genero-
ſum

ſum ac fortem filium.id ſpectaculum animos Romanorũ plus quàm ulla alia calamitas fregit & deiecit:nec ad indignationem uindictæq; cupiditatem excitauit ut debuit, ſed horrorem tremoremq; incuſsit omnibus.quamuis in eo caſu Craſsi uirtus eluxit ultra ſolitum,clamitabat enim obequitans ordines: mea priuatim milites hæc eſt calamitas: cæterum patriæ decus & felicitas uobis incolumibus manet infracta inuictaq;.quod ſi mei quoq; uos miſeret orbati filio lõgè præſtantiſsimo,iram in hoſtem effundite.auferte eis hoc gaudium,pœnas de immanitate ſumite.nolite terreri ſiquid aduerſum uel accidit uel imminet ad magna præmia nitẽtibus.nec Lucullus Tigranen incruente debellauit,nec Antiochũ Scipio. maiores uerò noſtri mille naues amiſerunt circa Siciliam: in Italia quoq; multos imperatores ac duces, quorum nemo ſuà clade obſtitit quominus uicti uincerẽt. nõ enim felicitate ſed tolerãtia fortitudineq; in rebus aſperis imperium Romanũ creuit ad tantam potentiã. has uoces Craſſus cum uideret à paucis alacriter accipi,iuſsit eos conclamare:quod maxime militum mœſtitiam arguit,exilem & diſſonum clamorem edentiũ.contra à barbaris clarus & fortis eſt redditus. ubi uerò ad certamen uentum eſt, ſerui clientesq; hoſtium circumequitantes mittebant ſagittas in latera:ipſi contis à fronte urgentes in arctum cogebãt Romanos: niſi quod quidam metu ſagittarum procurrebãt periculoſè ut pugnarent cominus:qui tamen hoſtem parum lædebãt,perimebantur uerò celeriter magnis & letalis uulneribus, dum cuſpidem ferream craſſus contus in corpus ſequitur tanto impetu, ut ſæpe uiros equoſq; transfigeret. atq; ita prælio protracto ad ueſperam diſceſſerunt Parthi,dicentes ſe Craſſo largiri noctem unam ad lugendum filium,niſi malit rebus ſuis melius conſulere, & ire potius quàm ferri ad Arſacem: diuertẽtesq; in propinquum quendam locum erant in magna ſpe uictoriæ. Romanos contra nox occupauit moleſtiſsima, nec ſepulturã cæſorum curantes nec ſuperſtitum uulnera, quorundam etiam animam agentium, ſingulis ſeipſos deplorãtibus. nullus enim apparebat modus effugij, ſiue diem ibidem expectarent, ſiue noctu iter per uaſtos campos arriperẽt: quòd ſaucij ſi aſportarẽtur, fugam remoraturi erant:ſi uero deſererent,clamore diſceſſum prodituri. Craſſum ipſum quamuis putabant cauſam horum omnium, tamen uel uidere uel audire diſiderabãt.at ille ſeorſim obuoluto capite iacebat in tenebris, uulgo exemplum fortunæ præbens,prudentibus autem temeritatis ac cupiditatis, quas ſecutus noluit eſſe contentus loco principe inter tam multa ciuium milia,ſed quia duobus ſolis habebatur poſterior,uiſus eſt ſibi egenus omnium. tunc igitur

Octauius legatus & Caſsius quæſtor excitarunt eum iubētes eſſe for
ti animo. quem ubi uiderūt inuniuerſum deſperaſſe, ipſi de tribuno-
rum centurionumq́; conſilio ſignum profectionis ſine tuba dede-
runt, & cœperunt diſcedere taciti. ut uerò infirmi ſenſere ſe deſeri,
perturbatio uehemēs cum eiulatu clamoreq́; peruaſit exercitū: atq;
inde trepidatum in agmine, quaſi hoſtibus aduentantibus, ut ſæpius
conſiſterent quaſi in aciem. ſaucios uerò qui conſequebantur, alios
colligendo, alios deponendo, remorabantur, exceptis trecētis equi-
tibus, cum quibus Egnatius circa mediam noctem ad Carras perue-
nit. cumq́; latine inclamaſſet cuſtodes mœnium, iuſsit eos dicere Co
ponio præfecto præſidij, magno prælio Craſſum cum Parthis dimi
caſſe. nec aliud quicquam, aut quiſnam ipſe eſſet addidit, ad pontem
properans. & ſeruauit quidem ſuam turmam, ſed male audiuit quòd
imperatorē deſeruiſſet. profuit tamen Craſſo uocem illam excepiſſe
Coponium. colligens enim è tam cōfuſis uerbis & celeritate diſceſ-
ſus nihil boni habuiſſe nuncium, iuſsit mox armari ſuos: & quàpri-
mum ſenſit Craſſum eſſe in itinere, occurrens recolligebat & dedu-
cebat in urbem eius milites. Parthi uerò noctu quidem quamuis ſen
tirent abitum non ſunt perſecuti: ſed mane caſtra inuaſerunt, & reli
ctos in eis iugularunt, non pauciores quatuor milibus. in campis eti-
am multos diſpalatos ipſi equites facile comprehenderunt. quatuor
præterea cohortes, quas eadē nocte Vargunteius legatus ducebat,
cum aberraſſent à uia, circunuentas in quibuſdam faucibus, non in-
ultas conciderunt, exceptis uiginti militibus. hos enim ſtrictis gla-
dijs perrumpentes, admirati audaciam, paſsi ſunt Carras militari gra
du euadere. Surenæ autē falſus rumor allatus eſt, effugiſſe Craſſum
cum optimatibus: Carras uerò confluxiſſe multitudinem promiſcu
am non magni æſtimandorum hominum. ratus igitur nondum im-
poſitam ſummam manum uictoriæ, & cupiens fieri certior, omiſit
oppugnandi aut perſequendi Craſsi conſilia: ſubmiſitq́; unum è ſu-
is bilinguē ad Carrenorum mœnia, iuſſum latine euocare Craſſum
ipſum aut Caſsium, quaſi Surena cum eis colloqui cuperet. hæc ex
illo bilingui audita poſtquam Craſſo amicisq́; renunciata ſunt, pla-
cuerunt. & paulopòſt uenerunt à barbaris Arabes qui Craſſum Caſ-
ſiumq́; bene norant de facie, uerſati in caſtris eorum ante prælium.
hi conſpicati in muro Caſsium, aiebant Surenam pacem ſalutemq́;
Romanis dare, ſi in regis amicitiam recepti decedāt Meſopotamia.
id enim uideri utilius quàm experiri neceſsitatem ultimam. id acci-
piente Caſsio, petenteq́; præfiniri tempus ac locum ad ducum collo
quium, facturos ſe ita polliciti abiuerunt. Surena igitur gaudēs hos
uiros

uiros incluſos teneri,ſequenti die Parthos admouit, conuiciantes & poſtulantes dedi ſibi uinctos Craſſum & Caſsium,ſi pacem Romani uelint cõſequi. qui doiebãt ſe deceptos, & iuſſo Craſſo longinquas illas inanesq; ſpes de Armenijs abijcere, de fuga cogitabant.id conſilium nemini Carrenorum ante tempus aperiendum erat.aperuit tamen Craſſus omniũ perfidiſsimo Andromacho,cui ſe quoq; ut uiæ duci credidit. itaq; omnia conſilia Parthi didicerunt, prodente hoc ſingula. & quoniã noctu pugnare nec ſolitũ eis eſt nec facile, Craſſus autem noctu exiuerat, ne longe à tergo relinquerentur dum ſequuntur fugientes duces, Andromachus nunc per hanc uiam præibat nunc per aliam, tandemq́; deflexit in paludes profundas & loca plena aggeribus, tranſitum difficilem ambagibus redditura ſequenti agmini.& erant qui Andromachum nihil ſani cogitare coniectantes ex tot flexibus ac reflexibus,non ſequebantur:ex quorum numero Caſsius Carras reuerſus eſt.& cum ductores( Arabes erant)urgerent ut pergeret priuſquam luna tranſeat ſcorpium, At ego, inquit, ſagittarium magis metuo:atq; ita in Syriam properauit cum D.equitibus. hi duces fidos nacti peruenerunt ad montana quæ Synaca uocantur,& ante lucem recollegerunt fermè quinq; milia militũ: quibus præfectus erat uir fortis Octauius. Craſſo autẽ dies ſuperuenit ſequenti Andromachum magno labore per paluſtria.habebat is ſecum cohortes ſcutatorum quatuor,& per paucos equites,cũ quinq; lictoribus. cũ quibus labore magno eluctatus difficultates itineris, iam appropinquantibus hoſtibus,in alium tumulum refugit duodecim fermè ſtadijs ab Octauio diſtantem, nõ tam munitum aut equis imperuium,ſed ſubiacentem Synacis,& coniunctum longa ceruice tendente per mediam planiciem.itaq; periculum eius Octauium latere non poterat: qui primus cum paucis accurrit in eius auxilium. deinde reliqui ſeinuicem increpantes ſequebantur, repreſsisq́; hoſtibus à tumulo Craſſum receperunt in medium, ſcutis obiectis iactando nullum telum Parthicum poſſe corpus imperatoris attingere,priuſquam propugnatores omnes ad unum caderent.Itaq; Surena uidens Parthos iam ſegnius ſubire pericula, & ſi fortè nox occupauerit, Romanos iam montana tenentes fore omnino incomprehẽſibiles,dolo Craſſum aggreſſus eſt.dimiſit enim aliquot captiuos, qui barbaros de induſtria confabulantes audierant, regem non abhorrere à pace cum Romanis ſartienda,& amicitiam illorum cupere,exhibiturumq; omnem humanitatem Craſſo, ut per eum conciliaretur.& abſtinebant à pugna barbari. tum Surena cum optimatibus paulatim accedens ad tumulum,arcũ laxauit,& protendit dexte

ram:inuitabatq́; Craſſum ad fœdera,dicens eum inuiti regis exper-
tum uim ac potentiam: nunc uerò ultro clementiam offerri & bene
ficentiam,illo ſalutem ſecuritatemq́; donante abeuntibus. hæc Sure
næ pollicita læti libentesq́; accipiebant alij:ſolus Craſſus nō decipie-
batur, quippe qui nullam tam repentinæ mutationis rationem uide-
bat,& ideo non ſtatim aſſentiens deliberabat amplius.ſed cum mili-
tes magno clamore pacem expeterent non abſtinentes à conuicijs,
quòd ipſos obiectaret uiris, quos ne inermes quidem auderet acce-
dere:primum conatus eſt eos precibus ac rationibus inducere ut du
rarent eius diei reliquum, quandoquidem poſſent per montana &
aſpera noctu iter facere:uiam ſimul oſtendens, & rogans ne propin
quæ ſalutis ſpem abrumperent.ſed cum indignantes & arma concu
tientes minarentur,territus abijt,inter eundum his tantum uerbis ſu
os allocutus:Octaui tuq́; Petroni & quotquot adeſtis Romani prin-
cipes, uidetis me neceſsitate coactum proficiſci, teſtes quàm turpi-
ter uim patiar.Proinde omnibus dicite poſtquam incolumes euaſe-
ritis,Craſſum deceptum ab hoſtibus periſſe,non deditum à ciuibus.
Octauius tamen & cæteri non manſerunt in tumulo, ſed ſimul de-
ſcenderunt.lictores uero ſequi ſe Craſſus non permiſit. deſcenden-
tibus ante omnes occurrerunt duo ſemigræci, qui deſilierunt ab e-
quis & Craſſum adorarunt, ſalutatumq́; Græce rogabant ut aliquos
præmitteret,qui prętentarent Surenam & comites inermes abſq; te
lo uenientes. reſpondit ille, ſi uel minimo teneretur uitæ deſiderio,
ſe non fuiſſe uēturum in manus eorum. miſit tamen Riſcos fratres,
cognituros ad quid & quam multi ueniant:quos mox Surena com-
prehenſos retinuit: ipſe uerò cum optimatibus eques ad eum acce-
debat. &,quid hoc eſt inquit.pedes Romanorum imperator? & nos
uehimur.ſimulq́; iuſsit quendam,ut equū ei adduceret.cumq́; Craſ-
ſus reſpondiſſet,nec ſe peccare nec illum, quando uterq; patrio mo
re iret ad colloquium, Surena dixit iam inde pacem eſſe Orodi regi
cum Romano populo. fœdus autē oportere ſcribi cum uenerint ad
fluuium.ſoletis enim inquit,uos Romani non admodum eſſe pacto
rum memores.ſimulq́; dextram ei porrexit. cumq́; ille equum accer
ſeret, negauit eſſe opus.hunc enim tibi,inquit, rex dono dat.moxq;
admotus eſt ei equus auro frenatus, in quem ſtratores eum impoſue
runt: hærebantq́; lateribus equum incitantes . ibi primus Octauius
arreptum freno retinuit,& poſt illum unus tribunorum Petronius,
deinde reliqui circunſteterunt,equum inhibere uolentes, & eos qui
Craſſum diuerſa ex parte urgebant abſtrahētes. cumq́; ſe mutuo pro
truderent turbarentq́;,uentum eſt ad uerbera, Octauius ſtricto gla-
dio

dio peremit equiſonem cuiuſdam barbari: & cum rurſus alius inflicto à tergo uulnere. Petronius uerò telum quidem non habuit, ſed percuſſus in loricam reſilijt integer. Craſſum Maxarthes Parthus interfecit. quidam occiſum aiunt ab alio: hunc uerò iacentis caput abſcidiſſe cum dextera. uerum iſtæ coniecturæ ſunt potius quàm certi aliquid. nam qui aderant, partim ibi defendētes Craſſum ceciderūt, partim mox refugerunt in tumulum. deinde cum Parthi adequitarent dicētes Craſſum iam pœnas dediſſe, reliquos uerò Surenam iubere deſcendere ſecuros, alij ſe dediderunt, alij noctu diffugerunt, ex quibus admodū pauci euaſerunt incolumes. cæteros Arabes perueſtigando capiebant & iugulabant. fertur cæſa eſſe in uniuerſum XX M. capta uerò X M. militum. Surenas caput dextramq; Craſsi ad Orodem miſit in Armeniam. ipſe uerò ſparſis Seleuciæ rumoribus per nuncios quòd uiuū Craſſum duceret, adornauit pompam quandam ridiculam, quam contumelioſe triumphū uocabat. Caius enim quidam inter captiuos Craſſo ſimillimus, indutus ſtola reginea, doctusq; ut quoties Craſſus & imperator appellaretur exaudiret, ducebatur equo inſidens: ante quem tubicines & lictores quidam camelis uehebantur. appenſæ autē erant crumenæ faſcibus, & ſecuribus recens abſciſſa Romanorum capita. à tergo ſequebantur Seleucienſes meretriculæ, & fidicinæ, iactantes multa ſcurilia ridiculaq; carmina in Craſsi digniorem fœmina quàm uiro molliciem. atq; id fuit publicum ſpectaculum. ſenatu autem Seleucienſi conuocato, protulit impuras fabulas Ariſtidis Mileſij, nihil hic fingens. repertę enim fuerant in ſarcinis Ruſtij: unde Surena amplam materiam nactus eſt illudendi & cauillandi in Romanos, qui ne in bello quidem abſtinere poſsint à talibus uel rebus uel literis. ſanè Seleucienſes mirabātur Aeſopi ſapientiam, cum uiderēt Surenam in antica pera præſeferentem Mileſiaca, in poſticam uerò reieciſſe Parthorum Sybaritica, trahentem poſt ſe carpenta plena pellicibus, in ſpeciem excetræ præpoſteræ, prima facie fera & horrida equis, haſtis & arcubus: extremo uerò agmine deſinente in crotala & cantilenas, pernoctationesq; libidinoſas cum fœminis. Damnandus eſt igitur Ruſtius, ſed nihilominus reprehendendi Parthi dum Mileſiaca uituperant, apud quos multi regnarūt nati è Mileſijs & Ionicis meretricibus Arſacidæ. interea Orodes cum Artabaze in gratiam redierat, eius ſorore deſponſa Pacoro ſuo filio: moxq; ſecuta ſunt conuiuia comeſſationesq;, & multa alia. introducta ſunt & Gręca acroamata. nam Orodes nec linguæ Græcæ rudis erat nec literarum. Artabazes uerò etiam tragœdias ſcribebat & orationes, & hiſtorias, quarum nonnullæ ſeruantur

& hodie. cæterum cum allatum eſſet caput Craſsi ad fores aulæ, poſi tæ erant mẽſæ: tum tragœdus Iaſon Trallianus cecinit ex Euripidis Bacchis carmen de Agaue. cumq; laudaretur, Sillaces ingreſſus uirorũ cœnaculum adorauit, & proiecit caput in medium. quod cum à Parthis cum gaudio clamoreq; ſublatum eſſet, Sillacem miniſtri iubente rege collocarunt in diſcubitorio lectulo. Iaſon uerò Penthei apparatum tradidit uni è choralibus, ipſe correpto Craſsi capite bacchabũdus magno ſpiritu pergebat canere uerſiculos illos: Ferimus ex montis ambitu nuper cæſam uenationem optimam. & hæc omnia cum uoluptate ſpectabantur. cumq; redeuntibus chori uicibus quidam ſaltaret illud: Meus meus hic honor: proſilijt Maxarthes (diſcumbebat enim inter cœnantes) & ad ſe trahebat caput, tanquam ſibi potius quàm illi debitum. rex uerò lætus donauit eum more gentis, & Iaſoni talentum dedit. in tale exodium expeditio Craſsi deſijt, ſicut quædam tragœdia, dedit tamen dignas pœnas & crudelitatis Orodes, & Surena periurij. nam Surenam non multo pòſt rex occidit, inuidens illi tãtam gloriam. Orodi uerò poſt cæſum à Romanis in prælio Pacorum filium laboranti morbo aquæ intercutis Phraates filius aconitum miſcuit. quod cum uis morbi per aluum deieciſſet, adeo ut rex inde haberet ſe melius, Phraates omiſsis ueneficijs uſus compendio præfocauit hominem. profecto deinde Parthorum exercitu in Meſopotamiam, regij duces Labienum appellarũt imperatorem Parthicum, inuaſuri Syriam, aut etiã uſq; Alexandriã illum deducturi. eum ſubnixum Parthicis opibus poſtquam ſubigere totum Aſię tractum qui eſt inter Euphratem & Ioniam, Antonius audijt, accingebat ſe ad bellum Parthicum, ſed reuocatus Fuluiæ ſuæ literis cum lamentis eum accerſentis, reuerſus eſt in Italiam. ubi iunctus amicitia Cæſari & Pompeio tenenti Siciliam, præmiſit rurſum in Aſiam Ventidiũ, ut Parthos non ſineret ulterius procedere. ipſe in amicorum gratiam creatus eſt flamen Diui Cæſaris. alia quoq; negotia publica ſimul tractabant magno animorũ conſenſu. erat tum in Antonij comitatu quidã genethliacus Aegyptius. is ſiue ut Cleopatræ gratificaretur, ſiue quòd res ita ſe haberet, Antonio libere dixit, fortunam eius alioquin ſplendidiſsimam & maximam obſcurari à fortuna Cæſaris: ſuaſitq; ut quàm longiſsime ab eo iuuene ſecederet. nam tuus genius, inquit, huius genium metuit. quod Antonius moleſtè ferens Aegyptio paruit: & rebus ſuis Cæſari commendatis, traiecit in Græciam. quo tempore Athenis hibernanti primi ſucceſſus Ventidij nunciati ſunt: uictos eſſe Parthos prælio, cæſum Labienum, & Phraatem præſtantiſsimũ è regis Orodis ducibus. quam

obrem

obrem epulum Græcis præbuit, & ſuſcepit præfecturam Athenienſis gymnaſij. profecturus autem ad bellum, è ſacra oliua coronam ſibi ſumpſit: & ut oraculo cuidam ſatisfaceret, etiam è Clepſydra fonte repletum ſecum aſportauit uaſculum. interea Pacorum regis filium cum magnis Parthorum copijs irruentē rurſus in Syriam, Ventidius fudit in agro Cyreſtico, ubi ſtrages ingēs eſt edita, & inter primos Pacorus cecidit. hæc uictoria una è clariſsimis cladis ſub Craſſo acceptæ fuit ultio, & Parthos rurſus repreſsit intra Mediā ac Meſopotamiam, tribus deinceps uictos prælijs. quos Ventidius amplius perſequi noluit, inuidiam Antonij ueritus. cæterum ciuitates quæ deſciuerant recipiebat, & Antiochum Comagenum oppugnabat inclusum Samoſatis. quem pollicentem M. talenta, & facturum ſe imperata Antonij, iuſsit ad ipſum legatos mittere: iam enim non longe aberat: ut ab ipſo pacem acciperet, quandoquidem hanc ſaltem illi deberi uolebat, ne uiderentur omnia per unum Ventidium fieri. ſed cum diu duraret oppugnatio, obſeſsis ex deſperatione pacis uerſis ad fortitudinem Antonius CCC. talentis contentus pacem dedit Antiocho, & conſtitutis aliquantum rebus Syrię, Athenas redijt: honoratoq́; ut merebatur Ventidio, ad triumphum eum remiſit. hic ſolus ad hanc diem de Parthis triumphauit, uir obſcuri generis, ad tātam amplitudinem prouectus per amicitiam Antonij: qua uſus egregie, confirmauit opinionem de Antonio Cęſareq́;, illos felicius per legatos quàm per ſeipſos res gerere. nā & Soſius Antonianus dux multa in Syria proſpere geſſerat, & Canidius relictus ab eo circa fines Armeniorum, qui uictis horum & Hiberorum Albanorumq́; regibus proceſsit uſq; Caucaſum, effecitq́; ut inclytum eſſet Antonij nomen apud gentes barbaras. poſtquam autem Phraates Orode patre necato regnum inuaſit, non pauci Parthi profugerunt, quorū unus Moneſes, uir illuſtris ac potens, ad Antonium ſe contulit. cuius fortunam ille cum Themiſtoclis caſu conferens, ſuas uerò opes & magnanimitatem æquiparans Perſarum regibus, tres urbes ei donauit, Lariſſam, Arethuſam, & Hierapolim, Bambycen olim uocatā. Moneſe uerò à ſuo rege fide accepta reuocato, libenter eum remiſit Antonius, ut ſpe pacis Phraatem deciperet. ipſe uerò cupiens capta de Craſſo ſigna recipere, & captiuos ſuperſtites: remiſſa in Aegyptum Cleopatra, per Arabiam profectus eſt in Armeniam. quo & ſuas copias, & auxilia regum conuenire iuſſerat. erant autem multi amici & ſocij, ſed præcipuus Artabazes rex Armeniæ, equitum ſex, peditum uerò ſeptem præbens milia. ibi cum recenſerentur milites, comperta ſunt peditum Romanorum & ſociorum latini nominis LX M. &

ordinari

ordinarius equitatus Hiſpanorũ Gallorumq́; x m. ex alijs uerò gentibus auxiliarium x x x m. connumeratis equitibus & leuis armaturæ milite. hunc tantum apparatum uiresq́; quibus Bactros etiam & his remotiores Indos terruit, unam Cleopatram ferunt reddidiſſe inutilem. eius enim deſiderio bellum aperuiſſe non expectato oportuno tempore, omniaq́; inconſultius egiſſe, mentis non ſatis compotem, & illecebris illius fœminæ captũ in tantum, ut nõ tam de uictoria cogitaret, quàm de reditu celeri. primum enim cum debuiſſet in hibernis Armeniæ quiete reficere ſuum exercitum, attritum octo miliũ ſtadiorum itinere, & priuſquam Parthi è ſuis hibernis mouerent, ineunte uere Mediam inuadere, moras non tulit, ſed ita duxit exercitum ut à ſiniſtra haberet Armeniam: moxq́; ut Atropatenam attigit, regionem eam populatus eſt. deinde cum machinæ urbibus expugnandis paratæ ſequerentur exercitum c c c. plauſtris impoſitæ, & in his aries l x x x. pedum longitudine, quarum nulla ſemel corrupta reparari poterat, propter materiarũ inopiam in eis regionibus nullam arborem proceram aut duram ferentibus, properans reliquit impedimenta huiuſmodi, adhibito ad cuſtodiam plauſtrorum præfecto quodam cum certa manu militum. ipſe uerò Phraata magnam urbem, in qua uxor regis Medorum erat cum liberis, obſedit, ubi ſtatim animaduerſo errato quod in relinquendis machinis admiſerat, aggeribus urbem oppugnare eſt adortus, magno labore idq́; tarde ſurgẽtibus. interea Phraates cum numeroſo exercitu profectus eſt obuiam: qui ut audiuit relicta eſſe plauſtra cum machinis, magnum equitatũ eò miſit. à quo Statianus præfectus oppreſſus eſt cum decem milibus militum. quibus machinis in poteſtatẽ ſuam redactis barbari multos interfecerunt, & in his Polemonem regem. id non immerito Antonianos omnes offendit, in limine belli accepto tanto incommodo. Artabazes autem Armenius deſperãs de Romanis, cum exercitu ſuo diſceſsit, quamuis ipſe præcipua belli cauſa fuiſſet. cæterum cum Parthi obſeſsis ſuccurriſſent egregiè, multaq́; cõtumelioſe minarentur, nolens Antonius quieſcendo de animoſitate ſuorum quicquam deterere, aſſumptis decem legionibus, & tribus prętorijs cohortibus, omniq́; equitatu, frumentatum profectus eſt, ratus fore ut hoſtis ſe inuadat, atq; ita detur cõfligendi occaſio: progreſſusq́; iter diei, ut uidit Parthos ſibi circumfundi conantes reditum intercludere, iuſsit canere ſigna, diſſolutis tentorijs, quaſi non pugnæ ſe parans ſed itineri: atq; ita ducebat præter barbarorum lunatam aciem, iuſsis equitibus, quamprimum eò perueniret agmẽ, ut legiones poſſent hoſtem aggredi, in aduerſos procurrere. Parthi

uerò

uerò mirabantur optime inſtructam Romanorum aciem, ſpectando militem prętereuntemm ſeruatis ordinibus, & tacite pila quatientem. poſtquam autem ſigno dato & clamore ſublato irruerunt equites, reſtiterunt illi nonnihil, quamuis mox ita inſinuarunt ſe Romani ut uſum ſagittarum eis ademerint. tum demum ſuccurrentibus etiam legionarijs cum clamore ac ſcutorum ſtrepitu, & equi Parthorum ſunt perterriti, & ipſi priuſquam ad manus uenirent terga uerterunt. Antonius debellaturum ſe ſperans, aut certe maximam belli partem confecturum eo prælio, uehementer imminebat fugiētibus. ubi uerò pedites per ſtadia L. equites per triplum eius ſpatij perſecuti ſunt, conſideratis cæſis & captiuis hoſtibus, inuenerunt captos triginta, cæſos tantum LXXX. moxq; conciderunt eis animi, reputantibus tam paucos occiſos à uictoribus, in clade autem tam multum hominum perire, quantum circa machinas amiſſum eſt. inſequenti die inſtructi ad Phraatis caſtra proceſſerunt: cumq; in uia primū paucos, deinde plures, mox cunctos reperiſſent, quaſi eſſent inuicti ſe laceſſentes, & aſſultantes undiq;, non ſine labore ac moleſtia caſtra ſua repetierunt. & cum Medi uallum aggreſsi terruiſſent propugnatores, indignatus Antonius decumauit eos qui locum deſeruerant. diuiſos enim in decurias ſortitus eſt ita ut decimum quemq; afficeret ſupplicio. reliquos pro frumēto pauit hordeo, eratq; bellum permoleſtum parti utriq;, & grauiora metuebantur. nam neq; Antonius ſine uulneribus & cædibus ſuorū frumētari iam poterat: & Phraates gnarus Parthos quiduis potius laturos quàm in caſtris & in alieno ſolo hiemem, uerebatur ne ſi Romani perdurarent in armis, deſtitueretur à ſuis, aere mutato propter autumnale æquinoctiū. itaq; dolo tali uſus eſt. Parthorum ut quiſq; notiſsimus erat, ita mitius occurrebat Romanis frumentantibus, permittendo illos nonnulla impune ſumere, laudãdoq; uirtutem ut fortiſsimorū bello hominum, & quos rex ſuus miraretur merito. inde adequitantes propius ac lentius, male loquebantur de Antonio, qui recuſaret pacem cum rege facere, & tot tam egregijs uiris parcere, nullam præbēs occaſionem, ſed cunctando graues hoſtes opperiens, famem & hiemem: idq; in locis per quæ difficile ſit iter futurum etiamſi à Parthis deducerentur. quæ cum ſæpenumero ad Antonium referrētur, iam flexibilior factus, non prius tamen caduceatorem miſit ad Parthum, quàm percontatus illos blandiloquos barbaros, num ex ſui regis ſentētia collocuti ſint cum Romanis militibus. his uerò id aſſeuerātibus & hortantibus ne quid timeat, néue diffidat, miſit quendam amicum, qui ſigna captiuosq; repoſceret, ne uideretur contentus fuga & ſalute.

reſpon

reſponſum eſt, faceret iſta miſſa: pacem uerò & ſecuritatem habiturum ſi diſcedat continuo. itaq; intra paucos dies collectis uaſis abijt & quamuis eſſet in contionibus tum ciuilibus tum militaribus facundiſsimus, tunc tamen præ pudore mœſtitiaq; in contionem non prodijt, ſubmiſſo uice ſua Domitio Aenobarbo, qui milites hortaretur bono eſſe animo. quod quidam indigne tulerunt, contemni ſe putantes. cæterum maior pars intellexerunt cauſam, & eo facilius accommodarunt ſe ad eius ſententiã. cumq; redeundum eſſet per eandem uiam campeſtrem & nudam arboribus, Mardus quidam aſſuetus Parthorum moribus, cuius fidelis opera in pugna circa machinas Romanis probata fuerat, ſuaſit Antonio ut ſecundum dextros montes duceret, néue grauem armis exercitum in locis planis ac patentibus obijceret tam multis equitibus ſagittarijs. id enim captaſſe Phraatem, cum eum comitate uerborum ab oppugnatione abduceret. ſe indicaturum uiam breuiorem, & copioſiorem ad neceſsitates militum. hæc Antonius ad conſiliũ retulit, diſsimulans ſe paci à Parthis datæ parum fidere, ſed laudans uiæ compendium, & per uicos bene cultos tranſitum, fidem à Mardo poſtulabat. at ille uinciẽdum ſe prębebat, donec exercitum in Armenia ſiſteret. atq; ita uinctus ducebat pacate per biduũ. tertia uerò die nihil minus quàm de Parthis cogitante Antonio, & ſecure incedẽte pacis fiducia, cõſpicatus Mardus aggerem fluuij nuper dirutum, & multum aquę diffuſum per uiam qua tranſeundum erat, intellexit à Parthis id factum ad remorandum agmen hac difficultate obiecta. moxq; rem cõmonſtrauit Antonio, & iuſsit intentum eſſe in aduentum hoſtium. ille aciem inſtruens inter ordines ſpacia diſponebat, per quæ iaculatores funditoresq; in hoſtem procurrerent, cum ſe Parthi aperuerunt, quaſi circundaturi & pertubaturi exercitum undiq;. ſed ubi leuis armatura in eos excurrit, acceptis illatisq; multis uulneribus retro ceſſerunt. rurſumq; incubuerunt, donec Galli equites conglobati fecerunt in eos impetum, adeoq; diſiecerunt ut illo die nihil tentarint amplius. inde Antonius doctus quid faciendum eſſet, quadrato agmine iter faciebat, non tergo tantum ſed & lateribus firmatis iaculatorum funditorumq; præſidio, equitibus admonitis ut hoſtem aſſultãtem repellerent, repulſum uerò non perſequerẽtur longius. atq; ita Parthi per quatriduum non maiore illato quàm accepto incõmodo ſegniores facti ſunt, cauſatiq; hiemem cogitarunt de abitu. die quinto unus è ducibus Flauius Gallus, uir fortis & induſtrius, ab Antonio petijt plures uelites ad extremi agminis præſidium, & partem alarium equitum, quaſi egregium aliquod patraturus facinus. quæ poſtq̃ impetra

impetrauit, hoſtes incurſantes retundebat, non ut antea ſubinde ad
legiones ſe recipiens, ſed urgens & confligens audacius. id ubi uide
re præfecti extremo agmini, reuocabant eum ne abrumperetur à cæ
tero exercitu. ille uerò nō paruit. aiunt Titium quæſtorē ſigna reten
taſſe conatum retro uertere, & obiurgaſſe Gallum qui tot fortes ui-
ros perderet. & illo contra iurgante, iubenteq; ut res ſuas ageret, ab
ſceſsiſſe Titium. ibi Gallus in aduerſos ruens à tergo circūuētus eſt.
cumq; undiq; configeretur accerſiuit ſuppetias. tum legionum tri-
buni, & in his Canidius qui plurimum apud Antonium poterat, nō
leuiter peccaſſe uiſi ſunt. cum enim debuiſſent totam aciem obuer-
tere, alios poſt alios ſubmittendo, & his uictis rurſum alios, nō anim
aduerterunt ſe clade ac fuga paulatim totum repleuiſſe exercitum, ni
ſi celeriter ipſe Antonius cum armatis ſuccurriſſet ex prima acie.
moxq; tertia legio per medios fugientes connixa hoſtem cohibuit
ne perſequeretur ulterius. ceciderunt in ea pugna non pauciores tri
bus milibus. relata ſunt in tentoria ſauciorum quinq; M. in his erat
& Gallus quatuor ſagittis transfixus. ſed hic mortuus eſt ex uulneri-
bus. alios circumeundo inuiſebat Antonius, conſolabaturq; ipſe la
crymans ac condolens. illi uerò læti prenſabant eius dexteram, roga
bantq; ut ſeipſum curaret, nec affligaret amplius, imperatorem ap-
pellantes, & ſaluos ſe fore dicētes ſi ille bene ualeat. & profecto nec
robuſtiorem, nec tolerantiorem, nec florentiorem ætate armisq;
exercitum ullus alius imperator habuiſſe uidetur illo ſeculo. quod
uerò attinet ad reuerentiam erga ducem ſuum, & coniunctam cum
obedientia beneuolentiam pariter apud omnes, claros, obſcuros,
præfectos, gregarios, honorem gratiamq; apud Antonium præſe-
rentes incolumitati ſecuritatiq; propriæ, hac ſanè parte ne ueterum
quidem Romanorum ulli ceſsit. & erant complures cauſæ cur ſic af-
ficerent, ut diximus, nobilitas, eloquētia, ſimplicitas, crebra largaq;
munificentia, & in iocis ac colloquijs comitas. quod uerò compatie
batur condolebatq; afflictis, & comunicabat neceſſaria, id ægros ac
ſaucios alacriores reddebat ualētibus. at hoſtes iam laſſos & deſpera
bundos hæc uictoria in tantam erexit contra Romanos ſuperbiam,
ut iuxta caſtra pernoctarint, ſperantes ſe mox direpturos pecunias
publicas & deſerta tētoria. mane uerò multo plures cōgregati ſunt,
ita ut dicantur fuiſſe equites non pauciores XL. milibus, rege ex ſuo
comitatu ſubinde alios atq; alios mittente ut ad manifeſtā certamq;
uictoriam. nam ipſe ſuis in neutra fortuna aderat. cæterum Antoni-
us allocuturus pro contione milites, pullam ueſtem petijt, quo eſſet
miſerabilior. ſed amicis id non permittentibus paludatus in contio-

nem prodijt:ubi & uictores laudauit, & in eos inuectus eſt qui fugę cauſa fu-
rant.quorum alteri iubebant illum eſſe bono animo:alteri cauſa fu-
gæ reddita præbebant ſe uel decimandos uel utcunq; puniendos,
modo triſtari & ægreferre deſineret.tum ille ſublatis ad cælum ma-
nibus uota fecit,ut ſi quod numen parum æquis oculis ſpectaſſet fe-
licitatem eius priſtinam,in ipſius caput auerteret aduerſa omnia, cæ
tero exercitui uictoria ſalusq; contingeret.inſequenti die melius cō
muniti pergebant. Parthi eos inuadentes multum expectatione ſua
fruſtrati ſunt, rati ſe ad rapiendum prædandumq́;, non ad pugnan-
dum uenire. Sed multis telis excepti magna alacritate militū,rurſum
defeſsi ſunt.cumq́; per cliuum quendam deſcendentibus incumbe-
rent,& ſagittis infeſtarent,ſcutati ſe obuerterunt in eos:receptaq́; le
ui armatura in medium, ipſi ſubſiderunt in genu, obiectisq́; ſcutis
alijs ſuper alia fecerunt teſtudinem,theatrali fermè ſpectaculo. eſt au
tem id genus munimēti contra ſagittas firmiſsimum, dilabentes per
lubricum teſtudinis.Parthi exiſtimantes Romanos uiribus defectos
ſubſediſſe,poſitis arcubus & ſumptis contis aggreſsi ſunt eos comi-
nus.tum Romani ſublato clamore proſilierunt uno impetu, & fodi
endo pilis ſternendoq́; primos, uniuerſos in fugā uerterunt. eadem
certamina repetebantur quotidie, & iter interrūpebant. Iamq́; fame
tentabatur exercitus,quod frumentatio impediretur crebris pręlijs,
& inſtrumentum piſtorium deficeret, relictum ex parte maxima.iu-
menta quoq; partim perierāt,partim occupabantur uehendis ægris
& ſaucijs.fertur chœnicem Atticam tritici L.drachmis tum ueniſſe,
& hordeaceos panes repenſos pari argēti pondere. uerſi deinde ad
radices & olera,pauca inueniebant uſitati generis.& cum cogerētur
experiri quæ nunquam guſtauerant,primum inciderunt in herbam
ducētem ad mortem per inſaniam.quiſquis enim hanc in cibo ſum-
pſerat,aliorum negotiorū ignarus & immemor,unum agebat:mo-
uebat & uertebat omnem lapidem, putās ſe rem ualde ſeriam agere.
ita totus campus repletus eſt effodientibus & tranſmouentibus lapi
des.tandem euomendo bilem moriebantur,quando etiam uinum,
quod ſolum erat remedio,defecerat.ita multis pereuntibus, nec Par
this abſcedentibus,tradunt Antonium ſępius exclamaſſe ὦ μύριοι,mi
rantem illos decies mille uiros,qui ductu Xenophontis multo lon-
gius iter à mediterraneis Babyloniæ perfecerūt uſq; ad mare incolu
mes, repulſis obiter multo pluribus hoſtibus. Parthi aūt cū nec per-
turbare abeuntes poſſent nec diſtrahere,ſæpe uicti fugatiq́;,rurſum
pacifice congrediebantur cū pabulatoribus aut frumentatoribus,o-
ſtendentesq́; laxatos neruos arcuū,aiebant ſe retro abire, & hunc fi-
nem

nem infeſtandi facere. pauci Medi ſequebantũ ulterius, per unum di-
em aut alterũ, nemini moleſti, tantũ cuſtodientes uicos remotiores
à uia publica. poſt huiuſmodi ſalutationes & amicos ſermones Ro-
mani receperunt fiduciã: qui ubi ad Antoniũ delati ſunt, cepit appe
tere cãpeſtria, quod ibi aquandi copia maior quàm in montanis di-
ceretur. id facturum adijt in caſtris unus hoſtium nomine Mithrida
tes, patruelis Moneſis illius, qui profugus ab Antonio tres urbes do
no acceperat: petijtq; aliquem qui poſſet ſecũ colloqui aut Syra lin
gua aut Parthica. & cũ acceſsiſſet eum Alexander Antiochenus fami
liaris Antonij, præfatus hæc ſe facere in Moneſis quoq; gratiam, ro-
gauit Alexandrum, uideret ne ante ſe colles altos inter ſe contiguos.
quo reſpondente uidere, ſub illis inquit Parthi cũ omnibus ſuis co-
pijs ſunt in inſidijs. nam patentes hi cãpi uſq; illos colles pertinent:
& expectant uos fallacijs ipſorum credulos, deflexuros iter à monti
bus in campeſtria. ſed altera uia laborem tantum habet & ſitim, qui-
bus iam aſſueuiſtis. qua relicta ſi Antonius ingreſſus fuerit alteram,
ſciat manere ſe qualẽ Craſſus tulit exitũ. hæc locutus abijt. Antonius
auditis his territus, amicos in conſiliũ & ductorẽ Mardum adhibet,
non alienũ ab ea ſententia. ſciebat enim per campos uel abſq; hoſti-
bus uias difficiles tum inuẽtu tum tranſitu. montanam autem uiam
nil aliud moleſtum habere, præter aquarũ inopiam unius diei. quã-
obrem per hãc duxit noctu, iuſſos aquã ſecum deferre. & quia mul-
ti uaſis carebant, portabãt eam in galeis, aut in corijs conſutis. iamq;
agmen promouerat, cum Parthi re per nuncios cognita, noctu præ-
ter morem ſuũ eos perſecuti ſunt. oriente uerò ſole agmen extremũ
carpebant, feſſum labore ac uigilijs. nam ea nocte CCXL. ſtadia per
fecerant, quãuis non expectarent hoſtẽ ſuperuenturũ tam cito, quo
magis eorũ animi deiecti ſunt. & ſitis intendebatur certamine. coge
bantur enim pugnando iter facere. interim primũ agmen incidit in
fluuium, frigidum quidẽ & limpidũ, ſed aquis medicatis ſalſiſq;. hæ
potę mox uentrẽ exulcerabãt cũ dolore, & ſitim accendebant, quod
quamuis Mardus præmonuerat, nihilominus repulſis obſtantibus
bibebant. Antonius aũt inſtans precabatur, durarent pauliſper. aliũ
enim nõ longe abeſſe fluuiũ potabilẽ. deinceps ſupereſſe uiam aſpe-
ram & inuiam equitibus, à qua omnino neceſſe ſit hoſtes recedere.
ſimulq; receptui cecinit, ut ſaltẽ in umbra milites ſe recolligerẽt. cũ
ergo figerent tentoria, Parthis mox ex more diſcedentibus, Mithri-
dates redijt: occurrenteq; Alexandro monuit, ut paulum quiete re-
fecti uniuerſi cõſurgerent, & properè tranſirẽt fluuiũ, quòd is eſſet
Parthis perſequendi terminus. his renunciatis Antonio, Alexander

ab eo protulit aureos calices & phialas, ex his ille quotquot ueſte celare potuit abſtulit. reliquum iter eius diei nemine infeſtante peractum eſt. ſed noctē ſequentem ipſi ſibi reddiderunt grauiſsimā periculoſiſsimāq́;. nam quibus erat aurū argētúmue occidebant̃ ſpoliabanturq́;, & ſarcinæ iumentorū pecunias ferentiū direptæ ſunt, poſtremo ſupellectilem Antonij, pocula menſasq́; pretioſas conciderunt & inter ſe partiti ſunt. itaq; exorto magno tumultu ac trepidatione (putabant enim hoſtes inuaſiſſe ſarcinas & diripere) Antonius accito uno è ſatellitibus ſuo liberto, cui nomen Ramno, coegit eum iurare, confoſſurum ſe illum quàm primum iuſſerit, & caput ablaturum, ut nec uiuus ueniret in poteſtatem hoſtium, nec agnoſceretur mortuus. amicis autem collacrymantibus, Mardus iubebat Antonium bono eſſe animo, quòd ſentiret in propinquo fluuium. aſpirabat enim aura quædam frigidior humidiorq́;, non ingrata attrahentibus faucibus: & adijciebat ſe idem conijcere ex menſura confecti itineris. nam non multum noctis ſupererat. ſimulq́; alij nunciarunt tumultum natum ex ipſorum auaritia mutuisq́; iniurijs. quāobrem uolens turbatam & diſperſam multitudinem componere, caſtrametandi ſignum dedit. & iam diluceſcebat, & exercitus ſedatior incipiebat redire in ſuos ordines, cum extremum agmen ſenſit ſagittas hoſtium, & leuis armatura pugnæ ſignū accepit. ſcutati uerò ſimiliter ut ante conglobati teſtudine ſuſtinebant ſagittas non audentiū congredi. dumq́; ita paulatim gradum promouent, à primis conſpectus eſt fluuius. ibi equitatu hoſtibus oppoſito, ante omnes traijciebat infirmos: & iam pugnantibus quoq; timor ac labor minuebatur. ut enim Parthi uiderunt fluuiū, laxatis neruis iubebant Romanos tranſire bono animo, prolixe laudantes eorū fortitudinem: ita trāſgreſsi per otium, curarunt corpora. deinde pergebant iter facere, non admodum fidentes Parthorum pollicitis. ſexto uerò die poſt pugnam ultimam peruenerūt ad Araxem fluuium, qui Mediam diſterminat ab Armenia. uidebatur autem profundus & uorticoſus: ferebaturq́; rumoribus hoſtem aggreſſurum eos in traiectu. poſtquam autē tuto inſcenderunt ſolum Armeniæ, tanquam tum primum ex alto ad terram appuliſſent, adorabant eam, & in mutuos complexus cum lacrymis ruebant præ gaudio. cumq́; tranſirent per agros felices, poſt longam inopiam explebant ſe affatim, unde hydropicis cœliacisq́; morbis laboratum eſt. hic recenſens ſuos Antonius, comperit deſiderari uiginti milia peditum, equitum quatuor milia, quorum plus quàm dimidium non ferrum ſed morbus abſumpſerat. cōtinuatum eſt autem iter à Phraatis per dies XXVII. quo tēporis ſpatio Parthi

decies

decies & octies pugnando uicti ſunt. ſed inefficaces erant uictoriæ, quia confirmari non poterant in tam paruis ſuſorum fugatorumq́; perſecutionibus. conſtabat autē ab Artabaze Armenio maximè Antonium fruſtratum perfecta uictoria. ſi enim adfuiſſent illa equitum XVI M. inſtructa more Parthorum & cum eis conflictari aſſueta, quæ rex abduxerat è Media, nō potuiſſent toties uicti inſtaurare prę lia, Romanis eos profligantibus, illisq́; profligatos perſequentibus. omnes igitur irritabant Antonium ad pœnas ſumendas de Armenio: at ille multo conſultius, nec proditionem exprobrauit ei, nec de honorificentia comitateq́; ſolita quicquam detraxit, propter debilitatem exercitus & inopiam. poſtea tamen rurſum ingreſſus Armeniam, multis pollicitationibus & inuitationibus perſuaſum ut ad ſe ueniret, comprehendit, & uinctum abduxit in triumphum Alexandriam: quod ægerrimè Romani tulere, urbis ſuæ honores comunicari Aegyptijs in Cleopatræ gratiam. uerum hæc inciderunt in poſteriora tempora. cæterum inter Medorum regem & Parthorum orta eſt diſcordia per occaſionem ſpoliorum de Romanis quęſitorum, quę Medo ſolicitudinem iniecit ne regnum amitteret. quapropter per nuncios uocabat Antonium, omnes opes ſuas in eius belli ſocietatē offerens. ille magna ſpe concepta, quippe qui putabat hoc ſolum ſibi ad Parthos debellandos defuiſſe, ſagittarios & equites, tum ultro ſe adiungentes, parabat nouam expeditionem in Armeniam, ut coniunctis ad Araxem cum Medo copijs bellum inferret. ſed diſtractus Octauiæ Cleopatræq́; negotijs, in æſtatem ſequentem totum diſtulit, quamuis Parthi dicerentur laborare ſeditionibus. poſtea tamen rurſum profectus in Mediam regem aſſumpſit in ſocietatem & amicitiam, & accepta una filiarum eius adhuc admodum puella in coniugem uni ex Cleopatræ filijs quos ex ipſo ſuſceperat, inſtante iam bello ciuili reuerſus eſt.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Mithridaticis Liber.

HOC maxime modo Romani Bithynos et Cappadocas aliasq; finitimas gẽtes quæ pontum Euxinũ accolũt, rege Mithridate poſt XLII. eius belli annos ſublato, adiecerunt ſuo imperio: quo bello etiam Ciliciæ reliquũ, & Syriæ prouincias, Phœniciam, Cœleſyriam, Palæſtinam, Euphratenſemq; mediterraneam, nihil ad Mithridatem attinẽtes, euecti huius uictoriæ impetu ſubiugarunt: & tributa alijs mox, alijs poſtea impoſuerunt. Paphlagoniam quoq;, Gallogræciam, Phrygiam, eiq; conterminam Myſiam, & inſuper Lydiam, Cariam, Ioniam, aliasq; Aſię partes quæ Pergamenæ ditionis fuere, & ueterem Græciam, Macedoniamq;, occupatas à Mithridate cito receperunt: ac multis populis tum primum tributa imperauerũt. quibus de cauſis præcipue uidentur mihi hoc bellum magnifacere, & magnam uocare hanc uictoriam, imperatorẽq; ipſum cuius auſpicijs res geſtæ ſunt, Magnũ cognominare uſq; ad noſtra tempora, propter multitudinem uel receptarum uel de nouo quæſitarum prouinciarum, tum longitudinẽ temporis excedentis annum quadrageſimum, ipſiusq; Mithridatis audaciam & laborum tolerantiam, præpotentis ut apparuit per omnia: cui naues erant proprię pluſquam CCCC. equitum autem interdum LM. peditum CCLM. & machinarum armorumq; quantũ tantæ copiæ poſtulant. auxilia uerò ferebant ei reges & reguli, Armeniorum, & Scytharum, quotquot Pontum Mæotidemq; paludem, & inde porrò uſq; Thracium boſporum mare accolunt. quin & Romanos principes tum maximè tractantes arma ciuilia, & Hiſpaniam ab imperio retrahentes, ſolicitauit per legatos, & cum Gallis iniuit amicitiã, ut & hac parte infeſtaret Italiam. piratis quoq; repleuit maria, à Cilicia uſq; columnas Herculis: qui ſublatis nauigationibus & ciuitatum inter ſe commercijs, grauẽ famem inuexerunt longo tempore. in ſumma, fecit & tentauit quicquid potuit, adeò ut maximus hic motus inuoluerit propemodum omnes populos ab oriente occidentem uſq;, dum aut ipſi bellum gerunt aut mittunt alijs auxilia,

& aut

& aut à Piratis aut à uicinis uel propter uicinos uexantur. tanta fuit in eo bello uarietas, quod tandem maximam acceſsionem rebus Romanis attulit. hoc enim finito protulerunt ab occidente ad Euphratem imperij terminos. nec potui prouinciatim iſta digerere, quādoquidem ſimul geſta ſunt & inter ſe perplexa. quæ uerò ſeparari potuerunt, ſeorſim per partes dicta ſunt. Græci Thraces exiſtimāt, qui cum Rheſo militarunt ad Ilium, duce nocturnis inſidijs per Diomedem ſublato, quēadmodum canit Homerus, ſeceſsiſſe ad os Ponti, qua traiectus eſt in Thraciā breuiſsimus: & partim quòd carerēt nauibus ibi māſiſſe, dixiſſeq́; regionē Bebryciā: partim traieciſſe ſupra Byzantiū, ubi Thraces Bithyni colebāt iuxta Bithyā fluuiū: unde fame pulſos reuertiſſe in Bebryciā, & nomine mutato eam uocaſſe Bithyniam, à fluuio quem reliquerant: duraſſeq́; id nomen hac ratione in poſterum, cum non multum Bithynia differat à Bebrycia, ut nōnulli putant. alij ferunt Bithym primū hic regnaſſe Iouis & Thraces filium, & ab his regiones denominatas. hæc præfari libuit de Bithynia. cæterum de regibus, qui XLIX. deinceps ante Romanos ibi rerum potiti ſunt, hoc maximè modo ſcribendum eſt in Romana hiſtoria. Pruſia cognomine uenator Perſei Macedonum regis ſororē duxerat, & paulopòſt exorto inter hunc & Romanos bello, neutras partes iuuit. capto autem Perſeo ducibus Romanis togatus occurrit, & calceatus more Italico, pileatusq́; raſo capite: quo cultu utuntur qui ex teſtamento libertatem accipiunt: illiberali alioqui facie, & puſilla ſtatura. ad eos accedens, latine dixit, Populi Romani libertus ſum. Riſerunt illi, & Romam miſerūt hominem: qui cum ibi quoq; uiſus eſſet ridiculus, impetrauit ueniam. aliquanto poſt infenſus Attalo regi Pergamenæ Aſiæ, agros eius uaſtauit. quod poſtquam ſenatus Romanus didicit, denunciauit ei, ne Attalo amico ſocioq́; P.R. bellum inferre pergeret. cumq́; ille parere grauaretur, legati rigide mandarunt ei, aut pareret ſenatui, aut ad diſceptandum ueniret cum mille equitibus ad confinia, ubi & Attalum expectare aiebant cum totidem alijs. ille contempta paucitate quæ erat circa Attalum, ſperans eum poſſe à ſe opprimi, præmiſit legatos quaſi ſecuturus cum mille ſuis: ſed concitato uniuerſo exercitu uenit tanquam ad præliū. Attalus & legati præmoniti diffugerūt qua quiſq; poterat, ille etiam iumenta Romanorum relicta comprehendit, & caſtellum Nicephorium expugnatum diruit, templa quoq; incendit in eo. deinde Attalum intra Pergamum compulſum oppugnauit. ob hęc ſenatus miſit legatos alios, qui iuberent Pruſiam Attalo damna illata luere pecunia. tum demum Pruſia territus paruit & receſsit. mulctam uero à le

gatis ſtatutã, ut Attalo uiginti naues tectas mox traderet, & intra certum tempus D. argenti talenta, ita ut iuſſus eſt perſoluit. cumq́; ſubditis exoſus eſſet ob nimiam ſæuitiam, Nicomedes filius ualde ab eis amabatur: & ideo ſuſpectũ pater Romam miſit ut ibi degeret. quem poſtquam cognouit ibi quoq; gratioſum eſſe, mandauit ei ut à ſenatu peteret, remitti ſibi quod ſupererat pecuniæ debitæ Attalo. & addidit ei Menam ut ſimul legatione fungeretur: cui clàm mandatum dedit, ſi impetrauerit remiſsionem pecuniæ, ut amplius Nicomedi parceret: ſin minus, in urbe illum interficeret. & ad hoc cercuros aliquot miſit cum eo, & duo milia militum. is quia nec mulcta remittebatur Pruſiæ, (nam Andronicus ab Attalo ad contradicẽdum miſſus demonſtrauit mulctam minorem eſſe quàm rapinam) & Nicomedem uidebat eſſe in pretio, inops cõſilij, nec occidere eum auſus eſt, nec reuerti in Bithyniam. ita morantem conuenit non inuitum iuuenis: conſpiraruntq́; in Pruſiam aſcito in ſocietatem Andronico legato Attali, ut is regi ſuo perſuaderet Nicomedẽ in Bithyniam deducere. congreſsi igitur in Bernice oppidulo Epiri, noctu conſcenſa naue quid agendum eſſet collocuti ſunt, & diuerſi diſceſſerunt eadem nocte. mane uerò Nicomedes exſcendit nauem purpuratus & diadematus more regio. cui mox Andronicus occurrit, & regem appellatũ deducebat cum D. quos circa ſe habebat militibus. Menã uero ſimulabat ſe tum primum ſenſiſſe Nicomedis præſentiam, & circumcurſans illa duo milia indignabatur. tandem procedente ſermone, è duobus, inquit, regibus alter domi eſt, alter in itinere. uos rebus ueſtris proſpicite in futurum & recte conſulite, quandoquidem ueſtra ſalus nunc agitur: ut ſagaciter applicemus nos ad eum qui futurus eſt potior. ille ſenex eſt, hic iuuenis. Bithyni illum auerſant, hunc optant. Romanorũ optimates iuuenem diligunt. Andronicus iam eius ſatelles promittit ab Attalo auxilium, rege uicino Bithynis & late regnante, & Pruſiæ hoſte uetere. ad hæc memorabat crudelitatem Pruſiæ, detegens eius in omnes patrata facinora, & inde odium publicum. ut uerò & hos milites animaduertit abhorrere ab eius ſceleribus, ſtatim ad Nicomedem adduxit, & ſecundus regem eum appellauit poſt Andronicum, ſtipauitq́; duorũ milium ſatellitio. Attalus uerò prompte excepto iuuene, Pruſiam iuſsit filio ciuitates aliquot ad inhabitandum & agros ad uictum attribuere. reſpondit ille mox ei daturum ſe uniuerſum regnum Attali, in cuius gratiã & ante inuaſiſſet Aſiam. hæc locutus miſit Romam qui accuſarent Nicomedem & Attalum, citarentq́; ambos in iudicium. ſed Attalus cum ſuis mox in Bithyniã profectus eſt, ad quos Bithyni paulatim defecerũt.

Pruſia uerò nemini ſe credens, & ſperans Romanos ſe erepturos ex inſidijs, à Diegylle Thrace ſocero ſuo D. Thracas impetrauit, quib: ſolis cõmiſit corporis ſui cuſtodiam, & in arcem Nicææ ſe incluſit. at Romæ prætor urbanus non ſtatim ad ſenatũ adduxit legatos Pruſiæ, Attalo gratificãs: & poſtquam tandem introduxit, iuſſus à ſenatu legatos eligere qui bellum compeſcerent, elegit tres: quorum unus ſaxo quondam in caput percuſſus fœdas cicatrices præferebat, unus laborabat pedibus, unus uſq; ad ſtultitiam ſimplex habebatur: ita ut Cato in legationem cauillaretur, eam nec mentem habere, nec pedes, nec caput. Legati profecti in Bithyniam, iuſſerũt partes ab armis diſcedere. Nicomede autem & Attalo ſimulantibus ſe autoritati ſenatus cedere, Bithyni ſubornati negabãt ſe poſthac ferre poſſe immanitatem Pruſiæ, maximè poſtquam deprehenſi ſint moleſte ferre eius imperium. ſic legati, quia nondum hæ querelæ ad ſenatum peruenerant, abierũt infecto negotio. Pruſia deſperata ope à Romanis, quibus fretus nulla parauerat auxilia, migrauit Nicomediam, ut hac munita hoſtem inde arceret. ſed oppidani rege prodito portas aperierunt. Nicomedes cum exercitu introgreſſus eſt. Pruſiam religione fani Iouis ſe tutantem confoderunt quidam immiſsi à filio. Sic Nicomedes pro patre cepit regnare in Bithynia: cui deinde mortuo ſucceſsit filius Nicomedes cognomine Philopator, ex S.C. in regno paterno cõfirmatus. ita ſe habent res Bithynię: & ſicui libet plura cognoſcere, nepos huius alius Nicomedes populum Rom. teſtamento hæredem regni reliquit. Cappadociæ quis ante Macedonas præfuerit, non poſſum certo dicere, habuerint ne regnum proprium, an inter prouincias Darij fuerint. Alexander certe uidetur has gentes tributarias reliquiſſe ſub ſuis principibus dum contra Darium properat. apparet enim hunc & Amiſum Athenis oriundam ciuitatẽ ad popularem adminiſtrationem redegiſſe iuxta inſtituta maiorum. Hieronymus prodit, ne attigiſſe quidem eum gentes has, ſed dum peteret Darium, ingreſſum aliam uiam maritimã per Pamphiliam & Ciliciam. Perdica qui poſt Alexandrum Macedonibus præfuit, Ariarathem præfectum Cappadociæ, ſiue propter defectionẽ, ſiue ut regionem hanc Macedonibus acquireret, captum in crucem egit, Eumene Cardiano prouinciæ præpoſito. quo ſublato quando à Macedonibus hoſtis iudicatus eſt, Antipater qui poſt Perdicam ditionis Alexãdri curator fuit, Nicanorem miſit ſatrapam in Cappadociam. cæterũ non multo pòſt ſeditione exorta inter ipſos Macedonas, Antigonus eiecto Laomedonte occupauit Syriam. huic familiaris erat Mithridates, uir regij apud Perſas generis. Antigonus in ſomnis uiſus eſt

ſus eſt ſibi aurum in aruo ſeminare, & id demeſſum Mithridatem in Pontum aſportare. quamobrem comprehenſum uolebat occidere. effugit tamen ille comitatus ſex equitibus: & cõmunito quodam uico in Cappadocia, multis ad eum dum Macedones attẽdunt alia negocia deficiẽtibus, & Cappadociam ipſam, & finitimas gentes ponticas obtinuit. qui primus amicus P.R. appellatus, miſsis contra Pœnos auxiliaribus aliquot nauibus, uocabatur Mithridates Euergetes Ponti rex, Cappadocibus ut alienis etiã tum infeſtiſsimus. cui ſucceſſit eiuſdem nominis filius, duo habens cognomina, Eupator & Dionyſus. hunc Romani iuſſerũt Ariobarzani Cappadocia cedere, qui in fidem populi confugerat, & uidebatur plus iuris habere in Cappadociam: aut fortaſſe ſuſpectam habentes amplitudinẽ regni Mithridatici, maluerunt id diſsimulanter in plures portiones diuidere. tulit tamen id rex: ſed contra Nicomedem Nicomedis filium Pruſiæ nepotem, qui auitum Bithyniæ regnum ex Senatuſconſulto acceperat, fratrem ipſius cum exercitu miſit Socratem Chreſtum cognomine, qui regnum hoc ſibi uſurpauit. per idem tẽpus Mithraas & Bagoas pulſo Ariobarzane quem Romani Cappadociæ regem cõſtituerãt, Ariarathem in id regnum deduxerunt. Romani uero Nicomedem ſimul & Ariobarzanem in ſuum quenq; regnum reſtituerunt, legatione ad hoc miſſa, cuius princeps erat Manius Aquilius, iuſsisq; adiutare, L. Caſsio, qui Aſiam Pergamenam obtinebat cum exercitu exiguo, & hoc ipſo Eupatore. uerùm is propter controuerſum ius Cappadociæ, & ablatam ſibi nuper ab ipſis Romanis Phrygiam, ut in rebus Græcorũ diximus, nihil iuuit. Caſsius & Manius cum Caſsiano milite alijsq; contractis è Gallogræcia Phrygiaq;, reduxerunt Nicomedem in Bithyniã, Ariobarzanem in Cappadociam: moxq; ambobus ſuadebãt ut uicinam Mithridatis ditionem incurſionibus uexando materiam belli quærerent, oſtentantes ſpem auxilij. neuter tamen uicinum tam potentem laceſſere armis auſus eſt, ſed urgentibus legatis, Nicomedes qui magnam pecuniam pro reſtitutione ducibus & ipſis legatis ex pacto debebat, magnam etiam aliâs à Romanis Aſiaticis ad uſuram acceperat, quę tum repetebatur, inuitus in ditionem Mithridatis irrupit & uſq; Amaſtrim urbem populatus eſt, nemine uetante occurrentéue. nam Mithridates quamuis paratas haberet copias, tamen cedebat, ut multas iuſtasq; cauſas belli haberet. ubi uero Nicomedes cum magna præda domum redijt, Pelopidem miſit ad Romanos duces legatosq;, non ignarus ipſos bellum appetere, & incurſionis eius cauſam fuiſſe. diſsimulabat tamẽ captans plures honeſtioresq; futuri belli cauſas, ſuam ac paternam ſocietatem amiciti

amicitiamq; cõmemorans. pro hac, inquit Pelopides, præmij loco
adimitur regi Phrygia & Cappadocia: quarum hæc ſemper maiorũ
ipſius fuerat poſſeſsio, ab huius patre recepta: illam uero in uictoriæ
de Ariſtonico partæ mercedẽ ab imperatore ueſtro accepit, redem-
ptam nihilominus ab ipſo auri magno pondere. nunc uero etiã Ni-
comedem os Ponti ſinitis intercludere, & agros uſq; Amaſtrim po-
pulari, cum ut ſcitis rex ſatis ualidus & paratus ad reſiſtendũ ſit, tan-
tum expectans ut uoſipſi oculati teſtes fieretis horum quæ gerũtur.
ea poſtquam uidiſtis, Mithridates amicus ueſter & ſocius uos ami-
cos & ſocios (ſic enim appellat fœdus) obſecrat, ut opem feratis in-
iurias à Nicomede patiẽtibus, aut ſaltem cohibeatis hominis uiolen-
tiam. ad hæc Nicomedis legati reſponderũt, illum iamdudum à Mi-
thridate appetitum inſidijs, cum Socratem armis in regnum induce
ret, quieturũ alioquin & ceſſurum ætati fratris maioris. hunc, inquit
legationis princeps, Mithridates concitauit aduerſus eum quem ſe-
natus populusq; Romanus conſtituit regem Bithyniæ: unde ſatis ap
paret uobis magis quàm nobis eum intuliſſe iniuriam. pari ratione
cum ueſtrũ edictũ iubeat Aſianos reges abſtinere ab Europa, multa
in Cherſoneſo uſurpauit ſibi. uerum hæc ad uiolentiam hoſtilemq;
erga uos & contumacem animum pertineant. quid apparatus tan-
tus ſibi uult, quaſi ad decretum iam bellum maximum, quid Thra-
cum Scytharumq; & aliarum propinquarum gentium auxilia? cum
Armenio uero etiam affinitas intercedit, & in Aegyptum Syriamq;
mittit qui ſocietates regum ei comparent. naues ſtratas habet ccc.
& alias inſuper ædificat, accitis è Phœnicia & Aegypto proretis ac
gubernatoribus. quæ tam multa profecto non contra Nicomedem,
ſed cõtra uos Romani parat, indignans ex quo Phrygiam à quodam
ueſtro imperatore fraude circunuento mercatus, iuſſus eſt eam re-
linquere tanquam poſſeſsionem non iure queſitam. ægre fert etiam
Cappadociam uos dediſſe Ariobarzani, timens ſimul creſcentem ue
ſtram potentiam, & ex nobis aduerſus uos occaſionem captans, ut
tandem uos ſi poſsit aggrediatur. decet autem ſapientes non expecta
re dum ille ſe hoſtem profiteatur: ſed pluris facta eius quàm uerba fa
cere, nec propter prætextum fictæ amicitiæ ueros firmosq; amicos
prodere, & ſinere impune contemni & irritum fieri ueſtrum de re-
gno iudicium, ab eo qui nobis uobisq; pariter inimicus eſt. poſt hãc
Nicomedis legatorum orationem Pelopides rurſum accedens Ro-
manum conſiſtorium, de ueteribus Nicomedis querelis poſtulauit
ipſos Romanos iudices. cæterũ præſentem ſtatum, inquit, ipſi uide-
tis, ditionẽ Mithridatis minui, mare nõ patere nauigationibus, præ-

das ex

das ex agris abigi. proinde nõ eſt opus diſceptationibus & iudicijs:
ſed rurſum obteſtamur uos Romani principes, aut prohibete iniuri
as, aut opem ferte indigna patiẽti Mithridati: aut deniq; ſinite ipſum
ſe defendere, & non miſcete uos alienis periculis ac laboribus. hæc
inculcantem Pelopidem, quamuis iam ante auxilia Nicomedi decre
uerant, audiebant tamen quaſi diſceptatores: & quia Pelopidæ uer-
ba reuerebantur, & Mithridatis nondum uiolata fœdera, diu hæſita-
runt quidnam reſpondendum eſſet, donec prudenti conſilio ſic re-
ſponderunt. Neq; Mithridatem moleſtari placet à Nicomede, neq;
Nicomedi bellum inferri patiemur. nõ uidetur enim è republica, Ni
comedem detrimentis affici. hęc prolocuti Pelopidam uolentem id
reſponſum ut parum idoneum coarguere, dimiſerunt è conſiſtorio.
Itaq; Mithridates ut aperte læſus à R. P. miſit cum magna manu fili-
um Ariarathem ad occupãdum regnũ Cappadociæ: qui mox Ario-
barzane pulſo ibi regnauit. tũ Pelopidas rurſum aditis Romanis du
cibus ita locutus eſt. Quàm patienter tulerit Mithridates rex adem-
ptam ſibi contra ius Phrygiam & Cappadociam, audiſtis nuper Ro-
mani principes. quas uerò iniurias ei Nicomedes uobis inſpectanti-
bus intulit, contempſiſtis, nobis amicitiam ſocietatemq́; ueſtram ap
pellantibus. quaſi non accuſatoribus, ſed accuſatis, reſpondiſtis, nõ
uideri è rep. ueſtra Nicomedem detrimentis affici, ac ſi ab aliquo af-
ficeretur ille iniuria. uos igitur in cauſa eſtis, quòd contra ueſtram
remp. quædam geſta ſunt in Cappadocia. nam propter ueſtram in re
bus noſtris negligentiam, ueſtrasq́; in reſponſis ludificationes, ita ſe
geſsit Mithridates. & nunc legatos queſtum de uobis ad ſenatum ue
ſtrum mittit, uobisq́; denunciat ut ibi ad cauſam dicendam adſitis:
néue quicquam incipiatis abſq; comuni S.P.Q.R. decreto, cogitan-
tes huius belli magnitudinem, quòd Mithridates paternũ regnum
habeat XX M. ſtadiũm patens in longitudinem, multasq́; circumui-
cinas gentes acquiſiuerit, & inter eas Colchos gentem bellicoſam,
Græcos quoq; qui Pontum accolunt, & his cõtiguos barbaros. ami
cos etiam paratos habet ad exequẽda iuſſa omnia, Scythas, Tauros,
Baſternas, Thracas, Sarmatas, deniq; omnes qui Tanaim & Iſtrum
paludemq́; Mæotidem accolunt. præterea Tigranes Armenius ge-
ner eius eſt, Arſaces Parthus amicus. nauium quoq; multitudinem
habet uel paratarum uel ſemiperfectarum, & apparatum idoneum
ad omnia. nec mentiti ſunt nuper Bithyni de Aegypti & Syriæ regi-
bus: quos ueriſimile eſt nõ ſolos noſtras ſi bellum exoriatur partes
ſecuturos, ſed cum his & nouas prouincias ueſtras, Aſiam, Græciã,
Africam, ipſosq́; magna ex parte Italos, qui non ferentes ueſtras im-
potentes

potentes cupiditates,nunc rebellant. quod bellum cum nondum ſe
dare potueritis, impugnatis Mithridatem, committentes eum nunc
cum Nicomede nunc cum Ariobarzane. & amicos quidem ac ſoci-
os uos profitemini ſimulatisq́;,ſed reuera habetis nos pro hoſtibus.
agite igitur uel nũc,ſi præterita diſplicent,cohibete Nicomedem ne
amicos ueſtros iniurijs afficiat.quod ſi feceritis,polliceor regis Mi-
thridatis nomine auxilia contra rebelles ſocios Italos.aut abrumpite
iſtam ſpetioſam ſed inanem amicitiam, aut eamus Romam in iudici-
um.hæc fuit Pelopidæ oratio,quæ quoniam uiſa eſt inſolentior,iuſ-
ſerunt Mithridatem abſtinere à Nicomede et Cappadocia:ſibi enim
curæ fore ut mox in eam reſtituatur Ariobarzanes. Pelopidam autẽ
ſtatim caſtris excedere, & niſi rex iuſſa faciat,non redire amplius.cũ
hoc reſponſo dimiſſus eſt nõ ſine cuſtodia,ne quem obiter corrum
peret. moxq́; non expectata de tanto bello ſenatus aut populi ſenten
tia,colligebatur exercitus è Bithynia,Cappadocia,Paphlagonia,Gal
logræcia.ut uerò & proprius L. Caſsij exercitus cum quo Aſiam ob
tinebat, ſatis iuſtructus eſt, & auxilia conuenere omnia, diuiſis co-
pijs,Caſsius caſtrametatus eſt in confinio Bithyniæ Gallogręciæq́;,
Manius qua tranſitus patebat Mithridati in Bithyniam, tertius dux
Q.Oppius in finibus Cappadociæ, cum quadragenis peditum equi
tumq́; milibus.habebant & claſſem,cui Minucius Rufus & C. Popi-
lius præerant, ad oris ponti cuſtodiã. iuuabat eos & Nicomedes cũ
peditum L.equitum VI.milibus. hæc fuit ſumma copiarum.Mithri-
dates in exercitu proprio habebat CCLM.peditum, XLM.equitum,
CCC.naues tectas,centum dicrota, & alium apparatum pro ratione
tam numeroſæ militiæ. præerant autem his copijs Neoptolemus &
Archelaus duo fratres,& ipſe rex per ſe adminiſtrabat plurima.inter
auxilia uerò Arcathias ipſius filius adduxerat ex Armenia minore x
milia equitum, Dorylaus Phalangitis præerat,Craterus centumtri-
ginta falcatis curribus. Tantus fuit utrinq; apparatus, cum primum
mouerunt contra ſe inuicem Romani & Mithridates circa ſeptuage
ſimam ſupra centeſimam olympiadem. ut uerò ad Amnium fluuiũ
in latis campis conſpexerunt ſe Nicomedes & duces Mithridatis,in-
ſtruxerunt acies,Nicomedes omnes ſuos, Neoptolemus & Archela
us expeditos tãtum,& equites Arcathię,& currus aliquot.nam pha-
lanx adhuc erat in itinere. eminebat campis ſaxoſus tumulus, quem
paucis eò miſsis occuparant,ne circumuenirentur à Bithynis nume
ro longe ſuperantibus. ex quo ſuos depulſos uidens Neoptolemus,
tanto magis circumuentionem metuens,feſtinus ſuccurrit, accito ſi
mul Arcathia.id animaduertens Nicomedes occurrit, moxq́; cruen

 tum

tum certamen cõmiſſum eſt,tandem Bithynus cõnixus hoſtes propulſos fugabat, donec Archelaus à dextro cornu tranſcurrens perſecutores inuaſit. quibus mox in eum conuerſis cedebat paulatim, ut Neoptolemus cum ſuis poſſet ſe è fuga recipere.quod ubi factum cogitauit, in pugnam reuertit. tum uero immiſsi in Bithynos falcati currus magno impetu, alios in duas alios in plures partes lacerabãt: quod maximè illos terruit, dum uident dimidiatos uiros ſpirãtes adhuc,aut in multa fruſtra diſcerptos, aut artus pendentes à curribus, ut fœditate magis ſpectaculi quàm pugna uicti turbarint præmetu ordines. turbatos Archelaus à fronte, Neoptolemus & Arcathias è fuga reuerſi à tergo aggreſsi ſunt.illi in utroſq; obuerſi diu repugnauerunt,tandem poſt magnam ſuorum ſtragem Nicomedes fugit cũ reliquis in Paphlagoniam, cum phalanx Mithridatis ne interfuerit quidem huic prælio. uenerunt & caſtra in poteſtatem uictoris cum pecunijs & captiuorum magno numero, quos omnes Mithridates benigne tractatos dimiſit domum cum uiatico,ut apud hoſtes pararet ſibi opinionem clementiæ. id primum huius belli facinus duces Romanos terruit, quòd temere magis quàm conſulte ſine decreto publico tantum bellum accẽdiſſent.pauci enim plures ſuperauerãt, non adiuti opportunitate locorum aut aliquo errato hoſtiũ, ſed uirtute ducum & fortitudine militum.tum Nicomedes prope Manium caſtra admouit.Mithridates Scorobam montem aſcendit, qui eſt Bithynorum & Ponticorum confinium.huius antecurſores c.equites Sarmatæ cum forte offendiſſent D C C C. Nicomedis equites, occiderunt ex eis aliquot. hos Mithridates remiſit in patriam cum uiatico. Manium retrocedentem Neoptolemus & Nemanes Armenius circa primum Pachium uicum aſſecuti hora ſeptima,cum abiſſet Nicomedes ad Caſsium, coegerunt pugnare, ducẽtem equitum quatuor milia,peditum uerò decuplum. cæſisq; decem milibus,trecentos uiuos ceperunt, quos ſimiliter Mithridates ad ſe adductos dimiſit, captans fauorem hoſtium.Manius caſtra quoq; amiſit, ipſe fugiens ad Sangarium fluuium,noctu eum traiecit, & euaſit in Pergamũ. Caſsius Nicomedesq; & cæteri quotquot legati Romani aderant, mouerunt caſtra in Leontocephalen, quod eſt Phrygiæ caſtellum munitiſsimum,ubi nouiciam tironum multitudinem collectam ex opificibus, aut agricolis aut plebe infima,in armis exercebant, & nouos ex Phrygibus delectus faciebãt,ſed cum utriq; pigri eſſent ad officium, noluerunt amplius facere negotium uiris imbellibus: dimiſsisq; omnibus receſſerunt:Caſsius Apameam cũ ſuis copijs,Nicomedes Pergamum,Manius uerſus Rodum.quæ ubi audierũt oris Ponti cuſto-

des

des diſperſi ſunt, clauſtris Ponti & Nicomedis nauibus Mithridati traditis. ille uno impetu potitus tota Nicomedis ditiõe, obibat eam ciuitates cõſtituens & ordinans. ingreſſus deinde Phrygiam uſus eſt Alexandri diuerſorio, fauſtum omen putans ſi ubi Alexander interquieuit, pernoctaret Mithridates. atq; ita & Phrygiæ reliqua, & Myſiam Aſiamq;, Romanorũ prouincias recentes percurrebat. miſsis etiam circumquaq; ſuis ducibus, ſubegit Lyciam & Pamphyliam aliaq; uſq; Ioniam. Laodicenſes autem Lyci accolas adhuc reſiſtẽtes, ad quos Q. Oppius cũ equitibus & mercenario milite ſe receperat, per præconem ad mœnia miſſum inuitauit his uerbis, Mithritatem regem promittere Laodicenſibus ſecuritatem, ſi Oppium ei dedidérint. qui audito præcone mercenarios dimiſerunt incolumes. ipſum Oppium adduxerunt ad Mithridatem, præcedentibus lictoribus in ludibrium. eum Mithridates illæſum & ſolutum ſecum circumducebat, oſtentãs captiuum ducem Romanum. nec multo pòſt Manium Aquilium, legationis huius & belli autorem præcipuũ, captum uinctumq; in aſino circumuehebat, coactum ſuapte uoce apud ſpectatores proclamare ſe eſſe Manium, donec Pergami aurum liquatum in os eius infudit, corruptelas largitionũ exprobrans Romano nomini. ordinatis deinde ſatrapis adiuit Magneſiam, Epheſum, & Mitylenem, hilariter exceptus ab omnibus, Epheſijs etiam Romanorum effigies apud ſe poſitas tollẽtibus, quã ob rem non multo poſt pœnas dederunt. ex Ionia reuertẽs cepit Stratoniceam, mulctauitq; pecunia, & impoſuit ei præſidium. ubi conſpicatus formoſam uirginem, recepit in ſuum gynæceum, Monimam Philopœmenis filiam, ſi quem iuuat & nomẽ eius cognoſcere. cum Magnetibus autem & Paphlagonibus Lycijsq; propter præſidia reſiſtentibus bellum continuabat. Dum hæc Mithridates gerit, Romani audita prima eius irruptione in Aſiam, expeditionem cõtra eum decreuerunt, quamuis occupati domeſticis ſeditionibus, & bello ſociali perdifficili, Italis ferè omnibus alijs poſt alios deficientibus. cumq; prouincias ſortirentur cõſules, Aſia Cornelio Syllæ obuenit, ſimulq; bellum Mithridaticum. & cum deeſſet pecunia, S.C. factum eſt, ut uẽderetur quicquid Numa Pompilius ſolẽnibus deorum ſacris dicauerat. tanta fuit in ſumma egeſtate honoris publici ratio. & erant iam quędam huius generis diuendita, unde nouem milia librarum auri cõfecerant, nec plus in tantum bellum inſumpſerunt. Cæterum Sylla diu ſeditionibus retentus eſt, ut in ciuilibus bellis diximus. quo tempore Mithridates & contra Rodios plures naues fabricauit, & ſatrapis omnibus ciuitatũq; magiſtratibus ſcripſit ſecretas literas, ut uniuerſi ad eandem

dem diem trigeſimam inuaderent armis Romanos Italosq́; hoſpites cum uxoribus, liberis, cæterisq́; ingenuis domeſticis Italici generis, & occiſos inſepultos abijcerent, & bona eorum partim regi partim percuſſoribus cederent. per pręconē etiā interminatus eſt mulctam cæſos ſepelientibus, aut uiuos celantibus, præmio propoſito his qui latitantes tollerent, pollicitus ſeruo libertatem ſi herum occideret, debitori uerò creditorē necanti dimidium debitę pecuniæ. his clàm ad omnes ſimul ſcriptis ubi ſtatuta dies uenit, uarię calamitatum ſpecies erant per Aſiam, quarū aliquot indicabo. Epheſij è Dianæ templo ab ipſarum ſtatuarum complexu diſtractos interficiebant. Pergameni eos qui in ædem Aeſculapij confugerant, cum nollent abſcedere, ſtatuis hærentes ſagittis cōfigebant. Adramytteni abnatare conatos in mare perſequendo necabant, ſimulq́; infantes eorum ſubmergebant. Caunij Antiocho deuicto attributi Rodijs, & paulo ante ſenatu Romano autore iuri ſuo redditi, Italos qui ad ſacratam eius ciuitatis curiam confugerant ab ipſis aris protraxerunt: cæſisq́; prius in cōſpectu matrum infantibus, ipſas deinde, & poſtremo earum maritos interemerunt. Tralliani ne hoſpitum cæde manus contaminarent, Theophilum Paphlagonem uirum trucem ad hoc mercede conduxerunt. qui in ædē Concordiæ concluſos tam immaniter contrucidauit, ut ſtatuas complectētibus manus amputaret. tanto infortunio tunc per Aſiam Romani Italiq́; opprimebantur, uiri pariter & infantes & fœminæ, imò etiam liberti ſeruiq́; quotquot erant Italici ſanguinis. unde ſatis apparuit, nō metu Mithridatis, ſed odio Romanorum, Aſianos prouectos ad tam immania facinora. uerum hi pœnam luerunt duplicem, primum ab ipſo Mithridate ſuperbe habiti & perfide, mox à Cornelio Sylla. rex deinde in Coum traiecit: ubi exceptus à libentibus, Alexandri qui in Aegypto regnarat filium, cum multis pecunijs in Coo relictum à Cleopatra auia, aſſumpſit educauitq́; regie: & è theſauris Cleopatræ magnas diuitias, artificū opera egregia, gemmas, mundum muliebrem, magnamq́; uim pecuniæ miſit in Pontum. Interea Rodij mœnia portusq́; munierunt, & inſtruxerunt machinis, adiuuantibus nōnullis Telmiſſenſibus & Lycijs, & quotquot Itali euaſerant ex Aſia, Rodi habebant receptaculum, in hisq́; L. Caſsius proconſul Aſiæ: aduentante autem cum claſſe Mithridate, ſuburbia diruerūt, ne hoſtibus eſſent uſui. naues quoq; ad pugnā inſtruxerunt, alias à fronte, alias à lateribus. Mithridates quinquereme circum ſuos uolitans, iuſsit naues ordine longo extendi in cornua, ut remigio concitatæ hoſticas circumuenirēt pauciores numero. id ueriti Rodij paulatim cedebāt: deinde uerſis proris in portum

tum

tum cōfugerunt: quo firmato repagulis, à mœnibus propugnando regem arcebant. ille caſtrametatus in proximo, & ſępe portum expugnare fruſtra aggreſſus, expectabat terreſtres copias ex Aſia. interim continuæ fiebant uelitatiunculæ, in quibus ſuperiores Rodij paulatim reſumebant animos, naues in promptu habentes, & inuaſuri hoſtem ſi ſe daret occaſio. & cum præterueheret̃ uelis oneraria regia, prouecta eſt contra eam Rodia dicrotos. deinde pluribus utrinque ſuccurrentibus propere, ortum eſt acre prælium, Mithridate prægrauante propter iram & multitudinē nauium, Rodijs uerò arte naues eius circumuenientibus & ſubuertentibus, ita ut triremem cum ſocijs naualibus à puppi reuinctā, multaq; armamenta & ſpolia in portum reportauerint. cumq; deſiderarent quinqueremem ignari captam ab hoſtibus, ad eam quærendam emiſerūt in altum ſex alias omnium celerrimas, cum præfecto claſsis Damagora. contra quas cū Mithridates x x v. miſiſſet, Damagoras cedebat uſq; ad ſolis obitum. deinde tenebreſcente iam cælo regias retro ſe uertentes adortus, duas ex eis demerſit, duas item alias in Lyciam cōpulit, & nocte in alto exacta reuerſus eſt. hic euentus fuit naualis prælij, tam inſperatus Rodijs propter paucitatem nauium, quàm Mithridati propter multitudinem. in certamine autem nauem regis ſuos hortantis Chia ſocia per tumultum impacta concuſsit: quod ille nō diſsimulans poſtea gubernatorem & proretam affecit ſupplicio, Chijs iratus omnibus. per eoſdem dies terreſtres copias ad Mitrhidatem nauigātes in onerarijs & triremibus turbo repentinus ad Rodum tranſuerſus appulit: contra quas educta claſſe Rodij, turbatas adhuc tempeſtate diſperſasq; aggreſsi partim ceperunt, partim perforarunt incenderuntq;, & c c c c. uiros captiuos abduxerūt. quamobrē Mithridates rurſum & ad naualem pugnam, & ad urbis oppugnationem ſeſe parabat. ſambucam etiam, machinam quandam maximam duabus nauibus impoſitam fabricabat. edoctus autem à trāsfugis, cliuum eſſe aſcenſu facilem, qua Iouis Tabyrij fanum muro cingebatur humili, partem militum in naues noctu impoſuit, reliquis ſcalas diſtribuit, iuſsitq; utroſq; ſilentes ire, donec aliquis igne ſignum daret è Tabyrio. tum uerò conclamare quam maximè, & alteros portum, alteros murum inuadere. & illi quidem, propinquabant cum maximo ſilentio: cuſtodes autem Rodij re cognita ignem extulerunt. tum milites Mithridatis rati hunc eſſe illum ignem è Tabyrio, repente è profundo ſilentio ediderunt ingentem iubilum, ſimul & ſcaligeri & nauales ſocij. quibus cum parem clamorem urbani reddidiſſent intrepide, & cōcurriſſent in mœnia, regij nocte hac nil tentauerunt, inter-

diu uerò à mœnibus reiecti ſunt. ſed maximè ſambuca terruit admo ta mœnibus ad fanum Iſidis, quæ tela multa ſimul, & arietes, & iacu la immittebat. milites quoq; multi è nauibus huc accurrebãt cum ſca lis, quaſi aſcenſuri mœnia. Rodij tamen hæc etiam conſtanter pertu lerunt, donec machina ſubſedit præ pondere, & ſpectrum Iſidis ui ſum eſt magnam uim ignis in eam iaculari, & Mithridates poſt hunc ultimum conatum expugnationem deſperans mouit à Rodo. obſeſ ſis deinde Pataris, cædebat Latonæ lucum ad machinas, donec mina ci ſomnio iuſſus eſt abſtinere à ſacris arboribus: relictoq; ad bellum in Lycia continuandum Pelopida, Archelaum miſit in Græciam, ut ſuadendo cogendoq; quotquot poſſet ciuitates ad partes ſuas addu ceret. ipſe poſthac pleraſq; curas committens ſuis ducibus, delectus habebat militum & arma fabricabat, & oblectabat ſe cum Stratoni cenſi muliere, & pro tribunali cognoſcebat cauſas eorum qui dice rentur inſidiati eius ſaluti, aut res nouas moliti, aut quomodocunq; in Romanos procliues. quibus negocijs dum occupatur, in Græcia hæc geſta ſunt. Archelaus profectus cum claſſe & cibarijs, Delum quæ ab Athenienſibus defecerat, & alia caſtella, expugnauit: cæſiſq; in eis uiginti milibus hominũ, quorum pleriq; fuerant Itali, ea caſtel la Athenienſibus attribuit: atq; his alijsq; modis iactans & extollens res Mithridatis, eum populum amicum ſociumq; regi reddidit: pe cuniam quoq; ſacram è Delo eis miſit per Ariſtionem Atheniẽſem, miſsis ſimul ad cuſtodiam pecuniæ duobus milibus militũ. quorum opera uſus Ariſtion tyrãnum egit in patria, ciuibus alijs occiſis pro pter factionem Romanam, alijs Mithridati traditis, quamuis profite retur ſe Epicureum philoſophum. ſed non hic ſolus Athenis, nec ante hunc Critias cum ſuæ philoſophiæ ſocijs exercuerunt tyranni dem: uerum etiam in Italia Pythagorę ſectatores, & in reliqua Græ cia qui Septem ſapientes dicuntur, quotquot tractarunt remp. ſæui ùs quàm idiotæ abuſi ſunt tyrannidis potentia. unde & de cæteris philoſophis merito ſuſpectis dubitatum eſt, uirtutis ne ſtudio, an in paupertatis otijq; ſolatium, ſectarẽtur ſapientiam: quando hodieq; multi priuatam ac inopem uitam degentes, & huic neceſsitati præte xentes ſapientiam, in diuites ac magiſtratus amarulentis cõuicijs de bacchentur, non tam cõtemptu diuitiarum honorumq; ut uidetur, quàm quòd hæc alijs inuideant. ſed multo ſapiẽtiores ſunt, qui con temnunt ipſorum conuicia. hæc in Ariſtionem dicta ſint, qui nos in hanc digreſsiunculam induxit. cæterum Archelaus etiam Achæos, Lacedæmonios, Bœotosq; omnes ſibi adiunxit, exceptis Theſpienſi bus, quos obſidione cinctos oppugnabat. eodẽ tempore Metropha nes

nes ſubmiſſus à Mithridate cum alia manu militum, Eubœam & a-
gros Demetriadis Magneſiæq́;, quæ ciuitates à factione regia abhor
rebant, populabatur. quē Bryttius aggreſſus è Macedonia cum exi-
guis copijs nauali pugna certauit, demerſaq́; una naue magna & u-
na hemiolia, omnes ſocios nauales qui in eis fuerant, occidit inſpe-
ctante Metrophane. ille territus fugit, & quia ſecundo uento naui-
gantē Bryttius aſſequi non poterat, Sciathum expugnauit, quæ præ-
donum barbarorum erat receptaculum: quos in poteſtatē redactos
ſeruos in crucem egit, liberos mulctauit abſciſis manibus. inde Bœo
tiam petijt, auctusq́; alijs mille partim equitibus partim peditibus è
Macedonia profectis, circa Chæroneam cum Ariſtione & Arche-
lao per continuum triduum dubio marte conflictatus eſt. ſed poſt q̃
ad hoſtes ſuperuenerunt Lacedæmoniorum & Achæorum auxilia,
ratus ſe iam imparem, caſtra mouit ad Piræum, quem & ipſum poſt
Archelaus claſſe occupauit. at Sylla cui Mithridaticum bellum ſe-
natus demandauerat, tunc primum ex Italia cum quinq; legionibus
& cohortibus aliſq́; aliquot tranſuectus in Græciam, mox pecunias
& auxilia commeatusq́; accerſiuit ex Aetolia & Theſſalia. ubi uerò
ſatis paratus uiſus eſt, contra Archelaum trāſiuit in Atticam. in quo
itinere defecit ad eum pene tota Bœotia, & magnæ illæ Thebæ, quæ
prius magna leuitate animi Romanis Mithridatem prætulerāt: tunc
uerò antequam uirium periculum facerent, rurſum ad Syllam de-
ſciſcebant ab Archelao. dux Romanus poſtquā attigit Atticam, miſ-
ſa parte copiarum ad oppugnandum in urbe Ariſtionem, ipſe recta
Piræum petijt, ubi Archelaus intra muros ſe receperat: quorum alti
tudo erat fermè quadraginta cubitorum, opus Periclis ſaxo quadra-
to extructū bello Peloponneſiaco, quando tota ſpe uictoriæ in hoc
portu collocata, munitiſsimū eū reddidit. Sylla nihil deterritus alti-
tudine, ſtatim ſcalas adhibuit: & illatis acceptisq́; multis uulneribus,
regijs fortiter propugnantibus, tandem feſſus retroceſsit ad Eleuſi
nem & Megara: ubi machinas compingebat ut Pirēum oppugnaret
aggeribus. ad hoc opus artifices & omnis apparatus, ferrū, catapul-
tæ, cæteraq́; huiuſmodi Thebis petebantur: materia cędebatur in A-
cademia ad ingentes machinas, & illi longi muri quibus hic portus
urbi iungebatur, exemptis trabibus & lapidibus uertebātur in agge-
res. erant duo ſerui Athenienſes in Piræo, qui ſiue factioni Romanę
dediti, ſiue ſuę ſaluti ſi quid ſecus accideret proſpicientes, glandibus
plumbeis inſcribebant quæ intus fierent, quas fundis ad Romanos
emittebant. id cum continue facerent, Sylla rem cognitam diligenti-
us obſeruans inuenit ſcriptū, craſtina die pedites erupturos à fronte

in operarios, equites per latera inuaſuros Romanum exercitũ. itaq;
abdita idonea manu militum, procurrentes è portis improuiſos ut
putabant, ipſe magis improuiſus adortus multos occidit, reliquos in
mare cõpulit. & hic quidem conatus talem exitum habuit. cæterum
cum aggeres in altum ſurgerent, Archelaus turres ex aduerſo excita
bat, inſtructas miſsilibus: accitisq; copijs è Chalcide & alijs inſulis,
etiam remiges armabat, quaſi de ſumma rerũ periclitans. atq; ita iam
ante numero ſuperans, etiam acceſsione hac auctus eſt. inſequẽti no
cte poſt ſecundam uigiliam cum facibus erumpens incendit alteram
teſtudinum unà cum ſuis machinis. Sylla uerò intra decimum diem
parauit alias, & in priorũ locũ ſubſtituit: quibus Archelaus turrim
in ea muri parte oppoſuit. cũq; appuliſſet eò Dromichetes à Mithri
date miſſus cum nouis ſupplementis, uniuerſas copias produxit in
aciem: quibus funditores intermiſcuit & ſagittarios, atq; ita proximè
muros conſtitit, ut etiam mœniorum cuſtodes hoſtem poſſent telis
eminus attingere. circa portas alij cum facibus ſignũ erumpendi ex-
pectabant. ibi diu marte dubio certatũ eſt, nunc his nunc illis ceden-
tibus. primum barbari fugerunt, ſed mox ab Archelao coacti ſunt ſi
ſtere gradum & reuerti in prælium. quod maxime Romanos terruit,
ut & ipſi fugerent, donec Murena occurrẽs uertit eos in hoſtem de-
nuo. alia quoq; manus à lignatione reuertẽs, & cum his notati igno-
minia, cum uiderẽt feruere certamen, magno impetu inuaſerunt Mi
thridatis aciem, donec cæſis fermè duobus milibus, reliqui cõpulſi
ſunt intra mœnia. quos dum Archelaus conatur ſiſtere, præ conten
tione moratus diutius ita ut excluderetur, fune ſubductus eſt. Sylla
ignominioſos ob operam tunc egregie nauatã abſoluit, cæteros or-
nauit donis militaribus. & iam hiems appetebat, cum ad Eleuſinem
caſtra metatus, foſſam à mõtibus ad mare profundam deduxit, ne fa
cile incurſaretur ab equitatu hoſtium. huic operi quotidianæ uelita-
tiones interueniebant, nunc à foſſa, nunc à muro, his uel illis procur
rentibus, & ſaxis, telis, glandibusq; ſe inuicẽ inceſſentibus. Sylla na-
uibus indigens Rodum miſit qui eas accerſerent. Rodij cũ non poſ-
ſent mare traijcere impeditum uagantibus Mithridatis claſsibus,
Lucullum uirum inter Romanos illuſtrem, unum ex legatis Syllæ,
iuſſerunt clàm nauigare in Syriam & Alexandriam, collectisq; naui
bus à regibus & ciuitatibus quæ exercerent rem nauticam, claſſem
aliquam ad Rodiam adiungere. is nihil infeſtũ mare ueritus aſcẽdit
nauiculam actuariã, mutatisq; ſubinde nauigijs quo magis falleret,
petebat Alexandriam. proditores autem rurſum è mœnibus iacula-
bantur glandes inſcriptas, Archelaum proxima nocte miſſurũ Athe
nas

nas fame laborantes frumentum impoſitum humeris militum. quos Sylla exceptos inſidijs unà cum frumento in ſuam poteſtatem redegit. eadem die Munatius etiam circa Chalcidem Neoptolemum alterum è collegis ducibus ſauciauit, & M D. interfecit, uiuos uerò etiam plures cepit. nec multo poſt dormiētibus adhuc cuſtodibus Romani è proximis machinis ſcalas iniecerunt in Piræi mœnia, quibus ſuperatis interfecerunt cuſtodes proximos. quo caſu attoniti barbari quidam ſtatim è muris deſiliebant, rati iam in totum occupatos ab hoſtibus, alij uerſi ad uim, interfecerunt ducem eorum qui aſcendebant, reliquos exegerūt pręcipites. nec defuerunt qui eruptione per portam facta incendiſſent alteram Romanarū turrium, ni Sylla è caſtris occurrens, continuata per eam noctem ſequentemq; diem pugna ſeruaſſet eam labore maximo. ita demum barbari repreſſi ſunt. Archelaus aliam magnā turrim ex aduerſo Romanæ excitauit in muro, quo facto ſine intermiſsione telis ſe inuicem infeſtabant, donec Sylla excuſsis ſimul è catapultis globis uiginti plumbeis grauiſsimis, multos peremit, & Archelai turrim ita concuſsit, ut fatiſcēs ſtatim ruinæ metu reduceretur poſt mœnia. & cum indies magis ac magis fame laborarētur Athenis, rurſum glandes indicabant mittenda noctu in urbem cibaria. tum Archelaus ſuſpicatus eſſe qui frumentorum importationē prodant, eodem tempore quo frumentum miſſum eſt, quoſdam ad portas præſto eſſe iuſsit cum facibus, excurſuros in Romanos quamprimū Sylla frumentatores inuaderet: & accidit ut & Sylla frumētatores caperet, & Archelaus incēderet aliquot machinas. eodem tempore Arcathias Mithridatis filius cum exercitu alio Macedoniā ingreſſus paucos Romanos præſidio prouinciæ relictos profligauit, ſubactaq; tota Macedonia & in ſatrapias diuiſa, ipſe cōtra Syllam profectus, in itinere circa Tideum morbo prægrauante obijt. Romanus imperator Athenas uehementer fame preſſas multis caſtellis circumdedit nequis ex urbe aufugeret, utq; in tanta turba fames fieret grauior. Piræum deinde ex altis aggeribus oppugnabat machinis. hi ab Archelao diu cuniculis clam ſuffoſsi, tandē ſubſidentes prodiderunt rem: Romani uerò mature ſubductis machinis eos repleuerunt, moxq; ipſi eodem modo cuniculos egerunt ſub mœnia: coeuntibusq; foueis, ſubterranea pugna inter foſſores commiſſa eſt, quantum fieri potuit in tenebris. interea multo magis ex aggeribus arietes tundebāt mœnia, donec diruta muri parte Sylla in proximam turrim ignes iaculatus eſt ut eam incēderet: ſimulq; audaciſsimum quenq; iuſsit per ſcalas aſcendere: utriſq; autem egregie functis officio, turris incenſa eſt, & muri pars expugnata munitaq;

taq;

taq; præſidio: ſimulq; muri pars ſuffoſſa & ſuffulta ſubter fundamẽta trabibus, mox pice, ſtuppa ſulfureq; ſubditis, & incẽſis, nunc hic nunc illic ruebat unà cum propugnatoribus. quæ tãta tamq; improuiſa clades maximè cuſtodes murorũ terruit, dum pro ſe quiſq; trepidat, quaſi iamiam obterendus ruina ſimili. quapropter in tam ſuſpectis locis pendentes glomerabantur præ timore, de ſalute ſua magis ſoliciti, quàm intenti arcendis hoſtibus. nec Sylla urgere deſtitit feſsis oppugnatoribus recentes ſemper ſufficiens, hortator continuus, minas miſcens precibus, clamitans in hoc breui certamine ſitam omnem uictoriam. nec ſegnius Archelaus ei ſe opponebat cum recentibus, amotis quos timor parum utiles reddiderat: & ipſe pariter contentionem redintegrans, urgens adhortansq; uniuerſos, durarẽt paulisper, mox in tuto ſalutem habituri. ita magna utrinq; alacritate in certamen reditum eſt, ruentibus in ferrum pariter & cadentibus, donec Sylla ſuis iam feſsis receptui cecinit, miratus eorum fortitudinem. Archelaus in ruinis noctu ſinuoſas munitiões reparauit: quas mox Sylla tentauit omnibus copijs, ratus humidas adhuc et infirmas ruituras facile. ſed tum quoque fruſtra fatigatus in locorum anguſtijs, & à fronte pariter ac lateribus telis impetitus, ut inter flexuoſos ſinus, ab oppugnatione Piræi omnino deſtitit, quaſi fame obſeſſos expugnaturus. cumq; cognouiſſet in urbe ipſa laborari grauius, abſumptisq; iumentis omnibus, elixari coria, & diſcocta in alimẽtum uerti, nec deeſſe qui nõ abſtineant à cadaueribus, iuſsit milites foſſa urbem circundare, ne uel unus poſſet clam effugere. quo opere abſoluto, ſcalis ſimul & arietibus oppugnationem urbis aggreſſus eſt. uerſisq; ſtatim in fugam hominibus imbellibus, irrupit intra mœnia, repleuitq; urbem cædibus. nam ne ad fugiendum quidem uires ſupererant, & tanta erat inclementia ut nec ætati parceretur nec ſexui, Sylla obuium quenq; ſterni iubente, irato quòd tam cito ſine ulla cauſa defeciſſent ad barbaros, ſibi uerò reſtitiſſent tam pertinaciter. ideoq; multi audita præconis uoce, obijciebãt ſe ultro percuſſoribus. pauci curſu infirmo in arcẽ ferebantur, & in his Ariſtion, incenſo prius odeo, ne ex eius trabibus Sylla materiẽ ad oppugnationem arcis pararet. at ille urbem incendi non paſſus, in prędam conceſsit militi. qui dum ſcrutatur ædes ciuium, in non unis inuẽtę ſunt carnes humanæ ad cibi uſum cõditæ. poſtera die Sylla ſeruos ſub haſta uendidit: ingenuis qui admodum pauci nocturnam cædem euaſerant, libertatem ſe pronunciauit concedere: ius autem ſuffragiorũ & plebiſcitorum abrogare, ut hoſtibus: poſteris tamẽ ipſorum hoc quoq; reddere. atq; ita ciuitas Athenienſis cumulate calamitatibus oppleta

oppleta eſt. arcē uerò Sylla obſedit: in qua Ariſtion & cæteri qui eodem confugerant, fame ac ſiti expugnati ſunt non multo poſt. ex his Ariſtionem cum ſuo ſatellitio, quiúe magiſtratū aliquem geſſerant, aut quomodocunq; à conſtitutionibus Romanorum poſt captam Græciam ordinatis diſceſſerant, affecit ſupplicio. cæteris dedit ueniam, legesq; omnibus reddidit eaſdem fermè quas prius à Romanis acceperant. ex arce ablata ſunt auri pondo XL. argenti pondo ſexcenta. uerum hęc aliquanto poſt in arce acciderunt. cæterum Sylla urbe capta longum putauit obſidione Piræum premere, ſed arietes admouit & miſsilia, magnamq; uim eorum qui uineis teſtudinibusq; protecti muros ſuffoderent, depulſisq; multitudine telorum propugnatoribus, diruit partem recentis illius muri & ob humiditatem infirmi, cuius ſinuoſum tractū diximus. quod quia prædiuinarat Archelaus, interius fecit aliquot ſimiles, ut Sylla nullum finem laboris inueniret, ex alio in alium ſimilem incidens. nihilominus indeſinenter oppugnabat, diuiſis per crebras uices militum operis, circūcurſans & adhortans ad rem gerendam ſtrenue, & ampliſsimam ſpem præmiorum exhauſto hoc uno labore oſtentans. ipſi quoq; milites finē laborum ſibi pollicebantur poſtea, & difficultate operis excitabantur ad laudis cupidinē, inſtantes totis uiribus ut ſuperarēt talia mœnia, donec territus Archelaus illorum inſana peruicacia, muros deſeruit, et occupauit partem Piræi munitiſsimam, undiq; cinctam marinis fluctibus, quam Romanus nauibus carens ne attentare quidē poterat. inde Theſſaliā per Bœotos petijt: & circa Thermopylas recolligebat reliquias tum eorū quos ipſe in Græciam adduxerat, tum eorum qui Dromichetę ductu eodem uenerant. accerſijt & eos qui Arcathiam regis filium in Macedoniam ſecuti fuerant, manum recentiſsimam nulliſq; ſupplementis egentem, & recētiorem etiam aliam, quam tum primum Mithridates ſubmiſerat. nunquā enim ceſſabat mittere. interea Sylla Piræum incendit, ubi plus quàm apud urbem laborū exhauſerat, nec armamētario parcens nec naualibus, aut ſi quod aliud opus ibi celebrabatur. deinde cōtra Archelaum profectus eſt & ipſe per Bœotiam. iamq; propinquanti hoſtes nuper collecti obuiam mouebant in Phocidem, uidelicet Thraces ponticiq́; Scythæ ac Cappadoces, tum Bithyni Gallogræci Phrygesq;, & alij profecti è nouis Mithridatis prouincijs, numero in uniuerſū CXXM. quibus multi duces præerant, & inſuper Archelaus unus omnibus. Syllam uerò ſequebantur Romani & ſocij Latini nominis, & Græcorum Macedonumq; quotquot nuper ad ipſum ab Archelao defecerant, aut ſi qua pręterea fuere finitimorū auxilia, ne tertiā quidam

partem

partem hoſtium numero æquantia. ubi uerò caſtra collata ſunt, Archelaus continue ſuos producebat faciēs pugnandi copiam. Sylla uero cūctabatur, locorum naturam & hoſtium multitudinem circumſpiciens. recedētes deinde ad Chalcidem ſubſecutus, tempus locūq; captabat. ut uerò uidit circa Chæroneā in præruptis caſtrametatos, unde uictis nullum patebat effugium, ipſe in proximo occupata lata planicie, mox ſuos produxit, ut Archelaum uel inuitum pugnare cogeret, fretus opportunitate loci, expediti ad gradum uel inferēdum uel referendum: cum Archelaus ſepiretur rupibus, quæ in certamine non ſinerent exercitum uires in unum conferre, aſpretis interrumpentibus: quòd ſi ſemel in fugam uerterētur, eædem rupes erāt impeditura. hac maximè ratione locorū motus, hoſtem inuaſit, ne Archelao ſua multitudo proforet: qui nihil tum de pugna cogitans negligenter caſtra munierat: & non prius quàm irruentib. Romanis animaduerſa iniquitate loci miſit partem equitatus ad reprimēdum eorum impetū. ſed profligatis equitibus & actis in abrupta, rurſum ſexaginta currus immiſit, ſi forte poſſet ſcindere ac interrumpere legionum ordines. quos Romani diſceſsione facta uſq; ultimam aciem ſiuerunt præteruehi: ubi priuſquam retro uerterentur à triarijs coniectis undiq; telis oppreſsi ſunt. Archelaus cum ſic quoq; caſtra tueri poſſet, protegentibus etiam rupibus, maluit ex improuiſo tantam ſuorum multitudinem in aciem properè ducere in locorum anguſtijs, quòd Sylla iam eſſet in proximo. immiſsisq; primis equitib. perrupit mediam Romanam aciem, atq; ita utrumq; dimidium propter paucitatem facile circumuenit. repugnatum eſt tamen utrobiq; in orbē magnis uiribus. ſed maxime laborauere qui ſub Galba Hortenſioq; pugnabāt: quos ipſe Archelaus urgebat oppoſitus, in cuius conſpectu uirtutē ſuam approbare conabantur barbari: donec Sylla eò conuerſo cum multis equitibus, ille conijciens è ſignis imperatorijs & maiore puluere, ipſum aduentare, omiſſa circumuētione in aciem redijt. at Romanus agēs robur equitum, aſſumptis etiam duabus cohortibus quas collocarat in inſidijs, hoſtes perplexos necdū in frontem digeſtos inuaſit, turbatosq; perrupit, & in fugam uerſos perſecutus eſt. mox cœptam hac parte uictoriā Murena in læuo cornu adiuuit nō ſegniter: increpitisq; quos circa ſe habebat, ipſe quoq; trepidationem iniecit inuaſis hoſtibus. ita profligato utroq; cornu Archelai, ne medij quidem ſubſtiterunt, ſed una erat fuga omnium, nuſquam fallente Syllam ſua cōiectura de pugnæ exitu. nam hoſtes anguſtijs impediti cum fuga non pateret protrudebant per abrupta ſeinuicem: quorum pars in Romanos incidebat, prudentiores caſtra ſua

ſua repetebant. quibus Archelaus intercluſo reditu, imperitus belli caſuum, cogebat eos in hoſtem obuertere pectora. & parebant illi quidem alacriter, ſed cum nec duces iam adeſſēt ulli qui ſuos inſtaurarent ordines, nec ſigna paſsim per trepidationē proiecta uſquam conſpicerent, præterea nec pugnę locum nec fugæ haberent, coacti in maximas anguſtias, trucidabantur impune uel ab hoſtibus quos in tantā compreſsione referire nō poterant: uel à ſuis, ut fit in turbato conſtipatoq; agmine. itaq; rurſum portas petentes circa eas glomerabantur, incuſantes eos qui ſe excluderent, cōmunia ſacra cæteraſq; neceſsitudines eis opprobrādo, nec tam hoſtibus perniciem ſuam imputādo quàm domeſticis: donec tandem Archelaus multo ſerius quàm uſus poſtulabat portam aperuit, & confuſis ordinibus ruentes recepit. tum Romani mutuo ſe cohortati, ſimul cum fugientibus in caſtra irruperunt, & impoſuerunt ſupremam manum uictoriæ. Archelaus & quotquot alij cateruatim diffugerant, apud Chalcidem congregabantur, è c x x m. non multo plus quàm decies mille ſuperſtites. è Romanis primum quindecim uiri deſiderati ſunt, poſtea tamen ex his duo reuerſi ſunt, falſo periſſe crediti. hoc euentu Sylla cum Archelao Mithridatis duce pugnauit ad Chæroneam, nō alieno uel à Syllæ prudentia, uel ab Archelai temeritate fatua. Imperator magno numero captiuorum, magna præda cætera, multiſq; ſpolijs potitus, inutilia quæq; coaceruata Romano more accinctus cremauit dijs ſacrata belli præſidibus: refectiſq; modica quiete militibus, ad Euripum cum expeditis properauit aduerſus Archelaum. qui quoniam Romani claſſe carebant, ſecure per inſulas uagabatur maritima populans, Cerinthum etiam obſidere auſus facta ibi exſcēſione. ſed à Romanis quibuſdam peregrinis noctu appetitus per inſidias, celeriter conſcenſis nauibus ſoluit inde & redijt Chalcidem archipiratæ quàm bellatori ſimilior. Mithridates audita tāta clade territus ut par erat, nihilominus nouos delectus habuit ex omnibus ſibi ſubiectis gentibus: ratuſq; non defore qui ſibi uicto uel nunc uel per aliam occaſionem ſtruant inſidias, omnes ſuſpectos colligebat priuſquam bellum denuo crudeſceret. ac primum Gallogræcorum tetrarchas, & quos circa ſe habebat in amicorū cohorte, & qui nondum erant ſubditi, omnes necauit cum liberis & uxoribus, exceptis tribus fuga ſeruatis. horū alios inſidijs oppreſsit, alios una nocte peremit in conuiuio, putans neminem eorum in fide conſtantē ſi Sylla ueniat. confiſcatiſq; bonis eorū in ciuitates induxit præſidia, & genti ſatrapam Eumachum impoſuit. eum mox tetrarchæ qui euaſerant, collecta ex agris manu clientum, eiecerunt cum ſuis præſidijs è Gal-

lograecia, ut Mithridates nihil ex ea gente reliquum haberet præter pecuniam. Chijs quoq; iratus iam inde ex quo nauis eorum imprudens in regiam impegerat in nauali contra Rodios prælio, primum publicauit bona ciuium qui ad Syllam profugerãt: deinde miſit qui apud Chios in factionem Romanam inquirerent. poſtremo Zenobius cum exercitu eó appulſus, quaſi traiecturus in Græciã, muros Chiorum & munitiora loca noctu occupauit: additisq; ad portas cuſtodijs per præconem edixit ut hoſpites quieti manerent, Chij uerò conuenirent in contionem audituri mandata regia. quod ubi factum eſt, dixit ſuſpectam eſſe ciuitatẽ regi propter Ro. factionis homines. ei ſuſpicioni remedium fore ſi arma tradiderint, & obſides ſelectos optimatum liberos. illi occupatam urbem ſuam cernentes, utrumq; dederunt. Zenobius omnia miſit Erythras, Chijs regias literas expectare iuſsis. uenerunt autem ſcriptæ in hanc ſententiam. Fauetis nunc quoq; Romanis, apud quos adhuc multi ſunt ex ueſtris ciuibus: & prædijs quæ uobis locarunt fruimini, quorum nomine nihil nobis penditis. nauem etiam meã Rodienſi prælio triremis ueſtra impacta concuſsit, quam culpam ego libenter in ſolos gubernatores reijcerem, ſi mea clementia ſanari poſſetis. at uos clàm optimates ueſtros ad Syllam miſiſtis: quorum neminem unquam detuliſtis, quòd abſq; conſenſu publico moliretur talia, ſicut decuiſſet uoluntatis eorum non cõſcios. quamuis igitur in aduerſarios regni uitæq; capitaliter animaduertere de amicorum conſilio poteram, malo tamen uos mulctare duobus talentorum milibus. hoc erat argumentum epiſtolæ. quo audito petebant ut ſibi liceret legatos ad regẽ mittere: ſed Zenobio ne id quidem permittente, exarmati, & datis obſidibus obſtricti, imminente tanto exercitu barbarico, gementes ornamenta templorum & mundum muliebrem conferebant, ut M M. talentorum conficerent. quibus confectis Zenobius cauſatus deeſſe aliquid iuſto ponderi, cõuocauit eos in theatrum. deinde diſpoſitis tum circa ipſum theatrum, tum circa uias quæ inde ad mare ferebãt, militibus cum ſtrictis gladijs, alium poſt alium citatum è theatro in naues imponebat, ſeorſum uiros, ſeorſum mulieres ac pueros, illudentibus obiter barbaris. atq; ita diuulſi à patria, miſsi ſunt in pontum Euxinũ ad Mithridatẽ. Chijs hoc modo mulctatis, Epheſij Zenobium cum militibus accedentem iuſſerunt ad portam arma deponere, & cum paucis in urbem ingredi. tulit hoc ille, & diuertens ad Philopœmenem patrem Monimæ adamatę à Mithridate, quem rex præſidem ac cuſtodem ei ciuitati reliquerat, per prĉonem ad contionem euocauit Epheſios. qui nihil ſuaue ab eo expectantes, rem diſtulerunt

ſtulerunt in ſequentem diẽ, & noctu congregati cohortatiq́; ſe mutuo, Zenobium in carcerem truſum necarunt: ſimulq́; muris appoſito præſidio, multitudinem armatam centuriabant, fruges ex agris comportabant, & iuuẽtutem in ſua poteſtate retinebãt. quibus auditis Tralliani, Hypæpeni, Meſopolitæ, & quidam alij Chiorum calamitate perterriti, Epheſiorum exemplum imitabantur. Mithridates autem miſſo contra deſciſcẽtes exercitu, in ui receptos ſæuiebat grauiter: & timens cæterorum defectionem, ciuitates Græcas libertate donabat, debitoribus remiſsionem per præconem pollicens, inquilinis uerò ius ciuitatis in ſuo cuiq; oppido, & ſeruis libertatem: ſperãs fore quod & accidit, ut obærati, inquilini ſeruiq́; hoc beneficio deuincti potentiam ſuam propugnarẽt acriter. interea Minio & Philotimus Smyrnæi, Cliſthenes & Aſclepiodotus Lesbij, omnes familiares regis, Aſclepiodotus uerò etiam dux aliquando mercenariorum eius militum, conſpirarunt in Mithridatem. cuius coniurationis ipſe Aſclepiodotus fuit index, & ut uerbis ſuis fidem pararet, effecit ut rex lecto quodam tectus Minionem audiret. ita proditis inſidiis, ſocij conſpirationis excruciati perierunt. ſed eadem de multis ſuſpicio ſuborta eſt. ut uerò etiam Pergameni LXXX. ob ſimilia conſilia capti ſunt, & in alijs ciuitatibus alij, ſcrutatores miſit rex circa omnes populos: qui inimicos ſuum quiſq; indicando, ſuſtulerunt circiter MDC. homines. accuſatores uerò ipſi non multo poſt aut à Sylla ſunt affecti ſupplicio, aut ſeipſos interemerunt, aut fugiẽti in pontum Mithridati ſe adiunxerunt comites. quæ dum in Aſia geruntur, LXXX. milium exercitus à rege collectus eſt, quem Dorylaus duxit in Græciam ad Archelaum, habentem adhuc ex prioribus copijs reliqua decem milia. Sylla uerò cum eo ad Orchomenum caſtra contulit. ut uerò uidit aduẽtantis equitatus multitudinem, multas foſſas per campum fodit latas decem pedes: uenientemq́; Archelaum excepit inſtructa acie. Romanis autem contra tãtum equitatum ſegniter pugnantibus, obequitans diu hortatus eſt eos nõ ſine minis: & cum ne ſic quidem proficeret, deſilijt ab equo, & correpto ſigno procurrit inter duas acies cum ſatellitibus, clamans: ſiquis uos milites rogauerit, ubinam Syllam imperatorem ueſtrum prodideritis, reſpondete, pugnantẽ ad Orchomenum. tum præfecti eius periculo moti ſuccurrerunt è ſuis ordinibus: quos præ pudore ſecuta cætera multitudo cedere coegit hoſtem qui modo urgebat ferociter: atq; ita facto initio uictoriæ, Sylla rurſum aſcenſo equo laudabat milites ubique pręſens hortator, donec uicit egregie, cæſis circiter XV M. hoſtium: quorum maior pars fuerãt equites, & inter hos filius Archelai Dio-

genes cecidit. pedites intra caſtra cōpulſi ſunt. tum Sylla ueritus ne Archelaus ſe nauibus carentem rurſum effugeret in Chalcidem, toto campo nocturnas ſtationes diſpoſuit: & in ſequēti die ne integro quidem ſtadio procul ab eius caſtris foſſam duxit, illo intra uallum ſeſe continente: quo maximè tēpore hortatus eſt exercitum ut reliquias belli conficeret, hoſtibus in conſpectum prodire nō ſuſtinentibus: ſimulq́; ad oppugnationem duxit. apud hoſtes quoq; in tanta mutatione & præſenti neceſsitate adhortationibus feruebāt omnia, ducibus periculum oſtendentibus, & ignauiam exprobrantibus, ſi ne à munitionibus quidem hoſtem arceant inferiorem numero. ita utrinq; clamore ac impetu coorto multa edebantur militaria facinora. iamq; angulum quendam ualli conuellebant Romani ſcutis protecti, cum barbari id animaduertentes circunſteterūt angulum ſtrictis gladijs propugnaturi cominus: nec auſus eſt quiſquam irruere, donec Baſilus tribunus legiōis primus inſilijt, & ſtrauit obuiū. tum uerò uniuerſus exercitus cōſecutus eſt, cū magna fuga ſtrageq́; barbarorum, dum alij cæduntur in curſu, alij compellunt̃ in lacum proximum. & imperiti natandi preces fruſtra effundunt non intellectas ſuis percuſſoribus. Archelaus in paludem quādā ſe abdidit, nactusq́; nauiculam, traiecit Chalcidem: & quicquid uſquam erat copiarum Mithridatis cōuocauit propere. Sylla poſtero die tribunum corona donauit, & alijs alia dedit dona militaria, deinde Bœotiam continuis defectionibus nutantem diripuit: tranſgreſſusq́; in Theſſaliā hiemauit, Lucullum expectans cum nauibus. & quia nihil comperti habebat de eo, fabricauit naues alias. hæc gerētem Cornelius Cinna & C. Marius inimici eius in urbe hoſtē iudicarunt, ædesq́; ac uillas eius diruerunt, & amicos interfecerunt. ille tamen nihilominus omnia pro poteſtate faciebat, quòd exercitum haberet obſequentem & alacrem. Cinna uerò allecto ſibi collega Flacco, miſit eū in Aſiam cum duabus legionibus, ut pro Sylla iam hoſte declarato prouinciæ præeſſet, ac bellum contra Mithridatem gereret. Eum rei militaris imperitum comitatus eſt unus ex ſenatoribus Fimbria, uir non contemnendæ autoritatis apud milites. his à Brundiſio tranſmare nauigantibus multæ naues tempeſtate cōfractæ ſunt, & præcurſorias earum incendit nouus exercitus ſubmiſſus à Mithridate. cæterum Flaccus uir malus, auarus & in puniendo crudelis, exoſus erat omnibus militibus: quorum pars præmiſſa in Theſſaliam, in caſtra Syllę tranſijt. reliquos Fimbria, melior Flacco dux uiſus & clementior, continuit ne deficerent. fortefortuna inter hunc & quæſtorem lis exorta eſt de hoſpitio, cuius arbiter Flaccus cum nullam rationem habuiſſet

buiſſet honoris Fimbriæ, ille minatus eſt ſe in urbem reuerſurum: cumq́; ſucceſſorem dignitatis à Flacco accepiſſet, per abſentiam eius Chalcedonem claſſe petentis factus audacior, primum Thermo prætori ab eo relicto faſces abſtulit, quaſi hunc magiſtratum ipſe accepiſſet ab exercitu: deinde Flaccum indignabundum & ideo reuertentem coegit fugere, donec ille in ædes quaſdã priuati hominis refugus, noctu mœnibus trãſcenſis, primum Chalcedonem, inde Nicomediam ſe proripuit, & portas clauſit eius ciuitatis. ſed Fimbria superueniens occidit protractum è puteo, conſulem Romanum & huius belli ducem, priuatus ipſe amicum maiorẽ ſecutus in prouinciam. caput eius abſciſum proiecit in mare, truncum reliquum inſepultum reliquit: factusq́; à ſeipſo imperator aliquot prælijs non improſpere pugnauit cum Mithridatis filio. ipſum deniq; regem compulit intra Pergamum, & inde profugũ in Pitanen conatus eſt foſſa circumdare, donec ille conſcenſis nauibus porrò Mitylenen fugit. tum Fimbria prouinciam obeundo mulctabat factionem Cappadocum, & agros populabatur excludẽtium ſe mœnibus. Ilienſes autem oppugnati ab eo confugerunt ad Syllam. qui cum ſe uenturum promiſiſſet, denunciaſſetq́; Fimbriæ abſtineret à ſuis dedititijs, laudauit ille iam reuerſos in Po. Ro. amicitiã, nihilominus petebat ut ſe quoq; hominem Romanum reciperent, cauillatus neſcio quid in cognationem iactatam ab Ilienſibus. tandem irrumpens interfecit omnes obuios, & concremauit omnia: tum eos qui legatione ad Syllam functi fuerant, necauit uarijs cruciatibus: ac ne à ſacris quidẽ abſtinuit, imò nec ab his qui in Mineruæ confugerant, quos cum ipſo fano cõbuſſit. quin & mœnia diruit: ac poſtridie obiuit urbem circumſpiciens nunquid ſupereſſet reliquum. ita tum peius quàm olim ab Agamemnone tractata eſt à uiro cognato, ut nec area ulla relinqueretur, nec ędicula, nec ſtatua. cæterum delubrum ipſius deæ quod uocant Palladium, putant tunc integrum inuẽtum amotis quibus tegebatur ruderibus: niſi malumus credere id à Diomede Vlixeq́; ſublatum Troiani belli tẽpore. hæc Ilieñſium clades incidit in finẽ CLXXIII. olympiadis: & ſunt qui putant inter hãc & illam priſcam expugnationem ML. annos intercedere. at Mithridates poſtquam etiã ad Orchomenum cladem acceptam audiuit, reputans ex quo exercitum in Græciam miſit tam multos tam cito deſideratos, ſcripſit Archelao ut faceret pacem quàm honeſtiſsimis poſſet cõditionibus. qui cum Sylla congreſſus ad colloquium, Paternus, inquit, ueſter ô Sylla amicus Mithridates rex ad bellum compulſus eſt per aliorum ducum auaritiam: pacem uerò petit, expertus tuam uirtutem, modo imperes quę

iuſta ſunt.tum Sylla qui nec claſſem habebat, nec pecunias aut aliud
quicquam ex urbe accipiebat hoſtis ab inimicis iudicatus, & iam ab
ſumpſerat Pythiam Olympiam Epidauriamq́; pecuniã, pro qua his
fanis addixerat dimidium agri quo Thebanos toties rebelles mulcta
uerat: præterea tranſportare contra inimicos properans exercitum
recentem & integrum, conſenſit in pacem, dicens: Debuerat Arche
lae Mithridates de iniurijs queſtum legatos mittere. at ille ultro iniu
riam inferens terras alienas inuaſit, occidit magnam uirorum multi
tudinem, publicas ſacrasq́; pecunias diripuit, priuatas poſſeſsiones
interfectorum uſurpauit. nec erga ſuos amicos quàm erga nos miti-
or aut fidelior, ex his quoq; multos interfecit: & tetrarchas ſuos ſo-
dales una nocte ſuſtulit cum uxoribus & liberis nihil hoſtile auſos.
in nos uero magis innatum odium quàm belli neceſsitatem declara-
uit, dum omnigenis calamitatum formis per Aſiam ſæuijt in homi-
nes Italici generis, à nullo ſexu, ætate, conditione abſtinens. tantum
præ ſe tulit Latini nominis odium iſte qui nũc paternum ſe amicum
ſimulat, cuius amicitiæ non prius ei ſuccurrit memoria, quàm cæſis
per me ex ueſtris copijs CLX. milibus. quapropter æquum erat uos
à nobis in fidem poſt hac non recipi. tamen in tuam gratiam pollice
or, impetraturum eum à S. P. Q. R. ueniam, ſi ex animo reſipuerit.
quòd ſi nunc quoq; ſimulat, moneo te Archelae, ut præſentem ſta-
tum conſideres rerum tam illius quàm tuarum, tum quomodo ille
amicis alijs uti ſoleat, & quomodo nos uſi ſimus Eumene ac Maſa-
niſſa. abrupit ille uerba tentatoris indignabundus, negãs ſe unquam
proditurum commiſſas ſibi copias. de pace autem bene ſperare ſe a-
iebat, ſi æquum Sylla poſtulauerit. tum ille modico interpoſito ſilen
tio: Si claſſem, inquit, quam habes Archelae, nobis omnem Mithri-
dates tradiderit: tum duces, legatos, captiuos, transfugas, fugitiuos,
& Chios cæterosq́; è ciuitatibus ſuis in Põtum abſtractos dimiſerit,
præſidia locis omnibus deduxerit, niſi in quibus ante uiolatam pa-
cem ea habuit: impenſa quoq; in hoc bellum cuius ipſe cauſa fuit red
diderit, & paterno regno contentus ſit, ſpero me effecturum ut præ
teritarum iniuriarum po. Ro. obliuiſcatur. his auditis Archelaus con
tinuo deducebat omnia præſidia, de cæteris conditionibus ſcripſit
regi ſuo. Sylla ut interim bene uteretur otio, Henetos, Dardanos, a-
liasq́; finitimas gentes quæ continue Macedoniam incurſabant, po-
pulatus eſt, exercens ſimul & ditans militem. cumq́; legati à Mithri-
date reuerſi, cætera probarẽt, ſolam excipientes Paphlagoniam, ad-
diderunt: æquiores conditiones ſe impetraturos fuiſſe ab altero im-
peratore Fimbria. tum Sylla moleſte ferens hanc collationẽ, reſpon
dit

dit: & Fimbriam pœnas daturum, & ſe quamprimũ attigerit Aſiam, uiſurum num pace an bello Mithridates opus habeat. hæc locutus per Thraciam duxit ad Cypſela, Lucullo Abydum præmiſſo. iam enim & hic ad eum uenerat, ægre aliquoties elapſus è piratarum inſidijs, collecta tamen quadam claſſe è Cypro, Phœnicia, Rodo, Pamphylia, uaſtatisq; oris hoſtilibus, & cum Mithridatis claſſe uelitatus obiter. Itaq; Sylla mouit à Cypſelis, Mithridates à Pergamo: rurſũq; colloquiũ eſt habitum, ambobus cum exiguo comitatu in campum progreſsis, inſpectante utrinq; exercitu. ibi Mithridates orſus à commemoratione ſocietatis amicitiæq; tã ſuæ quàm paternæ, accuſabat Romanorũ legatos ducesq; quòd ſe multis affeciſſent iniurijs, Ariobarzane reducto in Cappadociam, ipſi adempta Phrygia, diſsimulata Nicomedis uiolentia. atq; hæc inquit omnia fecerunt illi propter pecunias quas nunc à me nunc ab aduerſarijs accipiebãt. nihil eſt enim principes Romani quod in uobis magis accuſari poſsit quàm lucri cupiditas. deinde ueſtris ducibus bellum inferẽtibus, quæcũq; in defenſionem mei feci, neceſsitatis magis quàm uoluntatis fuerũt. in hæc uerba deſiit Mithridates. ad quæ Sylla: quãuis nõ in hoc conuenimus, ſed ut cõditiones accipias, non grauabor tamen & ad hæc paucis reſpondere. in Cappadociam ego reduxi Ariobarzanem ex S.C. cum præeſſem Ciliciæ: idq; feci te cedente autoritati populi, qui aut tunc contradicere debueras & cauſam tuam melius proponere, aut poſtea ſenatus decretis acquieſcere. Phrygiam autẽ tibi Manius dedit, corruptus largitionibus, quod cõmune amborum crimen eſt. hoc enim ipſo fateris iniuſtam eius terræ poſſeſsionem, quòd eam à muneribus corrupto conſecutus es: & Manius coargutus eſt apud nos alia quoq; egiſſe pretio, quæ omnia ſenatus irrita habuit. quapropter & Phrygiam iniuſte tibi attributam, non ſibi fecit tributariam, ſed iuſsit eſſe liberam. quæ igitur nos belli iure quæſita à dominatu noſtro eximimus, tu qua ratiõe occupas? Nicomedes uerò quẽritur te autore & corpus ſuum ferro ſauciatum ab Alexandro, & regnum à Socrate Chreſto inuaſum: ſeq; laceſsitum his iniurijs fines tuos ingreſſum cum exercitu. attamẽ ſi te læſum putabas immerito, debueras legatos Romam mittere, & reſponſum expectare. eſto Nicomedem uim inferentem ui repuliſti, quid Ariobarzanes commeruit, quo eiecto neceſsitatẽ impoſuiſti proximis Ro. ducibus ut eum reducerent? quibus obſiſtendo tu bellum accẽdiſti, meditatum iam antea, quippe qui ſperares orbis dominium ſi Romanos uinceres, & huic propoſito occaſiones quæreres: id quod certo argumẽto colligitur, quòd Thracas, Scythas, Sarmatas, priuſquam ullum bellum

gereres in ſocietatem adduxiſti, propinquos reges ſolicitaſti legatio
nibus, naues fabricaſti, proretas gubernatoresq; conuocaſti, ſed ma
xime tempus inſidias tuas arguit. poſtquam enim ſenſiſti defeciſſe à
nobis ſocios in Italia, arrepta occaſione è noſtris occupationibus,
aggreſſus es Ariobarzanem & Nicomedem, tum Gallogræcos &
Paphlagoniam, atq; adeò ipſam Aſiam noſtram prouinciam. in qua
quid non perpetraſti, uel in ciuitates quas ſeruis & obæratis ſubieci
ſti, quorũ alteros ſeruitute alteros ære alieno liberaueras: uel in Græ
cos quorum uno crimine ſuſtuliſti M D C. uel in Gallogræcorum te-
trarchas, quos interfeciſti menſæ ſocios: uel in homines Italici nomi
nis, quos uniuerſos una die cum infantibus & matribus interemi-
ſti merſiſtiq́; , ne religione quidem fanorum defenſos ad quæ con-
fugerant. quantã ibi crudleitatem tuam, quantam impietatem, quàm
immane in nos odium declaraſti. occupatis deinde omnibus om-
nium pecunijs in Europam traieciſti magnos exercitus, contra no-
ſtrum edictum, quod omnes Aſiæ reges abſtinere iubet ab ea. quo
facto Macedoniam incurſaſti noſtram prouinciam, & Græcis liber-
tatẽ ademiſti, nec prius te pœnituit, neq; deprecatore Archelao pri-
us uſus es, quàm ego recepi Macedoniam, & Græciam è tua uiolen-
tia eripui, cæſis C L X M. è tuis copijs, & binis caſtris captis cum om-
ni apparatu. miror certe excuſare te nũc ea quorum per Archelaum
petijſti ueniam. niſi forte longe remotum me timebas, nunc propin
quum putas ueniſſe ad iudiciũ, cuius tẽpus iam pręterijt, poſtquam
res ad arma deuenit, te inferente bellum, nobis reſiſtẽtibus ſtrenue,
quod uſq; finem facere eſt animus. hac iracunda Syllæ oratione ter-
ritus rex cõſenſit in leges pacis datas Archelao: traditisq; nauibus &
cæteris quæ debebantur ex fœdere, in Pontum ad ſolum paternum
regnum reuerſus eſt. atq; ita primũ bellum Mithridaticum ſedatum
eſt. Sylla promotis caſtris ad ſecundum à Fimbria ſtadium, poſtula-
uit tradi ſibi exercitum, cui ille contra leges præeſſet. qui ludens re-
ſpõdit, ne ipſum quidem iam imperare legitime. cumq; circumual-
laretur, & à multis deſereretur propalam, conuocatis in contionem
reliquis, rogabat ut permanerent. qui cum negarẽt ſe bellaturos con
tra ciues, diſciſſa tunica ſuppliciter prehenſabat ſingulos. & cum id
quoq; auerſarentur, pluraq; transfugia fierent, circumibat tribuno-
rum tentoria, corruptisq́; largitione ex eis aliquot, rurſum aduoca-
ta contione iuſiurandum exegit. cumq́; cõclamaſſent Veneti, opor-
tere nominatim ad ſacramentũ citari militem, ille præconẽ iuſsit no-
minare ſuos beneficiarios, & Nonium ante omnes, quorumcumq;
facinorum ſocium. & cum ne hic quidem iuraret, ſtricto gladio ne-
cem

cem intentauit ei, donec coorto clamore militum territus deſtitit. ſeruũ deinde pecunijs & ſpe libertatis induxit, ut pro transfuga receptus in caſtra Syllæ ipſum interficeret. qui parum conſtanter rem aggreſſus, & ex ipſa trepidatione ſuſpectus, comprehenſus omnia faſſus eſt. tum Syllanus exercitus cum ira & cõtemptu circumſiſtens uallum Fimbriæ contumelioſe uocabat eum Athenionem. quo nomine aliquando fugitiuorum in Sicilia quidam paucorum dierum rex fuerat. quapropter Fimbria ſpe omni abiecta, in munitiones progreſſus Syllam inuitauit ad colloquiũ. is pro ſe miſit Rutilium: quod maxime contriſtauit Fimbriam, ne colloquium quidem ſibi concedi, quod non ſoleat negari uel hoſtibus. cumq; rogaret ueniam ſiquid peccaſſet per ætatis imprudentiam, Rutilius reſpondit, Syllam permiſſurum ut incolumis ad mare trãſeat, ſi uelit ei Aſia cuius ipſe procõſul ſit decedere, & abnauigare. ille habere ſe dixit meliorẽ uiam aliam, ſimulq; Pergamum redijt, & ingreſſus templum Aeſculapij traiecit ſe gladio. & quia uulnus letale non erat, à ſeruo impetrauit operam. qui primo dominum, mox ſeipſum interfecit. hunc exitum habuit Fimbria, peſtis altera poſt Mithridatẽ Aſiæ: corpus Sylla eius libertis ad ſepulturam conceſsit, pręfatus nolle ſe imitari Cinnam & Marium, qui multos in urbe ſepultura ſimul cum uita priuauerant. exercitum eius accedentem accepit & coniunxit cum ſuo, moxq; Curionem iuſsit ut Nicomedem & Ariobarzanem in propria regna reduceret. ad ſenatum quoq; perſcripſit omnia, hoſtem ſe iudicatum diſsimulans. prouinciam deinde conſtituens, Ilienſes, Chios, Lycios, Rodios, Magneſios, aliosq; quoſdam populos, uel in auxiliorum præmium, uel in ſolatium malorum quæ propter ſtudium erga populum Romanum pertulerãt, libertate donatos aſcripſit inter Romani populi ſocios: dimiſsisq; circa reliqua omnia oppida militibus, per præconem edixit, ut quotquot mancipia libertatem à Mithridate acceperant, confeſtim in herilem poteſtatem redirent. quod edictum cum multi contemnerẽt, & aliquot ciuitates deficerẽt, ſecutæ ſunt cædes promiſcuæ, tam ſeruorum quàm ingenuorum ex uarijs occaſionibus, & multorum oppidorũ diruta ſunt mœnia, quorundam populis ſub haſta uenditis. tum qui factionis regiæ fuerant uel ciues uel populi ſeuere mulctabãtur, præſertim Epheſij, qui per turpem adulationẽ donaria Romanorũ cum ludibrio detraxerant. poſt hæc præcones per prouinciam dimiſsi ſunt, qui optimates ciuitatum iuberẽt ad certam diem coram Sylla comparere Epheſi. qui poſtquam conuenere, ſic eos pro tribunali allocutus eſt. Nos tum primum exercitum in Aſiam adduximus, cum Antiochus Syiæ

rex

rex uos populabatur, quo ultra Halym Taurumq́; pulſo, uos in poteſtate noſtra non retinuimus. ſed permiſimus eſſe liberos, exceptis aliquot populis quos Eumeni Rodijsq́; ſocijs attribuimus, clientes magis quàm tributarios. id ita ſe habere argumentum eſt, quòd Lycios de Rodijs queſtos, exemimus eorum imperio. hæc quidem ſunt noſtra merita, uos uerò poſtquam Attalus Philometor regnũ ſuum teſtamento nobis reliquit, Ariſtonico contra nos opem tuliſtis per quadriennium, donec illo capto, ueſtrum pleriq; metu compulſi redierunt ad officium: attamẽ ſic quoq; per uigintiquatuor annos publice priuatimq́; opibus & ornamentis aucti, ex ocio delicijsq́; reſumpſiſtis contra nos petulantiam: & arrepta occaſione è bello noſtro ſociali, partim adduxiſtis aduerſus nos Mithridatẽ, partim uenienti uos adiunxiſtis: & quod eſt longe ſceleſtiſsimum, ſuſtinuiſtis iuſſu eius una die omnes Italos interficere cum liberis & matribus: ac ne illis quidem percepiſtis qui ad ædes dijs ueſtris ſacras confugerant, quorum ſcelerum pœnam aliquam dediſtis ipſi Mithridati errant, quorum ſcelerum pœnam aliquam dediſtis ipſi Mithridati erga uos perfido, qui uos exhauſit rapinis & cædibus, mulctatos inſuper agris & pecunijs creditis, ſeruis in libertatem uindicatis, nõ nuſquam & tyrannis impoſitis, conſtitutisq́; terra ac mari tot prædonũ piratarumq́; receptaculis, ut ſtatim experimento conferre poſſetis, qualibus relictis quales uobis patronos optaueritis. nobis quoq; aliquam pœnam luerunt autores horum malorum. oportet tamẽ eſſe mulctam etiam publicam, quam debetis dignam meritis ſoluere. ſed abſint à Romana manſuetudine cædes impiæ, confiſcationesq́; bonorum temerariæ, uel concitationes ſeruitiorum, & id genus exempla barbarica, à quorum etiam cogitatione abhorret animus. dabitur aliquid Græco nomini & celebritati Aſiæ, amicitię́; priſtinę, & quod fauſtum felixq́; ſit, mulcto uos tantum quinquennali tributo, quod iam nunc mihi repræſentari iubeo, & inſuper pecuniam in ſumptam in hoc bellum, & ſi quam præterea conſtitutio prouinciæ poſtulat. eam collationem ego in ſingulas ciuitates diuidam, & tempus conferendi præfiniam, & quos ſecus facere deprehendero habebo pro hoſtibus. hæc locutus, mulctam in legatos diſtribuit, ſimulq́; miſit qui eam exigerent. at ciuitates inopia preſſæ magnoq́; fœnore, aliæ theatra fœneratoribus, aliæ gymnaſia, aut munitiones, aut portus, aut aliquid publicum oppignerabant, impudenter urgentibus militibus. atq; ita pecuniæ comportabantur ad Syllam, gemente præ calamitatibus Aſia. nam & piratæ propalam uagabantur per eam pene iuſtis claſsibus: quos primũ Mithridates mari immiſerat, cum omnia quaſi breui amiſſurus uaſtaret: ſed tũ maxime creuerãt,

non

non tantum nauigantibus infeſti, uerum & portubus, caſtellis oppidiſq; timendi. certe Iaſſus, Samus, Clazomenæ, Samothrace, præſente Sylla captæ ſunt: & è fano Samothracio mille talẽtorum ornamenta ablata ferũtur. at ille ſiue quòd propter peccata indignos exiſtimaret quos tueretur, ſiue quòd in urbem propter ſeditiones properaret, in Græciam traiecit, & inde porrò in Italiam cum maiore parte exercitus: quæ uero ibi geſſit, memorantur in bellis ciuilibus. Secũdum aũt Mithridaticum bellum hinc cepit initiũ. Murena relictus à Sylla cum duabus Fimbrianis legionibus ad ordinãda cætera in Aſia, bellorum occaſiones captabat triumphi cupidine. Mithridates in Põtum reuerſus cum Colchis & Boſporanis bellum gerebat, qui ab eius imperio defecerant. ex his Colchi filium eius Mithridatem ſibi regem poſtularunt: quo impetrato ſtatim redierunt ſub imperium. id rex ſuſpicatus factum per ambitionem filij, uocatum ad ſe uinxit aureis compedibus, nec multo poſt necauit, egregia huius opera uſus in Aſia contra Fimbriam. aduerſus Boſporanos autem claſſem parabat & magnum exercitum, adeo ut ob magnitudinem apparatus mox exorta ſit opinio, non in Boſporanos, ſed in Romanos hæc parari. nam neq; dum Ariobarzani ſolidam Cappadociæ poſſeſsionem reddiderat, retentis ſibi locis quibuſdam: & Archelaum ſuſpectum habebat, quaſi cum eſſet in Græcia plus ęquo in cõditionibus pacis Syllæ conceſſerit. quod ubi ille ſenſit, territus ad Murenam fugit: eũq; irritando effecit ut prior Mithridati arma inferret. qui mox per Cappadociam inuaſit Comana, urbem in regno illo maximam, & religioſo opulentoq; templo inſignem: interfecitq; nonnullos regis equites. cumq; legati obijcerẽt fœdera, negauit ſe uidere ulla fœdera. nulla enim Sylla conſcripſerat, ſed executione pactorum contentus diſceſſerat. hæc locutus Murena confeſtim prędas agebat, & ne à ſacris quidem pecunijs abſtinẽs hiberna habuit in Cappadocia. Rex & ad ſenatum & ad Syllam miſit qui expoſtularent de Murena. qui interim traiecto Haly fluuio magno & tum maximè imbribus tumido, cccc. Mithridatis uicos incurſauit, nuſquam occurrente rege, & expectante legatorũ reditum. atq; ita refertus præda in Phrygiam Gallogræciamq; reuerſus eſt. ubi Callidius propter querelas Mithridatis ab urbe miſſus, nullum quidem S. C. ei obtulit: denunciauit tamen omnibus audientibus, iubere ſenatum ut à fœderato rege abſtineat. his dictis mox in conſpectu aliorum ſeorſum cum eo collocutus eſt: nec Murena quicquam remiſit de priſtina uehementia, tunc quoq; incurſans fines Mithridatis. qui aperto iam bello ſe peti exiſtimãs, Gordium iuſsit inuadere uicos finitimos. ille mox iu-

menta

menta multa impedimentaq; & tam paganos quàm milites compre-
hendit, & caſtra ſua Murenę caſtris in aduerſa ripa oppoſuit. pugnæ
uerò neuter fecit initium, donec Mithridates uenit cum maiore exer
citu, moxq; circa fluuium commiſſum eſt magnum prælium. ibi rex
ui tranſiuit flumen, aliâs quoq; Murenam longe ſuperans. qui in tu-
mulum natura munitum refugit regis impetum, & inde per monta-
nos calles properauit in Phrygiam, multis amiſsis uel in fuga uel in
prælio. hæc tam præclara accelerataq; & obiter parta uictoria præ-
peti fama uulgata, multos tranſtulit ad Mithridatem. qui & ex Cappa
docia pulſis onmibus Murenæ præſidijs, ſacrificauit bellipotenti Io
ui more patrio in excelſo monte, addito ei cacumine ex lignorũ con
gerie quæ ſuſtineret uictimas. in eam primi reges ligna comportant,
& impoſita in ſummo alia breuiore ambitu, in ſuperiorem mel, lac,
uinum, oleum, aromatũ omne genus ingerunt: in inferiore epulum
præbetur pręſentibus, quale Perſarum reges ſolẽt in Parſargadis: de
inde materia ſuccenditur. quæ propter incendij magnitudinem ad
mille ſtadia plerunq; conſpicitur: ad quam negant propter aeris fer-
uorem propinquare poſſe quenquam per aliquot dies. ille igitur ſa-
crificabat more patrio. cæterum Sylla indignum cenſente Mithrida
tem fœderatũ bello infeſtari, miſſus eſt A. Gabinius, qui ſerio Mure-
næ denunciaret, abſtineret arma à rege: & Mithridatem cum Ario-
barzane reduceret in mutuam gratiam. in eo conuentu Mithridates
obſide tradito Ariobarzani filio quadrimulo, acceptaq; parte Cap-
padociæ quatenus eam occuparat præſidijs, non ſine auctario, con-
uiuium præbuit omnibus: propoſuitq; certum auri pondus his qui
bibacitate uel edacitate, dicterijs, cantu, cæteriſq; ſolẽnibus ludicris
uincerent, cuius ſolus expers fuit Gabinius. atq; ita ſecũdum Mithri-
daticum bellum anno tertio finitum eſt, cum Mithridates otium na-
ctus ſubegit Boſporum, & genti unum ex filijs Macharem regẽ de-
dit. inde Achæos aggreſſus Colchis finitimos, eorũ (ut quidam pu-
tant) qui à Troia reuertẽtes huc errore delati ſunt reliquias, duabus
partibus exercitus partim inſidiatorũ dolo partim aperto marte atq;
etiam inclementia frigoris amiſsis, domum reuerſus, in urbem miſit
qui leges fœderis cõſcriberẽt. Ariobarzanes quoq; miſit, ſiue ſpon-
te, ſiue incitatus ab alijs, qui patres docerent, ſe non recepiſſe Cappa
dociam, & maiorẽ eius partẽ retinere Mithridatẽ. qui iuſſus à Sylla
cedere Cappadocia ceſsit, rurſusq; aliam legationem miſit ad ſcri-
bendas leges fœderis. & quia defuncto iam Sylla magiſtratus ea de
re ad ſenatum non retulerunt, rex Tigranem generum ſubornauit
ut Cappadociam inuaderet. nec tamen id commentum Romanos la
tuit

tuit. Tigranes Cappadocia uelut indagine cincta ut nemo poſſet euadere, ad trecenta milia hominum abſtraxit in Armeniam, et agros eis ad incolendum cum alijs attribuit. ubi primum Armeniæ regni diadema ſibi impoſuit, & oppidum Tigranocertam à ſe denominauit, quaſi Græce dicas Tigranopolim. Dum hæc in Aſia geruntur, Sertorius Hiſpaniam prouinciam obtinens, & ipſam & accolas omnes in Romanos concitauit: & ex his quos circa ſe habebat, ſpeciem quandam ſenatus inſtituit. ex ea factione duo Lucij Manius & Fanius Mithridati ſuadebant ſocietatem Sertorij, quando magna pars Aſiæ propinquarumq; gentium ſpem ſucceſſus faceret. ille perſuaſus legatos miſit ad Sertorium. qui poſtquam eos in ſuum ſenatum introduxit, multa locutus de ſua gloria quæ in Pontum uſq; penetrarit, ut iam poſsit Romanos ab occidente ac oriente oppugnare pariter, fœdus cum Mithridate percuſsit, in quo ei conceſsit Aſiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociã, Gallogræciã. ducẽ quoq; ad eũ miſit M. Varium, cui duos L. addidit conſiliarios, Manium & Fanium. quibus autoribus Mithridates tertium & ultimum bellum Romanis intulit, in quo totum amiſit imperiũ, Sertorio mortuo in Hiſpania, contra ipſum uero miſsis ab urbe ducibus, primum Lucullo qui ſub Sylla claſsi præfuerat, deinde Pompeio, cuius auſpicijs uniuerſa Mithridatis ditio, & uicinæ huic regiones uſq; flumẽ Euphratem, uno impetu per occaſionem huius belli ſub imperium P. R. redactæ ſunt. Mithridates igitur iam ante uires Romanas expertus, & belli ſine cauſa repente moti nullam ſperans ueniam, totus erat in apparatu, de ſumma rerum iacturus aleam. æſtatis reliquum & integrã hiemem conſumpſit materie cædenda, fabricandisq; nauibus & armis: frumenti C C. medimnûm myriadas ad mare detulit. auxilia præſto ei fuere præter ueteres copias, Chalybes, Armenij, Scythæ, Tauri, Achæi, Heniochi, Leucoſyri, & qui circa Thermodontem fluuium terram colunt quam uocant Amazonum. hæc acceſſerunt in Aſia priſtinæ potentiæ. transmare uero in Europa Sarmatarum gentes, Baſilij, Iazyges, Coralli, Thracum item quæcũq; Iſtrum flumen, & Rhodopen Aemumq; montes accolunt, & inſuper Baſternæ omnium horum fortiſsimi. ita connumeratis etiam Europeis, cenſebantur bellatorum C X L M. peditum, equitum X V I M. ſequebatur caſtra & alia turba magna eorum qui uias muniebant aut deferebant ſarcinas, atq; etiam negotiatorum. Ineunte autem uere decurſione facta claſsium, ſacrificauit bellipotenti Ioui more conſueto, & Neptuno quadrigas alborum equorum in altum demerſit, atq; ita properauit in Paphlagoniam, ducibus exercitus Taxile & Hermocrate. quo

poſtquam uentum eſt, contionem ad milites habuit magniloquam
tum de ſuis maioribus tum de ſeipſo,quòd exigua regni pomœria in
immenſum auxiſſet,nec unquã præſens uictus eſſet à Romanis,quo
rum mox accuſauit immanem auaritiam & intemperãtiam, adeo ut
& Italiam ipſam & patriam in ſeruitutem redegerint. poſtremum
quoq; fœdus obijciebat,quod ideo differrent ſcribere, ut renouare
bellum per occaſionem integrum ſibi relinquerent. his belli cauſis
memoratis tranſijt ad extollendas ſuas copias apparatumq́; cæterũ,
& extenuandas res Romanorum à Sertorio tunc uehementer oppu
gnatorum in Hiſpania, & in Italia ſeditionibus domeſticis laboran-
tium.ideo,inquit, mare iam dudum à Piratis infeſtari negligũt, nul-
lis fulti ſociorum auxilijs, nullos habentes ſubditos niſi quos armis
ſub imperio continent. an non uidetis eorum optimates inquit, o-
ſtendens Varium & Lucios,hoſtes quidem patriæ, noſtros uero ſo
cios?his dictis irritato exercitu inuaſit Bithyniam,Nicomede nuper
ſine liberis defuncto,teſtamento relictam Ro.populo. huius præſes
Cotta uir imbellis admodum fugit Chalcedonẽ cum ſuis copijs, atq;
ita Bithynia rurſum ſub Mithridatis imperium redijt,Romanis un-
diq; Chalcedonem ad Cottam confluentibus.quam urbem cum rex
peteret,Cotta negotijs bellicis minime aſſuetus nõ prodijt, ſed claſ-
ſis eius præfectus nomine Nudus cum exercitus parte campum oc-
cupauit qua erat munitiſsimus, pulſusq́; inde refugit ad portã Chal-
cedonis laborioſe multa ſepta ſuperans: & in ipſa porta compreſsio
fuit ſimul irruentium. quo factum eſt ut perſecutores nullum telum
in eos fruſtra mitterent. ut uerò portæ cuſtodes demiſerunt clatros
præ metu,Nudum & aliquot alios præfectos ſubduxerunt funibus.
reliqui amicos inter & hoſtes cõtrucidati ſunt, incaſſum manus ten
dẽtes ad utroſq;. Mithridates utẽdum fortuna ratus, eadem die claſ-
ſem ad portũ admouit:perruptaq́; in ore portus cathena ferrea, qua
tuor hoſtiles naues incẽdit, reliquas ſexaginta ligatas ad puppes ſua-
rum abſtraxit, nec Nudo prohibente nec Cotta, qui ſe continebant
intra mœnia.deſiderata ſunt Romanorum M M M. & in his L.Manli
us ſenator. Mithridates è Baſternis qui primi portum inuaſerant,
amiſit x x.deinde L.Lucullus Cos. ad hoc bellum miſſus legionem
ſecum ex urbe adduxit: ad quam duabus Fimbrianis & alijs duabus
adiunctis, cum in uniuerſum haberet x x x M.peditum, M D C. equi
tes, circa Cyzicum caſtra cum Mithridate cõtulit. ubi cum ex tranſ-
fugis cognouiſſet regem habere circiter trecenta uirorum milia,cõ-
meatus his partim à frumentatoribus, partim mari ſubuectari, uer-
ſus ad ſuos ait ſe ſtatim hoſtes in poteſtatem redacturum abſq; certa
mine

mine, iuſsitq; eos promiſsi huius meminiſſe. cōſpicatus autem montem caſtris opportunum, quo occupato ipſe copiam habiturus erat cōmeatuum, hoſtes uerò inopiam, rem aggreſſus eſt ut maximi momenti ad uictoriam parãdam ſine periculo: cumq; unicus anguſtus eſſet in eum aditus, Mithridates hunc tenebat ualido præſidio, à Taxile ducibusq; alijs admonitus. at L. Manius arbiter fœderis icti cum Sertorio, poſt illius mortem clam ad Lucullum miſerat nuncium, à quo accepta fide, perſuaſit regi ſineret Romanos tranſire & caſtrametari pro libito. Fimbrianas enim legiones quæ aliquando militaſſent ſub Sertorio, uelle transfugere, & facturas id propediem. quid igitur opus eſſe ſudore & ſanguine, quando ſine certamine uincere liceat. huic conſilio Mithridates imprudenter aſſenſus ut nil ſuſpicans, paſſus eſt Romanos ſecure ſuperatis faucibus contra ſe magnũ montem munire: quo in poteſtatem redacto ipſis à tergo ſubuehendi erant cōmeatus libere: Mithridati contra lacu, montibus & fluuiis excluſo ab importationibus terreſtribus, tenuiter ſubminiſtrabantur, cum neq; pateret exitus, neq; ui repellere poſſet Lucullũ ob neglectam locorum opportunitatem, & imminens hiems etiam maritimas importationes eſſet impeditura. quæ uidens Lucullus amicis ſuum promiſſum reuocabat in memoriam, & rem quaſi iam confectam eis oſtẽdebat. Mithridates quãuis fortaſſe potuiſſet tunc quoq; cum tanta multitudine per medios hoſtes erumpere, hoc tamen neglexit, malens ad oppugnationem Cyzici uti his quæ parauerat, ratus hoc remediũ fore ſimul difficultati locorum & egeſtati: & quia milite abũdabat, omnibus operibus rem aggreſſus eſt, & nauale circundans muro duplici, & reliqua urbis circũuallans, aggeres quoq; multos excitando, turresq; ligneas fabricando & arietes tectos teſtudinibus, eminente inter cæteras machinas Helepoli centum cubitorum, ſupra quam alia turris aſſurgebat, catapultis inſtructa eiaculantibus ſaxa telaq; uaria. ad portum autem duæ quinqueremes coniunctæ aliam turrim inferebant, unde pons in murum inijceretur: omnibus uero paratis primum tria milia Cyzicenorum captiuorum in nauibus ad urbem admouit, qui manus tendentes ad mœnia, orabant ut ſibi periclitantibus ciues parcerent, donec Lyſiſtratus Cyzicenorum dux è muro per præconem eos monuit, ut ſemel in alienã poteſtatem redacti fortunam ferrent fortiter. Mithridates hoc conatu fruſtratus, impoſitam nauibus machinã admouit ad murũ: moxq; demiſſo ponte procurrerũt quatuor milites. ibi rei nouitate perculſi Cyziceni ceſſerunt nõnihil, uerum cæteris ſubſequi cunctatibus, receperũt animos & quatuor illos eiecerũt, perfuſiſq; pice nauibus

& immiſſo igne coegerunt eas retro ſe recipere unà cum machina. atq; ita repulſa eſt oppugnatio maritima. eadem die tertio ſimul omnes à terra ſunt admotæ machinæ, oppidanis ultro citroq; tranſcurſantibus quacunq; laboraretur maximè. qui arietes aut ſaxis immiſſis præfringebant, aut iniectis laqueis deflectebant, aut ictus eorum molliebant obiectis lana refertis peronibus. tela uero ignita excipiebant cētonibus aceto & aqua madidis, cæterorum ueſtibus aut pannis oppanſis infringebant impetum. in ſumma, nihil inexpertum relinquebant, quod humana poteſt conferre alacritas. attamē omnem laborem patientiſsime ferentes efficere non potuerūt quin pars mœnium exuſta corrueret ſub ueſperam. ſed propter calorem incendij nemo ſuſtinuit irrumpere: uerum ipſi Cyziceni noctu ſubſtruxerūt munitionem aliam. per eoſdem dies procella uehemens coorta reliquas regis machinas ſic lacerauit ut inutiles redderet. Fertur hác urbem in dotem à Ioue datam Proſerpinæ, quam Cyziceni uenerātur præ omnibus numinibus. cuius ſolenni redeunte in quo atram bouem immolant, illi nullam talem habētes è paſta finxerunt hoſtiam. interim atra bos ex alto ad eos pernatauit, & in ore portus clauſtra ſub aquis euaſit, atq; ita per mediam urbem curſu ad deæ tēplum delata ante aram conſtitit. hanc Cyziceni egregia ſpe concepta immolarunt. amici autem Mithridati conſulebant ut ab urbe ſacrata claſſem ſolueret. qui nil motus aſcendit imminētem montem Dindymum, & ab eo duxit continentem ad muros urbis aggerem, in quem impoſitis turribus, cuniculis quoq; ſuffodiebat & ſuſpendebat mœnia. equos uerò tunc inutiles & infirmos ob inediam, claudicantesq; ſolearū inopia detritis ungulis, auerſis ab hoſte itineribus miſit in Bithyniam. hos Lucullus aſſecutus in traiectu Rhyndaci, magna edita ſtrage cepit uirorum fermè quindecim milia, equorū uero ſex milia, & magnum iumentorum numerum. Dum hæc ad Cyzicum geruntur, Eumachus Mithridatis dux incurſionibus infeſtans Phrygiam multos Romanos interfecit cum liberis & cōiugibus, Piſidas ac Iſauros ſubigens & Ciliciam, donec Deiotarus unus è tetrarchis Gallogræciæ uagantem aſſecutus repreſsit cum magna clade hoſtium. interim Mithridates hieme ſuperueniente priuatus eſt & maritimis cōmeatibus ſi quos habuerat. itaq; omnino fame premebaē exercitus, quidam etiam emoriebantur. alij cadaueribus ueſcebantur more barbarico, alij herbas in cibum uertendo morbos ſibi contrahebant, quorum inſepulta corpora peſtem inuexerunt inſuper. durabāt tamen Mithridates ſperans expugnari poſſe Cyzicum aggeribus quos ducebat à Dindymo. ut uero & hos ſuffoderunt Cyziceni, incenderuntq;

runtq́; machinas, & non ignari hoſtem fame debilitatum uexabant eum crebris eruptionibus, Mithridates decreuit fugere, idq́; noctu fecit ipſe claſſe prouectus Pariũ, exercitus itinere terreſtri petijt Lampſacum. in eo fluuius Aeſepus tunc ſolito tumidior, & Lucullus traijcientes aſſecutus, multos abſumpſit. ita Cyziceni tantos conatus regis euaſerunt, tum ſuapte uirtute, tum beneficio Luculli qui eum fame premebat: qua de cauſa hodieq; ludos in honorẽ eius celebrant, quos uocant Lucullea. Mithridates ſuos Lampſacum compulſos & obſeſſos à Lucullo, claſſe illùc miſſa exportauit unà cum Lampſacenis: relictisq; decem millibus ſelectorum in nauibus L. ſub Vario duce Sertoriano, & Alexandro Paphlagone, & Dionyſio eunucho, cũ maiore parte earum petijt Nicomediam. uerum & harum et illarum multæ tempeſtate perierunt. Lucullus poſtquã terra geſsit rem proſpere fame adiutus, naues ex Aſia cõtractas ſuis legatis diſtribuit. ex his Triarius Apameam appulſus urbem ui cepit, & Apamenorum in fanis ad quæ confugerant, magnã cædem edidit. Barba uero Pruſiadem ſub monte ſitam & Nicæam occupauit, deſertas à Mithridatis præſidijs. Lucullus apud Achæorum portum cepit tredecim naues hoſtium. Varium autem & Alexandrũ & Dionyſium circa Lemnum adeptus in deſerta inſula, ubi monſtratur ara Philoctetæ cum æreo ſerpente arcuq; & thorace reuincto faſcijs, monumenta calamitatis illius herois, concitatis nauibus contemptim in eos inuectus eſt. quibus conſtanter manentibus cohibuit remigium, & binas naues emittendo ex agmine, uolebat eos prolicere. cumq́; illi non proueherentur contra, ſed à terra ſe defenderent, circũmiſit alias naues quæ diuerſa parte pedites in inſulam exponerent, atq; ita hoſtes in naues compulit. qui metu Luculli non auſi altum petere, oram legebant, & terra mariq́; impugnati uulnerabantur, cum magna cæde ac conſternatione fugientium. tres illi duces in ſpeluncæ latebris capti ſunt, è quibus Dionyſius epoto quod ſecum habebat ueneno mox exſpirauit. Varius Luculli iuſſu occiſus eſt. non placebat enim Ro. ſenatorem in triumpho duci. cæterum Alexander ad eam pompam ſeruatus eſt, & Lucullus de ſuis rebus geſtis ad ſenatum miſit laureatas literas, ut mos eſt uictoribus. ipſe properauit in Bithyniam. Mithridates Pontum petens bis tempeſtatem paſſus eſt, amiſitq́; hoc infortunio uirorum circiter decem milia, & naues circiter ſexaginta: reliquæ diſiectæ ſunt, ut quanq; uentus abſtulit. ipſe prætoria rimis fatiſcente, in Piraticum nauigium, amicis uetantibus, tamen inſcendit: atque ita Sinopem à prædonibus peruectus eſt incolumis. inde Amiſum ſubuectus, & ad generum Tigranem Armenium, & ad Ma

charem filium regnantem in Boſporo, miſit qui propere contrahe-rēt auxilia. ad Scythas quoq; finitimos cum multis donis & magno auri pōdere Dioclem ire iuſsit, ſed ille & cum donis & cum auro ad Lucullum trāsfugit, qui uſus uictoria promouebat exercitum, & obiter omnia ſubigens deprædabatur: moxq́; ut in regione fortunata & diu bello intacta, mancipium uendebatur drachmis quatuor, bos drachma, capra, oues, ueſtes, & reliqua, pari uilitate precij. deinde Lucullus oppugnauit Amiſum et Eupatoriam, quam iuxta Amiſum Mithridates condidit & appellauit de ſuo cognomine, fecitq; regiam. pars uero exercitus ad Themiſcyram oppugnandam miſſa eſt, dictam ab Amazone quadam, ſitam ad Thermodontem fluuium. hi contra Themiſcyrenſes turribus utebantur & aggeribus, & cuniculos tam amplos fodiebant, ut in eis pugnæ cōmitterentur ſubterraneæ. hos oppidani ſuperne aperiebant, & per foramina demittebant in operarios urſas aliasq; beſtias et apum examina. at apud Amiſum laborabatur alijs difficultatibus, dum Amiſenſes repugnāt ſtrenue, nōnunquam erumpendo, atq; etiam prouocando ad ſingularia certamina. eò Mithridates large cōmeatus, arma, milites, ſubmittebat è Cabiris, ubi hibernans colligebat alium exercitum. & conuenerunt peditum XL. equitum quatuor M. inſtāte autem uere Lucullus per montana contra regem profectus eſt, qui ſtationes diſpoſuerat eum prohibituras, & ignibus ſignificaturas ſiquid accideret. his præerat Phœnix uir regij generis: qui dedit quidem ex pacto ſignū aduentus Luculli, uerum ipſe ad eum transfugit cum ſuis copijs: & ille ſuperatis iam ſecure montibus deſcendit ad Cabira. ibi equeſtri prælio uictus à regijs, retro ad montes ſe recepit. eius equitum præfectus Pompeius ad Mithridatē adductus ſaucius, rogatusq; quam gratiam pro ſalute poſſet reddere, Magnā, inquit, ſi Luculli amicus fueris. ſin minus, ne deliberatione quidem opus habeo. poſt hoc reſponſum uolentibus eum occidere barbaris non permiſit rex, negās ſe ſæuiturum in uirtutem deſtitutam à fortuna. deinde per continuos aliquot dies productis in aciem copijs, cum Lucullus in æquum locum non deſcenderet, ipſe qua montem aſcenderet circumſpiciebat. interim Olcaba homo Scytha qui dudum ad Lucullum transfugerat, & in proximo equeſtri pręlio multos ſeruauerat, ideo ad menſæ conſiliorumq; ac ſecretorum ſocietatem admiſſus, uenit ad eum meridiantem in tentorio, uolebatq; irrumpere, breui tantum pugione accinctus ex more. cumq; prohiberetur indignabatur, dicēs neceſsitatem quandam poſtulare ut excitaretur imperator. famulis autem negantibus quicquā magis neceſſarium Lucullo quàm ſalutem, mox

mox aſcenſo equo ad Mithridatem tranſcurrit, ſiue ſuſpectū ſe credens, ſiue iratus ob acceptam ut exiſtimabat iniuriam. ad regem autem detulit alium Scytham nomine Sobadacum, quod de transfugiendo ad Lucullum cogitaret: qui ſtatim comprehenſus eſt. Lucullus deſcenſum in campos cauens præpollentibus equitatu hoſtibus, nec uidens tranſitum alium, reperit in ſpelunca uenatorem peritum montanorum callium, quo ductore uſus per uias nulli tritas peruenit ſupra caput Mithridatis, deſcenditq; tunc quoq; cāpis uitatis propter equites, & poſt eluuiem quādam aqua plenam caſtra poſuit. ibi deficiente cōmeatu, frumentatum mittebat in Cappadociam, & crebro uelitabatur cum hoſtibus, donec fugientibus aliquando regijs Mithridates è caſtris procurrens ſuos obiurgatos è fuga reuertere coegit, tantumq; pauorem incuſsit Romanis, ut perpetuo curſu in montana refugerent, etiam poſtquam à perſequendo deſtitiſſent regij, & quiſq; proximum à tergo fugæ ſocium tāquam perſecutorem fugeret. tantus pauor omnes occupauerat. eius uictoriæ nuncios Mithridates circa omnes terras dimiſit. equitatus autem magnam partem, & eam quidem pugnæ cupidiſsimam, iuſsit inſidiari frumentatoribus è Cappadocia Lucullo cōmeatus afferentibus, ſperans ſe redacturū eum ad talem inopiam, qualem ipſe ad Cyzicum paſſus fuerat. & erat id egregium cōmentum, Lucullum cōmeatibus quos ſola Cappadocia ſuppeditabat excludere. uerum equites regij cum in primum agmen frumentatorum incidiſſent in quibuſdam faucibus, non expectato dum in patentiora loca procederet, non potuerunt equis uti in anguſtijs. Romani interim celeriter ex agmine ſtructis ordinibus, alios ex regijs occiderunt adiuti locorum aſperitate, alios per rupes impulerunt præcipites, alios turmatim diſperſos coegerūt fugere. pauci noctu in caſtra euaſerūt, qui ſoli crediti ſupereſſe incolumes, cladis per ſe magnæ famam maiorem fecerunt. ea non tam cito ad Lucullum quàm ad Mithridatem peruenit: qui ratus Lucullū in ſe deſtitutum equitatu quamprimum facturum impetum, de fuga cogitauit præ metu, & id conſilium amicis ſtatim aperuit in ſuo tentorio. at illi non expectato ſigno uaſa colligendi, pro ſe quiſq; ante lucē è caſtris emittebant ſarcinas, adeo ut in portis iumēta præ multitudine ſe inuicem comprimerent. exercitus uero id uidens, & agaſones agnoſcens, pauore ſuſpicionem augente indigne ferens non datum ſignum etiam ſibi, uallum cum ira uno impetu proruit: paſſimq; totis campis diffugiebāt nullo ordine, qua quiſq; poterat, nō expectatis ducum ac præfectorū imperijs. quæ ubi rex ſenſit tumultuarie præpropereq; fieri, procurrit è ſuo tētorio dicturus aliquid,

ſed cum à nemine audiretur, compreſſus in turba cõcidit: moxq́; in
equum ſublatus cum paucis ad montes properabat. Lucullus certi-
or factus de frumẽtatorum uictoria, uidensq́; fugam hoſtium, miſit
magnam manum equitũ quæ fugientes perſequeretur. eos uero qui
in caſtris adhuc reliqui ad reſiſtendum ſe parabant, circumdedit le-
gionibus: edixitq́; ut tantiſper à rapinis abſtinerent, dum ſatisfieret
cædibus. at miles conſpectis multis uaſis aureis & argenteis, pretio-
ſisq́; ueſtibus, edicti oblitus eſt. ipſum quoq; Mithridatem, qui iam
habebatur in manibus, cõciſa muli aurum ferẽtis ſarcina, dum illud
prolapſum certatim colligũt, paſſi ſunt in Comana euadere. unde ad
Tigranem profugit cum M M. equitum, qui in conſpectum ſuum nõ
admiſſũ iuſsit in caſtellis ali more regio. ea maxime de cauſa Mithri-
dates de regno deſperans, Bacchum eunuchum miſit ad ſuam regi-
am, ut ſorores, uxores, concubinas, quomodocunq; poſſet interime-
ret. quæ gladijs, uenenis, laqueis, in ſeipſas ſæuierũt. hæc animaduer-
tentes præfecti præſidiorum Mithridatis, unanimiter ad Lucullum
tranſibant paucis exceptis. qui poſtquam obeundo prouinciam con
ſtituit, ad maritimas quoq; Ponti urbes claſſem appellẽs, cepit Ama-
ſtrim & Heracleam & cæteras. Sinope uero adhuc reſiſtebat con-
ſtanter, & ſatis proſpere depugnauit nauali prælio: cæterũ poſtquã
oppugnari ceperunt, incenſis nauibus grauioribus, leuioribus ue-
rò conſcenſis, aufugerunt. Lucullus eam ciuitatem mox fecit liberã,
ſomnio tali monitus. Autolycum ferunt expeditionis ab Hercule in
Amazonas ſuſceptæ ſocium, tempeſtate appulſum Sinopen, ibi re-
gnaſſe, & poſt mortẽ quoq; religioſum ibi habuiſſe oraculum. hunc
Sinopenſes aſcituri fugæ comitem, pannis obuolutum conſtrinxe-
runt funiculis: Lucullus ignarus rei, nec à quoquam monitus, uiſus
eſt ſibi uidere illum uocantem: & inſequenti die cum quidam ſtatu-
am obuolutam ferrent præter eum, ſolutis ipſius iuſſu inuolucris ta
lem uidit qualis ſpecies ei noctu obuerſata fuerat. & his quidem ſom
nium profuit. cæterum Lucullus poſt Sinopen Amiſum etiam reſti-
tuit ſuis ciuibus, qui pariter per mare profugerãt. cumq́; audiſſet de-
ductam eò ab Athenienſibus dum maris imperium tenebant, colo-
niam, & reip. adminiſtrationẽ ibi fuiſſe penes populum, etiam cum
ciuitas pareret Perſarum regibus, & rurſum mandato Alexãdri reſti
tutos libertati priſtinæ, ſeruire pòſt coactos regibus Ponticis: miſe-
ratus eos & Alexandri erga Atticos fauorem æmulans, iuſsit eſſe li-
beros: Sinopenſes quoq; in ſuam ciuitatem reuocauit celeriter. ita Si
nopæ Amiſoq; deſolatis Lucullus habitatores reſtituit: acceptaq́; à
Machare Mithridatis filio rege Boſpori corona aurea, amicum eum
appellauit

appellauit.Mithridatem uerò quæſiuit apud Tigranem : reuerſusq; obiter in Aſiam adhuc mulctæ à Sylla impoſitæ nomine debentem quartam partem fructuum, tributa pro ædium modo & ſeruorum numero ſtatuit, & uotiua ſacra pro uictoria dijs perſoluit, ac ſi iam debellatum eſſet.peractis ſacris contra Tigranem non dedentem exposcenti Mithridatem,mouit cum duabus lectis legionibus & D. equitibus.transductisq; trans Euphratem copijs iter faciebat ſolas pecunias exigens à barbaris.nam regionum earum incolæ abhorrebāt ab armis, nec dignabātur ſe medios ingerere Tigrani & Lucullo dimicantibus,nec quiſquam Luculli aduētum indicauit Tigrani.nam primus qui nunciarat,ſuſpenſus eſt tanquam turbator populi. ut uero tandem ſenſit, Mithrobarzanem præmiſit cum duobus milibus equitū,qui Luculli curſum impediret.Mancæum uerò Tigranocertę iuſsit eſſe præſidio,quam urbem ut ſupra dixi rex in honorem ſuum ibi condidit, & optimatibus eò conuocatis mulctam impoſuit, ut bona quæcunq; illuc non transferrentur fierent publica. urbem circundedit mœnibus quinquaginta cubitorum altitudine, quæ in imo referta erant equorum ſtabulis:regiamq; ibi fecit & hortos amplos in ſuburbijs, additis piſcinis & ferarum uiuarijs. arcem quoq; in proximo extruxit ualidam.quibus omnibus tunc Mancæi cōmiſſis fidei,obibat regionem colligens exercitum. cæterum Mithrobarzanem Lucullus primo congreſſu ſuperatum perſequebatur. Mancęo uerò Sextilius intra Tigranocertam compulſo, regiam mox extra mœnia ſitam diripuit, urbem arcemq; circūuallauit, admotisq; machinis,cuniculis etiā ſuffodit mœnia.His negotijs occupato Sextilio,Tigranes coactis fermè CCL M.peditum, equitum L M. partem eorum præmiſit Tigranocertam circiter ſex milia, qui per medium Romanorum agmen facto impetu, ereptas reduxerunt concubinas regias.cum reliquo exercitu Tigranes ipſe contra Lucullum profectus eſt. quem Mithridates tum primum conueniens,ſuadebat ne ſigna cum Romanis conferret, ſed cum equitatu tantum circumcurſando,agrosq; uaſtando,ad famem eos ſi poſſet redigeret:quemadmodum ipſe à Lucullo preſſus ad Cyzicum ſine certamine amiſerat exercitum. id cōſilium irridens barbarus procedebat inſtructa acie: conſpicatusq;Romanorum paucitatem dicterio petijt.Si legati ſunt hi,multi ſunt:quòd ſi hoſtes,perpauci. Lucullus poſtquam animaduertit à tergo Tigranis opportunum tumulum, equites in frontem immiſit qui proritarent hoſtem & in ſe uerterēt,atq; etiam ultro cederent, ut barbari perſequendo turbarent ſuos ordines. ipſe peditibus ad tumulum circumductis aſcendit non ſentientibus hoſtibus.

ut uero

ut uerò uidit eos quaſi iam uictores diſperſos in perſequendo, & im pedimenta eorum omnia ſub tumulo, exclamauit, Vicimus milites: primuſq; curſu inuaſit iumenta cum ſarcinis. quæ magno impetu fugientia incurrerunt in pedites, & hi rurſum in equites, moxq; effuſa fuga facta eſt. nam & illi qui perſequendo longe à ſuis procurrerãt, Romano equitatu in eos conuerſo cædebantur, & iumenta in alios incurrebant ut exagitata. comprimentibuſq; ſe omnibus præ multitudine, neq; planè ſcientibus unde eſſet cladis initium, ingens cædes patrabatur, nemine quenquam ſpoliante. id enim Lucullus edicto uetuerat, grauem pœnam interminatus ſecus facientibus. itaq; & armillas & torques calcando cõtinuarunt cædem per CXX. ſtadia, donec nox ſuperuenit. tum demum reuerſi ſpoliabant cadauera, Lucullo iam permittente. poſt eam cladem Mancęus Tigranocertæ præfectus uniuerſos Gręcos milites mercenarios exarmauit ut ſuſpectos. qui ueriti ne comprehenderentur, arreptis fuſtibus congregati & incedebant & quieſcebant. Mancæo uerò cum armatis barbaris eos inuadente, obuolutis ueſte brachijs uice clypei, audenter in eos fecerunt impetum: & quotquot occidiſſent, eorum arma ſtatim inter ſe partiebantur. cumq; ſatis armorum uiderentur nacti pro tempore, occupatis aliquot turribus quibus diſtinguebantur mœnia, uocabãt ad ſe Romanos obſeſſores, & aſcẽdẽtes recipiebant intra mœnia. ita Tigranocerta capta ingẽti pręda ditauit exercitũ, utpote urbs recẽs condita, ambitioſe contractis undiq; incolis. Tigranes & Mithridates obeundo regiones colligebant alium exercitum, cuius præfectura Mithridati eſt credita, quem alter putabat iam ſatis doctum ſuis calamitatibus, ad Parthos quoq; miſerunt qui auxilia peterẽt. ſed cum Lucullus quoq; per legatos regem eorum ſollicitaſſet, ut aut ſibi potius auxiliaretur, aut ſpectator eſſet certaminis, ille utriq; clam pollicitus, miſit neutri. at Mithridates oppidatim inſtruxerat armorum fabricas, & delectus habens conſcripſit fermè ommes Armenios. ex quibus ſelectis fortiſsimorũ LXX M. peditum, & dimidio equitum, reliquos dimiſit. hos uerò in turmas & cohortes digeſtos proxime ad diſciplinam Italicam, tradidit exercẽdos uiris Ponticis. ad quos adventante Lucullo, Mithridates peditatum omnem & partem equitatus in colle continuit. cum reliquo Tigranes Romanos frumentatores adortus uictus eſt, unde poſtea ſecurius frumentabantur etiam ex propinquis locis Mithridati, & caſtra admouerũt propius. Tigranem uerò rurſus aduentantem puluis indicauit: & decreuerãt Lucullum includere in medio. quod ille intelligens præmiſit robur equitũ, ut quàm longiſsime prouecti cum Tigrane confligerent priuſquam agmen eius inſtrueretur in aciem. ipſe Mithridatem ad certamen

tamen prouocando & circumuallando elicere non potuit,donec fames ſuperueniens omnes infecta re abire coegit: Tigranē in interiorem Armeniam,Mithridatem in Pontum ad regni ſui reliquias.hūc ſequebantur propriorum quatuor milia,& totidem accepti à Tigrane. Lucullus uerò eū perſecutus eſt, coactus & ipſe reuerti propter inopiam.ſed Mithridates celerius confecto itinere,aggreſſus eſt Fabium ducem à Lucullo relictum, & in fugam uertit quingentis in ea pugna occiſis. Fabius uerò liberatis ſeruis quotquot caſtra ſequebantur,rurſus per totam diem dubio marte pugnauit,donec Mithridates ſaxo ictus in genu,& telo ſub oculo ſaucius,elatus eſt è pręlio celeriter: unde per multos dies ceſſatum eſt,ſiue ſolicitis de ſalute regis hoſtibus, ſiue propter multitudinem uulnerum quieſcentibus.curabant autem regem Agari gens Scythica, remedijs cōfectis è ſerpentum uirulentia, qui propterea ſemper ſequūtur comitatum regium. cæterum Fabio ſucceſsit Triarius, à Lucullo nouum adducens exercitum. nec multò poſt cum progreſſus eſſet in aciem contra Mithridatem,procella qualis nulla ante in omni hominum memoria exorta eſt,quę in utriſq; caſtris diſiecit tentoria,iumenta trāſuerſum egit per deuia,præcipitauit etiam nonnullos milites.& tunc quidem utriq; retroceſſerunt.cum autem nunciaretur aduentus Luculli,Triarius abſente illo depugnare cupiens, ante lucē inuaſit ſtationes Mithridatis. cumq; diu pari uirtute certaſſent, tandem rex in ſuo cornu connixus incepit uictoriam, & diſtractis hoſtibus peditatum eorum in foſſam quandam cœnoſam compulit, ubi cædebantur impune ſidente ueſtigio.uſus deinde uictoria perſequebatur animoſe per campos equites,donec quidam Ro.centurio, qui ſpecie famuli equitantem curſu æquabat, in femur eum percuſsit grauiter, quòd tergum eius non ſperaret ſe poſſe per thoracem perfodere. & hunc quidem ſtatim in fruſta conciderunt proximi,Mithridates uerò in extremam aciem relatus eſt. amici regij ſuis egregie uincētibus ſignum propere dederūt receptui. id ut inopinatum trepidationem iniecit pugnantibus, ueritis ne forte aliunde aliquid mali acciderit,donec re cognita ſtatim ibi in campo tumultuarie circunſtiterunt corpus regium.tandem Timotheus medicus cohibito ſanguine ſublimem eis oſtēdit: ſicut olim in India Macedonibus de Alexandro ſolicitis,rex ipſe in naui ſe curandum præbuit, ut eſſet ſpectaculo omnibus.Mithridates poſtquam recollegit animum,ſtatim reprehendit eos qui ſignum receptui dederant, & ea ipſa die Romanis caſtris admouit exercitum: quæ iam deſerta erant pauore militum.inter cadauera reperti ſunt tribuni uigintiquatuor, cēturiores CL. quantus

præfecto

præfectorum numerus haud temere in ulla Romanorum clade deſi-
deratus eſt. uictor in Armeniam, quam Romani minorem uocant,
ſe recepit, cõmeatus qui deportari poterant ſecum auferẽs, cæteros
uero corrumpens, ne Lucullo uenienti eſſent uſui. quo tempore A-
tilius Romanus ſenator, qui iudicij metu dudũ profugus ad Mithri-
datem in amicitiam eius receptus fuerat, deprehẽſus eſt regi ſtruere
inſidias. quẽ ille pro dignitatis priſtinæ reuerẽtia torqueri uetitum,
ſimplici morte necauit, cæterum cõſcios excruciauit grauiter. liberti
uero cũ quibus Atilius cõſiliũ cõmunicarat, illęſi dimiſsi ſunt, ut pa-
troni ſui miniſtri. ubi uerò Lucullus cum Mithridate caſtra cõtulit,
Aſię procõſul dimiſsis circa populos præconibus pronũciauit, Lu-
cullum incuſari à ſenatu quòd bellum diutius iuſto protraheret. pro-
inde ſenatum miſſum facere eius exercitum, publicaturum bona eo-
rum, qui uoluntati ſuæ non paruerint. quibus ad exercitũ perlatis,
mox diffluebant milites, exceptis paucis, qui admodum pauperes,
ideoq; mulctam non timentes, maluerunt apud Lucullum permane-
re. atq; ita nec Luculli ductu bellum Mithridaticũ ullum certum aut
firmum finem habuit. deficientibus enim ſocijs in Italia, & urgente
fame propter occupata à piratis maria, intempeſtiuum uiſum eſt tan-
to bello inuolui, priuſquam amouerẽtur præſentes moleſtiæ. quod
etiam Mithridates intelligẽs inuaſit Cappadociam, & proprium re-
gnum muniuit, diſsimulantibus Romanis, donec repurgarẽtur ma-
ria: quod poſtquam ſucceſsit, & piratarum profligator Pompeius
Aſiam attigit, mox reſumptum eſt bellum Mithridaticum, & com-
miſſum Pompeio imperatori. quapropter cũ pars ſint Pompeianæ
expeditionis quæ ille in mari geſsit ante bellum Mithridaticum, nec
ad ullam aliam hiſtoriam proprie pertineant, libet mihi in hoc loco
ea percurrere. Mithridates dum primum bellum aduerſus Romanos
gereret, Aſiam tum obtinens, Sylla grauibus negotijs occupato in
Græcia, ratus non diuturnum fore in Aſia ſuum imperium, & alijs
iam dictis modis uaſtauit eam prouinciam, & mari piratas immiſit.
qui primum paucis nauiculis uagi latrocinabantur. bello uerò feruẽ-
te aucti numero, magnas quoq; naues ſibi parauerunt. guſtatis dein-
de lucris non mediocribus, ne uicto quidem aut pacato aut fugien-
te rege ipſi deſiſtebãt. qui enim facultates & patrias propter bellum
amiſerant, ad ſummã egeſtatẽ redacti, relictis terris quæſtũ faciebãt
è mari, myoparonibus primum & hemiolijs, deinde dicrotis & tri-
remibus oberrantes, ductantibus archipiratis certas manus prædo-
num quaſi bello legitimo, & oppida parum munita inuadẽtibus: in-
terdum etiam munitorum muros perfodientibus aut quaſſantibus:

quæ

quæ ui capta deprædabantur, & ditiores abducebant in ſua receptacula, ut ſe pretio redimerent, & indentes ſuis lucris ſpecioſa uocabula, abdicato piratarum nomine, appellabāt ſe milites mercenarios. opifices quoq; uinctos habebant, & non deſinebant materiā lignorum, ferri ærisq; cōgerere. elati enim lucrorum amplitudine, & certi permanere in eo uitæ genere, gerebant ſe pro tyrannis & regibus, & exercitibus ſe cōferentes inexpugnabiles exiſtimabant ſi coirent in unum, fabricando naues armaq;, maxime in Cilicia cognomine aſpera, quam cōmune omnium faciebant receptaculum, ceu belli ſedem præcipuam. habebant quidem paſsim caſtella, arces, deſertas inſulas, ſtationesq; occultas nauium, ſed potiſsimū excurrebāt ex hac parte Ciliciæ aſpera importuoſaq; & altiſsimis aſſurgente cacuminibus. unde ab omnibus comuni nomine appellabantur Cilices, quod malum id ortum in Cilicia, in ſocietatem Syros, Cyprios, Pamphylios, Ponticos & fermè omnes oriētales gentes pertraxit: qui propter diuturnitatem belli Mithridatici malentes inferre damna quàm perpeti, mari terram mutarunt, ut breuiſsimo tempore exorta ſint eorum multa milia. nec ſolum mare quod orientis oras alluit habuerūt in poteſtate, ſed quàm late patet uſq; columnas Herculis. nam & prętores Ro. aliquot uicerunt naualibus prælijs, & in his prætorem Siciliæ. circa quam inſulam nemo nauigare audebat, agris quoq; à cultoribus deſertis propter incurſationes continuas, cum non leui urbis Romanæ incōmodo, uel quòd uexarent eius prouinciæ, uel quòd urbanam multitudinem inde fames premeret. & erat difficile delere tantas nauales copias, terra & mari diſpertitas circumquaq;, expeditas ad fugiendum, non è ſuis patrijs, non ex apertis locis excurrētes, nec lares ullos aut quicquam proprium habētes, ſed quicquid in manus incideret. quapropter tam inſolita belli omnibus legibus ſoluti ratio, in qua nil certum eſſet, nil conſpicuum, cunctis ob perplexitatem erat formidabilis. nam nec Murena hos prædones aggreſſus quicquam effecit memorabile, nec poſt eum Seruilius Iſauricus: ſed iam exſcendebant contemptim etiam in Italię maritima circa Brundiſium ac Etruriam, abripueruntq; exſpatiantes aliquot nobiles fœminas, & duos exercitus unà cum ipſis aquilis. quas clades ignominiasq; Romani non ferentes amplius, eum cuius tum inclyta fama erat Pompeium lege lata imperatorem creauerunt in triennium, qui toto mari quod eſt intra columnas Herculis, & in maritimis prouincijs uſq; ad quadringētesimum à mari ſtadium, poteſtatem haberet imperandi regibus, præſidibus, ciuitatibus, ut iuuarent ſe rebus omnibus. delectus quoq; habere illi permiſerunt, & pecunias colligere.

ex ordinarijs etiam legionibus tradiderũt ei exercitũ, & naues quot-
quot habebant, tum innumerato V I M. talentorum atticorum. adeo
laborioſa res uiſa eſt tot nauales exercitus in tanto mari & tot late-
bris perſequi, refugientes facile, rurſumq́; infeſtantes ex improui-
ſo. nec ullus unquam Ro. imperator ante Pompeium cum tanta po
teſtate profectus eſt. cui mox repræſentatæ ſunt copiæ C X X M. pedi
tum, equitum I I I I M. naues annumeratis hemiolijs C C L X X. legati
ſenatores X X V. quibus Pompeius mare diſtribuit, datis cuiq; naui
bus, equitibus, peditibus & prætorijs inſignijs, ita ut quiſq; merum
imperium haberet in parte fidei ſuæ credita. ipſe quaſi rex regum cir
cumcurſaret & uiſeret manentem quenq; in ſtatione ſua, ne perſe-
quendo piratas priuſquam uno loco abſolueret uictoriam, diſtrahe
retur in alia, ſed eſſent ubiq; qui ſuccurrentes ſibi mutuo, piratas ua
gando elabi non ſinerent. ita conſtitutis rebus omnibus & ordina-
tis poteſtatibus Hiſpaniam & columnas Herculis Tib. Neronē unà
cum Manlio Torquato iuſsit curare, Gallicum Liguſticumq́; mare
attribuit M. Pomponio. Africam cum Sardinia Corſicaq́; & propin
quis inſulis Lentulo Marcellino & P. Attilio. oram Italiæ L. Gellio
& Cn. Lentulo. à Siciliæ littoribus ad Acarnaniã Ionium mare Plo-
tio Varo Terentioq́; Varroni ſeruandum ex eadem ordinatione ob
tigit. L. Cinnæ Peloponneſus, Attica, Eubœa, Theſſalia, Macedonia,
Bœotia. Aegeum uero uniuerſum & Helleſpontus L. Cullio. Bithy-
nia, Thracia, Propõtis, os ponti, P. Piſoni. Lycia uero & Pamphylia,
Cyprus & Phœnicia Metello Nepoti. ad hunc modum ab eo diſpo-
ſiti ſunt duces qui iuxta conſtitutam rationem uel impugnarent prę
dones uel arcerent, ut ab alijs exagitatos exciperent alij, ne quis per-
ſequendo proueheretur longius, neue longinquis nauigationibus
res diu protraheret. ipſe uero uolitans omnes inuiſebat, & perluſtra-
to intra dies quadraginta tractu occidentali, Romam uenit atq; inde
Brundiſium. à Brundiſio uerò uectus per tot ac tanta orientis ſpa-
tia, perterruit omnes celeritate aduentus & apparatus magnitudine,
expectationeq́; ducis tam inclyti: adeo ut piratæ qui uidebãtur ultro
laceſsituri, aut certe difficilem ei reddituri uictoriam, præ metu mox
oppugnationes urbium reliquerint, & in ſuas arces ac ſtationes ſe re
ceperint, atq; ita Pompeius ſine certamine maria perpurgauerit, pi-
ratæ uerò à prætoribus in ſua cuiuſq; prouincia in poteſtatem reda-
cti ſint. ipſe Ciliciam petijt cum uarijs militum copijs & machinarũ
magno numero, exiſtimans eorum arces in rupibus ſitas oppugnan
das modis omnibus. ſed nihil his opus habuit, ſola enim celebritas
nominis & amplitudo apparatus ita prædones perterruerat, ut ſpe-
rantes

rantes clementiorem uictorem ſi abſtinerent à certamine, primum hi qui Cragũ & Anticragum tenebant caſtella maxima, deinde montani Cilices alij poſt alios ſe eius fidei permiſerint: ſimulq; multũ armorum uel iam perfectorum uel in fabricis inchoatorum tradiderint. præterea naues alias ſemiperfectas in naualibus, alias iam nauigantes, æs ferrumq; in tales uſus comportatum, lintea, funes, uariamq; materiam, captiuorum multitudinem, uinctorum ut uel ſe redimerent, uel operarentur in ergaſtulis. Pompeius & materiam incendit, & naues abduxit: captiuos domum dimiſit: quorum multi inuenerũt ſua cenotaphia, quippe deſiderati iampridem. eos uero qui uidebantur non ſuapte malicia, ſed amiſsis bello facultatibus ad hoc uitæ genus deueniſſe, Mallum, Adana, Epiphaniam, & ſi quod aliud erat infrequens oppidum in Aſpera Cilicia habitare iuſsit: nonnullos etiam ex his miſit Dymen in Achaiam. atq; ita Piraticum bellum quod diuturnũ fore putabatur, intra paucos dies per Pompeium cõfectum eſt, in quo naues expugnatę ſunt LXXII. deditę CCCVI. oppida, caſtella, cæteraq; horum receptacula CXX. prædonum qui repugnare conabantur cæſa ſunt circiter decem milia. poſt hanc tam celerem & opinione feliciorem uictoriam ſenatus populusq; Romanus Pompeium in nauatæ operę præmium magnifice honoratũ, imperatorem deſignauit ad bellum Mithridaticũ, prorogata illi eadem poteſtate belli pacisq;, & arbitratu proprio uel hoſtes iudicandi, uel aſciſcẽdi ſocios, ut quenq; dignum exiſtimauerit: eidem datũ & imperium in omnes exercitus quotquot eſſent extra Italiam. quæ omnia ſimul nunquam cuiquam ante hunc P.R. contulit, & fortaſsis hanc ob cauſam Magnum nominant. nam bellum Mithridaticũ iam ante & ab alijs imperatoribus confectum fuerat. Pompeius igitur ſtatim ex Aſia contractis copijs caſtrametatus eſt in Mithridatis finibus: qui tũ è propria ditiõe habebat lectiſsimũ exercitũ, XXX M. peditum, & III M. equitũ, ad regni ſui præſidium. & quia Lucullus eam regionem nuper uaſtauerat, propter inopiam cõmeatuũ multa fiebant transfugia, quamuis rex in deprehenſos ſæuiebat atrocibus ſupplicijs, quos aut de rupe dabat præcipites, aut mulctabat oculis, aut uiuos comburebat: quo metu abſterrebat quidem multos ne transfugerent, ſed nihilominus atterebatur inopia. miſsis igitur ad Pompeium legatis, rogabat quibus poſſet pacem impetrare conditionibus. reſpondit ille: ſi transfugas tradideris, & teipſum fidei noſtræ cõmiſeris. rex id ad trãsfugas retulit. quos cum uideret territos, iurauit ſe nũquam cum Romanis pacem habiturũ propter ipſorum auaritiam, nec traditurum eis quenquam, nec facturum quicquam

niſi in communem utilitatem omnium. at Pompeius equitibus collocatis in inſidijs, alios miſit qui propalam ſtationem regis laceſſerent, quos iuſsit poſt prouocationẽ cedere quaſi territos, donec hoſtes in inſidias prouecti terga uerterent. & fortaſſe uictores irrupiſſent in caſtra cum fugientibus, ni rex hoc ipſum metuens produxiſſet pedites. illi uero retro ceſſerunt. hæc fuit prima inter partes equeſtris uelitatio. rex deinde preſſus inopia, inuitus ad interiora ſui regni ſe recepit, ſperans hoſtem in regione uaſtata morantem ſenſurũ multa incõmoda. Pompeius uerò poſt ſe commeatus deferri iuſſerat, progreſſus deinde ad orientalem regni tractum, uallum CL. ſtadiorum crebris caſtellis diſtinctum regi circũdedit, ut difficilem ei frumentationẽ redderet. id opus rex non impedijt, ſiue metu, ſiue imprudentia, quæ plerunq; ſolet calamitatẽ antecedere. cumq; rurſum laboraret inopia, quicquid iumentorum habebat mactauit, equis tãtum ſeruatis. ad hunc modum ſubleuatus uix per integros L. dies, noctu aufugit cum magno ſilentio per uias difficiles, poſtridie Pompeius uix eum aſſecutus, extremum agmen inuaſit. rex ne tum quidem quamuis amicis ſuadentibus deſcendit in prælium, contentus hoſtem ſubmouere per equites, & ueſpere in denſiſsimas ſyluas ſe abdidit. ſequenti die uicum occupauit circumquaq; munitum rupibus. ad quem unicus aſcenſus patebat, & ſeruabatur à quatuor cohortibus. Romani quoq; ex aduerſo ſtationem oppoſuerunt, ne rex effugeret. poſtridie uterq; exercitus primo mane armatus eſt: & progreſsi utrinq; ſtationarij uelitabantur per decliuia, nõnulli etiam equites regij ſine equis iniuſsi opem ferebant ſuis militibus. in quos cum complures Romanorum equites irruerent, regij uno agmine caſtra curſu petebant, ut conſcenſis equis cum Romanis æquo marte confligerent. eos ita cum clamore curſuq; ruentes conſpicati è ſuperiore loco qui adhuc armabantur, rem nõ intelligentes, ratiq́; hos captis diuerſa parte caſtris fugere, & ipſi proiectis armis fugiebant: & cum non pateret exitus impingebant in ſe inuicem glomerabanturq́;, donec per rupes deſilirẽt, atq; ita Mithridatis exercitus perijt, propter temeritatem eorum, qui dum immiſsi uolunt ſuis ſtationarijs ſuccurrere, tumultum excitauerũt. reliquum facile fuit Pompeio conficere, cædenti præhendẽtiq́; inermes & impeditos rupibus. cæſa ſunt fermè decem milia, & caſtra capta cũ omni apparatu. Mithridates cum ſolis ſatellitibus per rupes elapſus, incidit in quoſdam equites mercenarios, & peditũ circiter tria milia, à quibus ſtatim deductus eſt in caſtellum Sinoregem, ubi multum pecuniæ coacceruauerat: moxq́; datis muneribus & annuo ſtipẽdio numerato fugæ comitibus: ablatisq́; inde fermè ſex milibus talentorum, ad fontes Euphratis

phratis properauit, Colchos porrò petiturus, & cum nuſquam curſum intermitteret, die quarta Euphratem tranſijt. per triduum deinde diſpoſitis & armatis uel præſentibus uel accedentibus copijs, inuaſit Chotenen præfecturam Armeniæ, ubi Chotenos Hiberosq; miſsilibus ac glandibus iter impedire conatos propulit, & peruenit ad Abſarum fluuium. Hiberos Aſiaticos quidam putāt colonos Europæorum, hoc eſt Hiſpanorū, quidam contrà hos illorum: alij nomen tantum utriſq; cōmune, cum nec in lingua ſit quicquam ſimile nec in moribus. Mithridates uerò hibernans in Dioſcuriade, quam ciuitatem aiunt ueſtigium peregrinationis Argonautarum & Caſtorum, nihil mediocre uel quod profugum deceret cogitabat: ſed perluſtrata in circuitu ora pontica, Scythisq; maris eius accolis & paludis Mæotidis, peruadere in Boſporum, pulſoq; Machare ingrato filio, rurſus apertum cum Romanis bellum gerere, & ex Europa impugnare Aſiam, diręptam freto medio, quod quidā nominatū putant à boue, in quam Io mutata illac tranauerat, Iunonis zelotypiā fugiens. has nouas & parum credibiles cogitationes Mithridates tamē auſus exſequi, fecit iter per gentes Scythicas, uel inſenſas uel alienas, partim ui, partim gratia. adeo fugiēs etiā calamitoſusq; & reuerēdus erat & terribilis. & Heniochos quidem libenter exceptus tranſiuit: Achæos uerò obſiſtere auſos fugauit, quos aiunt à Troia redeuntes in Pontum actos tempeſtatibus, & ibi ut Græcos multa perpeſſos à barbaris. cumq; naues petiſſent à patrijs ciuitatibus, repulſam paſſos præ indignatione in tantā deueniſſe rabiem, ut Scythico more quot quot Græcos in poteſtatem redegiſſent, mactarent pro uictimis: primum nullo diſcrimine, procedente uero tempore pulcherrimum quēq;, poſtremo ſorte ductos. hæc de Achæis Scythicis dixiſſe ſufficerit. cæterū Mithridates ingreſſus regiones Mæoticas, multis ſubditas regulis, ob famam rerum geſtarum regniq; ob omnibus hoſpitaliter exceptus deductusq;, multa dona dedit recepitq;. atq; etiā in ſocietatē eos pertraxit miram expeditionē cogitans, per Thraciā, & inde per Macedoniā, poſtremoq; per Pānoniā ſuperatis alpibus Italiam petere, elocatis filiabus potentiſsimum quenq; illorum ſibi cōiungens. tum Machares filius poſtquam audiuit eum tam breui tempore tot feras gentes & quæ uocātur clauſtra Scythiæ nulli ante permeata tranſiſſe, legatos ad eum miſit qui excuſarent, quòd neceſsitate coactus Romanos coluerit. ſed ubi cognouit eum implacabilem, fugit in Cherſoneſum ponticam, incenſis nauibus quo patri perſequendi facultatem adimeret: ſed cum ille immiſiſſet in eum claſſem aliam, manus ſibimet intulit. Mithridates amicos quos ipſe in regnū

abeũti comites addiderat, omnes interemit. filij uerò familiares, obſtrictos ei priuatim amicitia, dimiſit incolumes. in hoc caſu Pompeius fugienté Colchos uſq; perſequutus eſt. de ulteriore fuga per Ponticas Mȩoticasq; gentes nihil ſuſpicans, ratusq; profugum nihil magnum auſurum poſtea, Colchos obibat, ut Argonautarum & Caſtoris Pollucisq; peregrinationes uiſeret, prȩcipue locum uidere cupiens in quo Prometheus fertur affixus fuiſſe Caucaſo. in quo monte multi fontes ſunt ferentes ramenta auri minutiſsima, & ob id parum conſpicua. accolæ uero uellera uilloſa in riuos demergunt, atque ita aureas harenulas his inhærentes colligunt. & fortaſſe tale fuit illud inclytum Aetæ tergus aureum. hæc ſpectacula obiturus Pompeius deducebatur à cæteris omnibus uicinis gentibus: ſoli Orœzes Albanorũ, & Artocus Hiberorũ, reges cum ſeptuaginta milibus inſidias ei ſtruxerunt circa Cyrum fluuium, qui duodecim oſtijs nauigabilibus in mare Caſpium illabit. multos amnes inuoluens, & in his Araxem omnium maximum. at ille compertis inſidijs ponte iunxit fluuium, & barbaros in ſaltus compulit, peritiſsimos pugnandi locis talibus. clam ſubducẽtes ſe, inuadentesq; hoſtem denuo. ſed ille ſaltum circumdatum incendit, & extra fugientes perſecutus eſt, donec datis donis & obſidibus, ipſi quoq; fuerunt triumpho materia. multa autem & inter obſides & inter captiuos inuentȩ ſunt mulieres, non minora paſſæ quàm uiri uulnera, pro Amazonibus habitæ, ſiue fuerũt profecta à uicina gente Amazonum auxilia, ſiue communi nomine bellicoſas mulieres barbari uocant Amazonas. ab hac uictoria reuertens Pompeius exercitũ duxit in Armeniam contra Tigranem, tanquam Mithridatis ſocium. Artaxata petens eius regiam. Tigranes autem noluit bellum gerere, iam liberorum trium pater è Mithridatis filia, ex quibus duos ipſe interfecerat: alterum rebellãtem in prælio, alterum in uenatione, quòd ſe prolapſum neglexiſſet attollere, & iacenti ademptũ diadema impoſuiſſet ſuo capiti. Tertius uerò Tigranes, in uenatione quidẽ, quia patri cõdoluit, corona ab eo donatus eſt: paulo tamẽ poſt hic quoq; defecit: uictusq; bello fugit ad Phraatẽ Parthorũ regem, qui tum recens Sintrico patri in regnũ ſucceſſerat hic propinquante Pompeio, ex hoſpitis conſilio, qui ſibi priuatim quærebat imperatoris amicitiã, ſupplex ad Romanos cõfugit, quamuis nepos Mithridatis ex filia. ſed magna fama erat apud barbaros iuſtitiæ Põpeij ac fidei: cui credulus etiã pater Tigranes, ne caduceatore quidẽ præmiſſo ad eũ profectus eſt, permiſſurus eius arbitrio omne ſuũ ius, & accuſaturus filium apud ipſum iudicẽ. cui cum Pompeius tribunos & præfectos equitum obuiam miſiſſet honoris gratia, re

tia, regis comites parum ſecuros ſe rati quia caduceatorem nõ præ
miſerat, retro fugerunt. Tigranes uerò acceſsit ad illum, & tanquam
potiorem adorauit more barbarico. licet ſint qui prodãt eum Pom-
peij iuſſu adductum à lictoribus. utcunq; tamen uenit, rationem à ſe
geſtorum reddidit: donauitq́; imperatorem ipſum talentorum ſex
milibus, milites uero quinquaginta drachmis ſingulos, millenis cen
turiones, decies millenis tribunos. Pompeius præteritorum ei dedit
ueniam, & patri conciliauit filium: quem pro arbitrio iuſsit regnare
in Sophena Gordenaq́;. hæ nunc cenſentur minoris Armeniæ no-
mine. cæteram Armeniam patri addixit, ea lege ut hunc filium hære
dem relinqueret. prouincijs uerò quęſitis bello iam nunc eum iuſsit
decedere, & deceſsit tota Syria ab Euphrate uſq; ad mare. nã & hãc
Tigranes occuparat & partẽ Cilicię, eiecto Antiocho Pio. Tum Ar-
menij qui regem ad Romana caſtra iter faciẽtem metu deſeruerant,
filio adhuc apud Pompeium hęrenti ſuaſerunt, ut patrem ex inſidijs
inuaderet. ſed ille captus eſt: & cum uinctus etiam Parthos cõtra Ro
manos ſolicitaret per nuncios, in triumpho traductus necatus eſt in
carcere. Pompeius iam debellatum exiſtimans, ciuitatẽ condidit ubi
Mithridatem prælio uicerat, quæ ex re nomen habet Nicopolis, ſita
in minore Armenia. Ariobarzani regnum Cappadociæ reddidit, at-
tributa & Sophena Gordenaq́; quas Trigrani minori dederat: &
nunc cenſentur hæ quoq; in prouincia Cappadocię. eidem dedit eti
am Ciliciæ ciuitatem Cabala, & quaſdam alias: quod regnum Ario-
barzanes integrum reliquit filio ſuperſtiti, multis mutationibus ob-
noxium uſq; AVG. Cæſarem, quo imperante quemadmodum alia
quædam, ita hoc regnum in prouinciæ formam redactum eſt. Pom
peius deinde ſuperato Tauro bellum Antiocho Comageno intulit,
donec & ille in amicitiam receptus eſt. Darium quoq; Medum pro-
fligauit, uel quia iuuerat Antiochum, uel quia Tigranem antea Are
tam etiam Arabum Nabatæorum regem bello petijt, & Iudæos qui
ab Ariſtobulo ſuo rege defecerant, donec expugnauit Hieroſolyma
urbem eis ſanctiſsimam, præterea Ciliciæ reliqua quæ nõdum agno
ſcebant Romanum imperium, & quicquid Syriæ circa Euphratem
colitur, Cœlen, Phœniciam, Palæſtinam, Idumæam, Ituræã, aliaſq́;
Syrię partes obeũdo Romanis ſubiugabat ſine certamine, nulla cul-
pa Antiochi Pij, qui tum præſens paternum regnum conabatur im-
petrare precibus: ſed quia Tigrane qui Antiochum uicerat expulſo,
populo Romano eas regiones iure belli acquiſitas cenſebat. hæc cõ
ſtituenti legati ſuperuenerunt à Phraate & Tigrane, inter quos bel-
lum exortum erat. Armenij tanquã ab amico petebant auxilia: Parthi

in amicitiam populi Romani cupiebant recipi.ille nolens Parthis arma inferre abſq; S.C. miſit qui pacem inter partes facerent.qui dum his negotijs diſtinetur, Mithridates iam Pontum circumluſtrauerat: occupatoq; Panticapæo, quod eſt in Europa ad oſtium ponti emporium, iuxta fretum interfecit Xipharem filium, propter maternã culpam hanc.habebat Mithridates caſtellum, ubi in ſubterraneis theſauris multa ærea uaſa ferreis circulis uincta pecunias celabant.huic caſtello præfecta Stratonice una è regijs ſiue cõcubinis ſiue uxoribus, theſaurorum conſcia, dum adhuc Pontum circumiret Mithridates, caſtellum Pompeio unà cum theſauris tradidit, hoc unum pacta, ut ſi forte Pompeius Xipharem filium in poteſtatem redigeret, matri eum ſeruaret incolumẽ.ille potitus pecunijs, filij ſalutem ei eſt pollicitus, ſimulq; permiſit res ſuas habere mulierem. his cognitis rex interfecit Xipharem ad fretum, inſpectãte matre ex aduerſo littore, & cadauer inſepultum proiecit. ita pietatem neglexit, modo matri doleret quæ peccauerat.legatos etiã ad Pompeium adhuc in Syria morantem, & neſcientem eum eſſe ſuperſtitem, miſit, qui tributa populo Romano pollicebantur, ſi concederetur ei regnũ paternũ.cumq; ille poſtularet, ut ipſe rex ueniret, ſicut Tigranes uenerat, id ſe factu rum negauit, ut parum decorum perſonę Mithridatis, miſſurum tamen filios et amicos aliquot.his dictis delectus maximos habuit promiſcue tam è ſeruis quàm ex ingenuis.arma quoq; multa et tela fabricabat & machinas, nulli parcens materiæ, ne bobus quidem aratoribus in uſum neruorum.tributa omnibus etiam tenuibus prẹſcripſit. hæc à miniſtris exigebantur cum multorum iniurijs non ſentiente Mithridate. morbus enim quidam ulceroſus faciem eius inuaſerat, ut à ſolis tribus eunuchis aſpici pateretur qui eum curabãt. quo per curato iam etiam copiæ paratæ aderant, ſexaginta cohortes ſexcenariæ, & alia multitudo numeroſa, nauesq;, & loca opportuna, quæ duces illo ægrotante occupauerant. traiecitq; partem exercitus Phanagoriam, alterum emporiũ ſitum in hoſtio, ut aditum utrinq; teneret, Pompeio etiamtum hærente in Syria. Caſtor autem Phanagorenſis, tortus aliquãdo à Tryphone eunucho regio, ipſum eunuchum intrantem adortus confecit, & plebem uocabat ad libertatem. quæ quamuis iam arx teneretur ab Artapherne cæterisq; Mithridatis filijs, aggeſtis circumquaq; lignis eam incendit: quo metu Artaphernes, Darius, Xerxes, Oxathres & Eupatra liberi Mithridatis ſeſe dediderunt, in his ſolus Artaphernes erat fermè quadragenarius, reliqui formoſi pueri. Cleopatra uerò altera filia reſtitit, cuius generoſitate pater delectatus, ſubmiſsis multis dicrotis eã eripuit.quotquot

autem

autē erāt in propinquo caſtella nuper occupata à Mithridate, auda-
ci exemplo Phanagorenſium permota defecerunt, Cherſoneſus,
Theudoſia, Nymphæum, aliaq; circa pontum opportuna bello ge-
rēdo. ille uidens crebras defectiones & ſuſpectum habens exercitū,
ne parum conſtantis eſſet fidei, quippe coactus ad militiam, præſer-
tim accedentibus grauibus exactionibus, & aduerſitate fortunę ſem
per intuta apud mutabiles ſubditorū militum animos, miſit ad Scy-
thiam per eunuchos ad regulos nuptum filias, petens ut quampri-
mum cum copijs uenirent auxilio. hæ deducebantur à D. militibus.
qui parum à Mithridate digreſsi, eunuchos interfecerunt, quòd ab
his apud regem præpotentibus ſemper moleſtati fuerant, & puellas
ad Pompeium abduxerūt. rex tot liberis & caſtellis totoq; regno ſpo
liatus, dignitate quoq; amiſſa & ſpe auxiliorum è Scythia, tamen ne
tum quidem quicquam humile aut præſenti calamitate dignum co-
gitabat, ſed ad Gallos quorum iam ante hac de cauſa parauerat ami-
citias, iter deſtinabat, ut cum eis per Alpes Italiam inuaderet, ſperās
multos Italiæ populos odio Romanorū ſibi adiungēdos. audiuerat
enim & Hannibali hoc ſucceſsiſſe bellum gerenti in Hiſpania, & ma
ximo terrori fuiſſe Romanis poſt tale facinus. quin & nuper ferè o-
mnes Italici nominis ſocios ab eis defeciſſe odio publico, geſsiſſeq;
cum eis bellum diuturnum: atq; etiam Spartaco gladiatori contra
eos fauiſſe homini dignitatis nullius. hæc animo uolutans propera-
bat in Galliam. eos magnificos conatus deſtituit exercitus, deterri-
tus ipſa immani audacia, & expeditionis longitudine: tum quod du
cerentur contra uiros quos ne domi quidem ſuſtinere potuerāt: &
exiſtimabant Mithridatem rebus ſuis deſperatis uelle fortiter potius
ac regie uitam finire quàm in otio: attamen durabant aliquantiſper
& quieti eum patiebantur. erat enim non mediocris & haudquaquā
contemnendus rex uel in calamitatibus. in hoc rerum ſtatu Pharna-
ces filiorum cariſsimus, & ſæpe regni hæres deſignatus ab eo, ſiue
quòd periculoſa ſibi uideretur talis expeditio, ſperanti etiamtum à
Romanis ueniam, quæ omnino nulla contingere poterat, ſi pater ue
xaret Italiam, ſiue ob alias cauſas cupiditatéſue, patri ſtruxit inſidias.
captis aut conſcijs, & ad torturam admotis, Menophanes perſuaſit
Mithridati, non oportere in diſceſſu necari filium ad eam diem ca-
riſsimum. ſolere enim has mutationes exiſtere belli tempore, quo ſi
nito & illas conquieſcere. ſic ille perſuaſus filio ueniam obtulit. at
ille indicio quodam territus, & ſciens exercitum alieno eſſe ab expe
ditione animo, noctu primarios Romanorum transfugas proxime
Mithridatē tendentes acceſsit, & periculum ſi in Italiam irent ipſis
non

non ignotum exaggerans, multaq́; ſi manerent eis pollicens, indu-
xit eos ut à patre deficerent. moxq́; nocte eadem ad alia propinqua
caſtra dimiſit nuncios: & illis quoq; pertractis in ſuam ſententiam,
mane primi transfugæ conclamauerunt, quibus proximi quiq; &
mox alij poſt clamorem reddiderunt, atque etiam naualis exercitus,
fortaſſe non omnes prę̨moniti, ſed ſuapte facilitate proni ad cõtem-
nendum miſerum, & nouarum rerum ſemper cupidi. alij conſcio-
rum ignari putabant omnes corruptos, ratiq; ſe ſolos non poſſe re-
ſiſtere pluribus, neceſsitate magis quàm uoluntate acclamabãt cum
cæteris. Mithridates excitatus clamore, miſit quoſdam rogatũ quid
ſibi poſcerent. illi non diſsimulanter aiebant ſe filium regem petere,
iuuenem pro ſene eunuchis dedito, interfectore multorum filio-
rum, ducum ac amicorum. his auditis Mithridates eos allocuturus
prodijt: & interim manus quædam præſidiariorum conferebat ſe
ad transfugas. qui negabãt ſe eos admittere, niſi ad fidem impetran-
dam ederent aliquod facinus, ſimulq́; regem oſtendebãt. at illi equũ
fugientis interfecerunt, & Pharnacem quaſi iam uoti compotes re-
gem appellauerunt: quorum quidam membranam chartaceam lon-
gam latamq́; è templo depróptam uice diadematis circundedit eius
capiti. id conſpicatus ſenex è ſuperiore porticu, alios poſt alios mitte-
bat ad Pharnacem, qui tutum abitum peterent. ſed cum nemo redi-
ret ueritus ne Romanis dederet, ſatellites & amicos qui adhuc apud
eum permanebant, laudatos miſit ad nouum regem, quorũ aliquot
in uia præter opinionem occidit exercitus. ipſe exempto ex inuolu-
cro ueneno quo ſemper accingebatur unà cum gladio, id miſcebat.
duæ uerò filiæ uirgines quæ apud eum educabantur, Mithridatis &
Nyſſa, Aegypti Cypriq́; deſponſæ regibus, enixe rogabant ut ante
illum potionem uenenatam ſumeret, uetabantq́; bibere donec ipſæ
hauſerunt. & has quidem ueneni uis penetrauit continuo. in Mithri-
datem quamuis data opera ambulantem cõcitatius nihil agebat, pro-
pter quotidianam pharmacorum conſuetudinem quibus ſe contra
ueneficos præmunire ſolebat, quæ nunc quoq; uocantur Mithrida-
tica. cum cõſpicatus ducem quẽdam Gallorum Bituitum, Multum,
inquit, tua dextera mihi profuit in prælijs, ſed hoc erit meritum ma-
ximum, ſi nunc me interemeris, periclitantem ne in triumphum ab-
ſtrahar qui tanto tempore tam amplo regno pręfui, & nunc ueneno
necari nequeo, contra quod ſtultus me præmuniui remedijs. nec e-
nim præuideram triſtiſsimũ & domeſticum regibus omnibus phar-
macum, liberorum, amicorum, & exercitus perfidiam, cum omnia
quæ ad uictum pertinent præcauerim. his permotus Bituitus regi
officium

officium præſtitit neceſſarium, qui obijt ſextuſdecimus eius ſtirpis à Dario Perſarum rege ultimo, octauus à Mithridate illo qui primus deſertis Macedonibus Pontici regni fuit conditor. uixit octo aut nouem annos ſupra ſexaginta, regnauit LVII. Pupillus enim regnum adeptus eſt, ſubegit finitimos barbaros, bonamq; partem Scythiæ, cum Romanis per quadraginta annos bellum geſsit fortiter, in quo aliquoties Bithyniam poſſedit & Cappadociam. incurſauit etiam Aſiam, Phrygiam, Paphlagoniam, Gallogræciam, Macedoniam, & in Græcia memorabilia facinora edidit. maris quoq; imperium à Cilicia uſq; Ionium pelagus tenuit, donec à Sylla intra paterni regni terminos concluſus eſt, amiſsis CLX. milibus militum. tanta clade aſfectus tamen bellum redintegrauit facile, conflictatus cum imperatoribus optimis: à Sylla quidē uictus & Lucullo & Pompeio, quamuis his quoq; aliquoties ſuperior: cęterum L. Caſsium, Q. Oppium, Manium Aquilium in poteſtatem redactos ſecum circunducebat, donec hunc interfecit belli autorem præcipuum, illos Syllæ reddidit. uicit etiam Fimbriam, Murenam, Cottam procōſulem, Fabium, Triarium, magnanimus ſemper & tolerans uel in calamitatibus, & nil intentatum contra Romanos ne uictus quidem relinquens, inito etiā cum Mæoticis Gallicisq́; gentibus fœdere, & ad Sertorium legatis miſsis in Hiſpaniam. uulneratus etiam aliquoties tum ab hoſtibus tum ab inſidiatoribus, ne ſic quidem ceſſauit, quamuis ætate iam grauis. ac ne inſidiæ quidem eum fefellerūt, niſi nouiſsimæ. tum quoq; ultro circunuentus perijt. adeo ingrata res eſt malicia nacta ueniam. erat autem crudelis & ſanguinarius, matris fratriſq́; interfector, & trium filiorum ac filiarum totidem. corpore uaſto quidem, ut arma ab ipſo Delphos Nemeamq́; miſſa indicant: ſed robuſto in tātum ut ad extremum equitationibus iaculationibusq́; ualuerit, & mille ſtadia una die mutatis equis confecerit. currum quoq; regebat octijugem, eruditus Gręcis literis, & ideo peritus ſacrorum Græcię delectabatur etiam muſica, ſobrius plerunq; ac laborum patiens, circa muliebres tantum uoluptates intemperantior. hic fuit exitus Mithridatis qui cognominabatur Eupator Dionyſus, cuius morte cognita Romani feſtos dies egerunt, liberati hoſte grauiſsimo. Pharnaces Pompeio cadauer patris Sinopen in trireme tranſmiſit, ſimulq́; eos qui Manium ceperant, & obſides multos Græci barbariq́; generis, rogans ut aut paternum regnum, aut Boſporanum tantum quod Machares frater à Mithridate acceperat, tenere ſibi liceat. Pompeius regis corpus regie ſepeliendum curatoribus eius addito ſumptu tradidit, & inferri iuſsit apud Sinopen monumentis regijs, laudatum

ob geſto

ob geſtorum excellentiam ut regum ætatis ſuæ præſtantiſsimũ. Pharnaci uerò qui Italiam exemit è multis difficultatibus, Boſporanũ regnum conceſsit exceptis Phanagorenſibus, quos liberos ſuo iure permiſit uiuere: quoniam primi recolligenti uires Mithridati, iamq́; claſſem, exercitum receptaculaq́; habenti, deficientes exhibuerunt negotium, exemploq́; dato alijs, cauſa fuerunt eius interitus. ipſe uno hoc bello ſublatis toto mari piratis, & rege omniũ maximo, collatisq́; ſignis præter Ponticas gentes cum Colchis, Albanis, Hiberis, Armenijs, Medis, Arabibus, Iudæis, cæterisq́; orientis gentibus, imperium Romanum Aegyptum uſq; promouit. Aegyptum tamen nõ adijt, quamuis uocatus à rege contra ſeditioſos, & donatus muneribus ac pecunijs, & ueſtimentis in uſum totius exercitus: ſiue timens regni etiamtum fortunati amplitudinem, ſiue cauens inimicorum inuidiam, religionemq́; oraculi: ſiue ob alias rationes referendas in rebus Aegyptijs. è ſubiectis autem gentibus alias libertate donauit propter miſſa auxilia, alias in prouinciarum formam redegit, alias attribuit regibus, Tigrani Armeniam, Pharnaci Boſporum, Ariobarzani Cappadociam cum eis quas dixi appendicibus. Antiocho Comageno cõmiſit Seleuciam, & quicquid ex incurſu in Meſopotamia ceperat. Gallogræciam quoq; diuiſit tetrarchis quatuor, Deiotaro & alijs, ubi nunc ſunt Galatæ finitimi Cappadocibus. Paphlagonum Attalum, Colchorum Ariſtarchum, fecit regulos. eius etiã deę quæ à Comanis colitur Archelaum fecit flaminem, cuiuis dynaſtæ parem opibus: & Caſtorem Phanagorẽſem appellauit amicum Ro. populi, alios item multos auxit uel ditionibus uel pecunijs. urbes cõdidit, in minore Armenia Nicopolim ob uictoriam, in Ponto Eupatoriam, quam Mithridates Eupator conditam à ſe denominauerat, & ob receptos Romanos diruerat: ipſe uerò inſtauratam uocauit Magnopolim. in Cappadocia Mazacam bello uaſtatam reparauit denuo, & alias multis locis collapſas aut grauiter affectas reſtituit, in Ponto, Palæſtina, Cœleſyria, Cilicia, in qua maxime piratas collocauit: ubi ciuitas quæ olim Soli dicebatur, nunc eſt Pompeiopolis. pręterea in Talauris, quã urbem Mithridates habuerat apparatus promptuarium, M M. poculorum ex Onyche gemma factorum conpacto rumq́; auro inuenta ſunt, multę phialæ pſyctéresq́;, calices, lecti, ſellæ ornatiſsima omnia: item frena equorum, pectorales humeralesq́; phaleræ gẽmatæ aurataq́;, quibus recipiẽdis percenſendisq́; x x x. dies quæſtor inſumpſit. eorũ pars à Dario Hyſtaſpis filio ſucceſſoribus per manus tradita fuerat: partẽ ex Ptolemæorũ regũ gaza Cleopatra penes Coos depoſuerat, unde Mithridates à ciuibus tradita deportauerat

portauerat: partẽ ipſe rex parauerat ac collegerat, elegãtioris ſupellectilis percupidus. ſub finẽ hiemis Põpeius exercitui uictori præmia diſtribuit uiritim M D. drachmas atticas, & pro rata tribunis ac cẽturionibus. eius pecuniæ ſummã produnt talentorũ X V I M. ipſe ab Epheſo Italiã claſſe petijt, dimiſsisq́; Brundiſij militibus Romã properauit, quod factũ ut populare magno Romanis fuit miraculo. ueniẽti obuiã frequenter itũ eſt, longiſsime à iuuenibus, deinceps ut quorumq́; ætas ferebat, poſtremo à ſenatu demirãte geſtorũ magnificẽtiam. nemo enim ad eam diẽ tanto hoſte ſublato tantũ prouinciarũ imperio adiũxerat, & Romana pomœria uſq; Euphratẽ promouerat. ipſe longe ſplendidiſsimo triũpho urbẽ inijt, exacto anno ætatis quinto ſupra trigeſimũ, durauitq́; pompa per biduũ traductis tam multis gentibus, Ponticis, Armenijs, Cappadocibus, Cilicibus, totius Syriæ nationibus, Albanis, Heniochis, Achæis, Scythis, Hiberis. in portus quoq; adduxit naues D C C. integras. in pompa uerò traduxit carpẽta & fercula onuſta auro & ornamẽtis alijs uarijs, in quibus lectũ Darij Hyſtaſpis filij, & ſellam ac ſceptrũ Eupatoris, aureamq́; ipſius effigiẽ octo cubitorũ pectore tenus, argentiq́; ſignati V I I M. myriadum, & D X. drachmas inſuper. plauſtrorũ uero quibus arma tranſuecta ſunt ingens fuit numerus, & in his roſtra nauiũ: poſt hęc multitudo captiuorũ ac piratarũ, nõ uinctorũ, ſed cultorũ habitu patrio. ipſum ſublimẽ præcedebant regũ ſatrapæ uel duces uel filij, partim captiui partim obſides, in ſumma C C C X X I I I I. inter hos Tigranes filius Tigranis, & quinq; Mithridatis, Artaphernes, Cyrus, Oxathres, Darius, Xerxes, filię Orſabaris & Eupatra. traductus eſt & Colchorũ rex Olthaces, & Iudæorũ Ariſtobulus, tyrãniq́; Cilicũ, Scytharum item regię fœminę, duces tres Hiberorũ, Albanorũ duo, cũ Menandro Laodicẽſi, qui equitũ Mithridatis præfectus fuerat. abſentium aũt effigies tranſuehebant̃ Tigranis & Mithridatis pugnantiũ & cedentiũ ac fugientiũ. Mithridatis uero etiã oppugnatio & nocturna tacita fuga expreſſa fuit ac repręſentata: ac poſtremo etiam mors eius ſubiecta fuit ſpectatorũ oculis. appictę erant & uirgines mortis eius ſociæ. præferebant̃ tabulæ cũ utriuſq; ſexus liberorũ ante illum defunctorũ imaginibus, & deorũ barbaricorũ figuræ cũ ornatu patrio. tranſlata eſt & una inſcripta hoc titulo. Naues roſtratæ D C C C. captæ ſunt, urbes conditæ V I I I in Cappadocia, in Cilicia Cœleſyriaq́; X X. in Palæſtina Seleucis. reges uicti, Tigranes Armenius, Artoces Hiberus, Orezes Albanus, Darius Medus, Areta Nabatæus, Antiochus Comagenus. hæc titulus. ipſe Põpeius gẽmato curru uehebatur, amictus ut fert̃ Alexãdri Macedonis chlamide, ſi fas eſt cre

dere. hanc uidet̃ inueniſſe in Mithridatis ſupellectile, quã ille in bo-
nis Cleopatrę à Cois acceperat. currũ ſequebant̃ ſocij huius expedi-
tionis præfecti militũ, partim equites partim pedites. ubi uero per-
uenit in Capitoliũ, neminẽ captiuum necauit ut triũphatores alij, ſed
publicis impẽſis remiſit quẽq; in ſuã patriã, exceptis regijs, è quibus
ſolus Ariſtobulus mox interẽptus eſt, & poſt eũ Tigranes. & trium-
phus quidẽ in hũc maxime modũ ſe habuit, cæterũ Pharnaces oppu
gnabat Phanagorẽſes, eorũq; uicinos, donec prę fame ad pugnã pro
greſsi oppidani uicti ſunt: quos illæſos recepit in amicitiam, acceptis
tantũ obſidibus. nec multo poſt Sinopẽ cepit. Amiſum quoq; appe-
tens bellũ geſsit cũ Ro. duce Caluiſio, quo tẽpore Põpeius & Cæſar
inter ſe cõflictabant̃. tandẽ ab Aſandro priuatim inimico, Romanis
alibi occupatis, pulſus eſt ex Aſia. geſsit bellũ & cũ Cæſare poſt deui-
ctum Pompeiũ ex Aegypto redeũte, idq; circa montẽ Scotiũ, ubi pa
ter eius Triariũ uicerat, uictusq; refugit Sinopen cũ M. equitibus.
cũq; Cęſari nõ uacaret eũ perſequi, miſſo cõtra ſe Domitio urbẽ tra
didit, & pace accepta dimiſſus cũ equitib. equos interfecit, iniquiſsi-
me id ferentib. eorũ dominis. inde cõſcẽſis nauibus in Pontũ fugit,
collectaq; Scytharũ ac Sarmatarũ manu, Theudoſiã Panticapæũq;
occupauit, & cũ rurſus ab Aſandro bello peteret̃, equites eius equis
deſtituti nec aſſueti pedeſtri prælio uincebant̃: ſolus Pharnaces egre
gie pugnãs tandẽ cõſauciatus cecidit quinquagenarius, poſtq̃ regna
uit in Boſporo annis XV. atq; ita etiã Pharnaces regnare deſiit. cuius
regnũ C. Cæſar dedit Mithridati Pergameno, in Aegypto uſus eius
opera egregia. nunc aũt ſunt liberi. cæterũ in Pontũ ac Bithyniã præ
tor quotãnis mittit̃. cæteros qui à Põpeio ditiones acceperãt, Cæſar
q̃uis queſtus eos cõtra ſe ſtetiſſe pro illo, tamen in poſſeſsione cõfir
mauit, excepto in Comanis flamine, quod ſacerdotiũ in Nicomedẽ
ab Archelao trãſtulit. ſed nõ multo poſt & hæc omnia, & quicquid
C. Cæſar aut M. Antonius alijs dederãt, adiũcta ſunt Ro. prouincijs,
poſt ſubiugatã Aegyptũ ab Aug. Cæſare, Romanis quaſuis occaſio-
nes augẽdi imperij cupide arripientibus. quapropter prolato eo per
hoc bellũ Mithridaticum uſq; in Pontũ Euxinum, & uſq; harenoſas
Aegypti ſolitudines, atq; à colũnis Herculis, quæ ſunt in Hiſpania,
Euphratẽ uſq; fluuiũ, merito magna hæc uictoria, & imperator ipſe
Pompeius magnus uocatus eſt. cumq; haberent etiam Africam Cy-
renem uſq;, cuius regnum Appion rex è Lagidarum gente nothus
teſtamento reliquit Romano populo, ſola Aegyptus ad
plenarium mediterranei maris am-
bitum eis deerat.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS

## Ciuilibus Liber I.

SAEPENVMERO plebi Romanæ cum ſuo ſenatu de legib. ferendis, de nouis tabulis, deq́; agrorum diuiſione aut magiſtratibus creandis incidit contentio: ſemper tamē manibus temperatum eſt & diſceptatum ciuiliter, mutua quadam ordinum reuerentia. quin & armata per occaſionē externi belli plebs, nunquam tamen ad ſeditionem armis abuſa eſt: contenta in mōtem, ſacrum ob id dictum, ſecedere: ne tum quidem ſolito ſæuior, creato tantum ad ſui tutelam nouo magiſtratu, qui tribunus plebis uocatus eſt, cohibiturus conſulum potētiam, quorum tunc penes ſenatum erat electio, ne illi ſoli præeſſent rei publicę. Inde nata ſunt inter hos magiſtratus odia certaminaq́;, alteris ſenatus, alteris plebis, fauore ſubnixis: & quicquid alteri partium accederet, altera exiſtimante ſibi decedere. per eas cōtentiones & Marcius Coriolanus immerito damnatus in Volſcos exulatū abijt, moxq́; patrię bellum intulit: quæ ſola omnium priſcarū ſeditionū uſq; arma proceſſit, idq́; ductu unius profugi. cæterum in comitium nunquam telum importatum eſt, nunquam ciuilis cædes edita ante quàm Tib. Gracchus nouas leges ferre conatus, omnium primus concitata ſeditione perijt, cum eoq́; nonnulli ad Capitolium refugientes circa ipſam ædem ſacram cæſi ſunt. Nec ceſſatum eſt poſt tale piaculum à ſeditionibus, propalam interdum diſsidente populo, uagantibusq́; ſicarijs, & modo hoc, aliquanto pòſt illo, honorato uiro, in templo aliquo, in comitio, in foro deniq; cadente, idq́; iuſſu tribunorū, prætorum, conſulum, cæterarúmue id genus poteſtatū ſublimium: paulatimq́; cum iniurijs mutuis creſcebat iuris & legum cōtemptus. tandem prorumpente in immenſum malo, coniurationes in rempub. manifeſtariæ, & expeditiones ualidæ exortæ ſunt, nūc exulibus damnatisúe res nouas molientibus, nunc optimatibus de adminiſtratione rerum inter ſe contendentibus tam domi quàm militiæ. nec deerant præpotentes ciues ac factioſi aſpirantéſq; ad dominationem, partim retinentes exercitus à populo ſuę fidei creditos, partim abſq;

conſenſu publico in perniciem aduerſariorum undecũq; armantes nouas copias: ſed aduerſariorum tollẽdorum prætextu, patriæ bellum inferebatur, utriſq; certatim urbem occupare properantibus. hoſtiliter enim in ſe inuicẽ uim faciebant, fœdeq; cædes patrabãtur: rurſum alij proſcribebantur, ſolũ uertebant, bonis exuebantur: nonnulli excruciabantur tormentis grauiſsimis. nec ad ſummam crudelitatem quicquam deerat, donec factioſorum unus, anno poſt Gracchi cædem fermè quinquageſimo malum malo pellens, ſuo ſolius arbitratu aliquandiu rexit rempublicam. Semeſtris erat is magiſtratus, dictatoris titulo, difficilimis temporibus adhiberi ſolitus, & iam dudum in uſu eſſe deſierat: hunc Sylla cum per uim occupaſſet, quamuis perpetuus dictator creatus uideri uellet, nihilominus ſatur potentiæ ſponte depoſuit, primus quod ſciam, auſus priuata uita mutare tyrannidem. addidit facto dictum æque memorabile: paratum ſe quibuſuis rationem reddere. ac mox in conſpectu populi habitu priuati ciuis in foro obambulauit, & inde domum ſe contulit offendente nemine. tanta ſupererat in omnibus acti ſummi magiſtratus reuerentia: ſiue quòd depoſitum mirarentur, ſiue quòd puderet exigere rationem ab offerente ultro: ſiue quòd inhumanum uideretur odiſſe potentiam, & ſi tyrãnicam, coniunctã tamen cum utilitate publica. atq; ita pauliſper ceſſatũ eſt à ſeditionibus, Sylla malis præſentibus afferente remedium. Quæ ſemel ſopita rurſum excitabantur, donec C. Cæſar imperio per aliquot annos in Gallia cõtinuato, tandem iubente ſenatu ut faſces deponeret: cauſatus nõ ſenatum id uelle, ſed Pompeiũ: qui tunc Italici exercitus imperator, & infenſus ipſi conabatur eum redigere in ordinem: propoſuit conditiones ut aut ambo retinerent exercitus, quo uterq; tutus eſſet ab altero, aut Pompeius quoq; decedens imperio priuatus uiueret ſub legibus. neutro autem impetrato, è Gallia duxit contra Pompeium & patriã: ingreſſusq; urbem, & illum profugum inde aſſecutus in Theſſalia egregie uicit prælio memorabili, & Aegyptũ uſq; perſecutus eſt. Interẽpto demum Pompeio ab Aegyptijs, Romam reuerſus, ordinatis prius rebus Aegypti, & cõfirmatis eius regibus, ſecurus iam ſublato tanto aduerſario, cui ob magnitudinem rerum geſtarum Magno cognomen fuerat: nemine audente contradicere, ſecundus poſt Syllam dictator perpetuus creatus eſt. Tum quoque ſeditiones omnes interquieuerunt, donec Brutus & Caſsius, uel inuidentes ei dignitatis amplitudinẽ, uel priſtinæ reip. formæ cupidi, in ipſa curia cõfecerũt uirum gratioſiſsimum apud populum & imperandi peritiſsimum. In cuius publico deſiderio & percuſſores eius quæſiti ſunt ad pœnam, & corpus

& corpus in medio foro ſepultū, extructo templo ubi crematus eſt, in quo tanquam deo ſacra faciunt. At ciuiles diſcordiæ redintegratæ continuo in tantum auctæ ſunt, ut cædes, exilia, proſcriptiones plurimorum ſequerentur tam ſenatorij quàm equeſtris ordinis, factioſis inuicem ſibi ad necem tradentibus inimicos, ita ut in alterius gratiam nec amicis parceretur nec fratribus. Tanto plus ualebat peruicax cum æmulis contentio, quàm erga ſuos pietas. Tandem Romanum imperium (pro nefas) tāquam priuati alicuius ciuis fundum, inter ſe partiti ſunt tres hi, Antonius & Lepidus, & is qui primum Octauius, deinde ab auunculo in nomen & hæreditatem adoptatus, Cæſar dictus eſt. Poſt eam diuiſionem cum rurſum, ut meriti erant, inter ſe conflictarentur, Cæſar cæteris prudentior ac peritior, exuto prius Africa quā ſortitus fuerat Lepido, Antoniū quoq; apud Actium uictum, prouincijs quæ à Syria ſinum Adriaticū uſq; patent expulit: eoq; ſucceſſu perculſis omnibus, Aegyptum quoque claſſibus occupauit: quod imperium omnibus quotquot Alexādri ſucceſſores tenuerant, diuturnius opulentiusq́;, ſolum reliquum erat ad augēdum ſtatum in quo rem Romanam uidemus hodie. quo facto uiuus uidensq; conſecratus, & AVG. à populo Romano appellatus, maiorem etiam quàm Caius pater poteſtatem ſibi uſurpauit in patriam genteſq; omnes ſubditas, ne in ſpeciem quidem expectatis populi ſuffragijs. Confirmata demum longo tempore potentia, fortunatus per omnia reuerendusq́; ſtirpem ſucceſſorum parem tanto imperio poſt ſe reliquit, & ſic tandē pro ſeditionibus concordia ſubijt, ad unum reuerſo rerum arbitrio. Hoc argumentum erit præſentis operis, complexum mirandos caſus hominum per omnes calamitates ad cupitos honores ambitioſe graſſantium: quod eo libētius tractabo, quòd hæc coniuncta rebus Aegyptijs, memoraſſe prius neceſſe habeam. Sic enim Aegyptus ſubacta eſt, per harū contentionum occaſionem, dum Cleopatra fouet partes Antonij. Et quo in tanta rerum multitudine diſtinctior ſit narratio, hic ſubiungemus quicquid interceſsit inter Sempronij Gracchi & Cornelij Syllæ tempora. mox quæ ſecuta ſunt uſq; C. Cæſaris obitum. cæteri libri de bello ciuili, cōtinent triumuirorū inter ſe & cum populo Romano certamina uſq; ad poſtremum illud ac omnium maximum facinus, uidelicet conflictum Cæſ. & Antonij Cleopatræq; ad Actium, unde rerum Aegyptiacarum ſumemus exordium.

Mos erat Romanis nunc hos nūc illos Italiæ populos ſubiugando parte agri mulctare, in eumq; colonias deducere: aut in iam ante cōdita oppida nouos colonos ſui generis aſcribere. hæ coloniæ tan

quam præſidia partis bello prouincijs imponebant̃: in quibus quan
tum erat culti agri colonis diuidebatur, aut uendebat̃ elocabatúrue.
quod uero incultum ſupererat, ut ferè bellum ſequi ſolet uaſtitas,
quia ſub ſortem mittere non uacabat, per præconem inuitatis aſsi-
gnabant quibuscunq; liberet colere, excepta ſibi tributi nomine in
ſingulos annos ex arbuſtis prouentus parte quinta, frugum uerò de
cima. quin & gregibus uectigal indictum erat, tam minoris quàm
maioris pecoris. ita proſpiciebatur frequentiæ generis Italici, quod
laboris patientiſsimum eſt habitum, ne carerent auxilijs domeſticis.
ſed res in contrarium quàm putarant cecidit. nam diuites agro in-
culto maiore ex parte occupato, tandẽ præſcriptione diuturni tem-
poris in poſſeſsione confirmati, & uicinorum pauperum portio-
nes modo ui adiungentes modo pretio, non iam rura colebant ſed
latifundia, coemptis cultoribus & paſtoribus, ne ab armis auocaren
tur ingenui: interim luculentos reditus percipiendo, creſcẽte etiam
ſeruitiorum multitudine, quòd immunis eſſet à militia. quo factum
eſt ut potentiores ſupra modum diteſcerent, & agri complerentur
ſeruitijs. Itali contra paucitate ſui generis laborabant. ſimulq́; graua
bantur paupertate, crebris expeditionibus & exactionibus. quòd ſi
quando dabatur harum difficultatum intermiſsio, otio corrumpe-
bant̃, quòd nec propriam terram haberent, & in aliena nullus locus
eſſet ipſorum operæ in tanta ſeruorũ copia. quam ob rem S.P.Q.R.
anxius erat, cum neq; Italicorum auxiliorum magnus præſto eſſet
numerus, & imperium minus in tuto arbitraretur propter ſeruo-
rum nimiam frequentiam. Quæſitum eſt deinde huic incommodo
remedium, cum nec facile nec æquum uideretur tot uiros deijci de
tam diuturna poſſeſsione tot prædiorum quæ ipſi conſeuiſſent, in-
ſtruxiſſentq́;. Vix tandem tribunis plebis rogantibus lex lata eſt ne
quis haberet plus quingentis iugeribus: neue quis paſceret plus cen-
tum capitibus maioris, plusúe quingentis minoris pecoris, præterq́;
aſsignatus eſt certus ingenuorum numerus qui præeſſent operi ru-
ſtico & frugum cuſtodiæ. ea lex iureiurãdo ſacrata eſt, mulctaq́; de-
creta in eos qui contrà feciſſent: quaſi mox quicquid agrorum ultra
præſcriptum modum ſupereſſet æquo pretio diſtribuendum eſſet
in pauperes. Sed neq; iuſiurandum neq; lex ualuit: & ſiqui uideban-
tur his permoti in ſpeciem modo agros ſuis propinquis cedebant,
alij propalam legem contemnebant: donec Tib. Sempronius Grac-
chus uir nobilis & honorum appetens ſimulq́; eloquens, & his de
cauſis iam notus omnibus, tribunatum adeptus grauiter diſſeruit dè
Italici nominis hominibus: quòd gens bellicoſa & cognata populo
Romano

Romano paulatim ad paucitatem ac egeſtatem redigeretur, & nulla reliqua ſpe ad interitum tenderet, inuectusq; in ſeruorum multitudinem ut inutilem militiæ nec unquam fidam dominis, recens tum exemplum memorauit Siciliæ afflictæ per mancipiorum motum contra heros proprios: quæ per occaſionē agriculturæ plus ſatis aucta numero, Ro. tandem armis per ancipites certaminum ſucceſſus ægre ſint cohibita. qua oratione impetrauit ut denuo ferretur lex agraria: ne quis poſsideret plus quingentis iugeribus. additum ueteri legi, licere filijs familias habere modi huius dimidium. quicquid agri ſuperfuerit, oportere pauperibus diuidi per triumuiros, qui mutarentur in annos ſingulos. Id diuites ægerrime paſsi ſunt, quòd legem contemnere non poſſent metu triumuirûm, nec liceret amplius alienas portiones coemere: nam & hanc fraudem Gracchus interdicto præcauerat: paſsimq; fiebant cœtus conquerentium: & opprobrabant pauperibus ueterem ſuam tam aruorum quàm uinetorum culturam ędificiaq; uillatica, iniquum eſſe non agris ſolum, ſed annumerato etiam uicinis pretio ſe mulctari, & inſuper ſepulcris maiorum ſitis in ſolo hæreditario. alij dotes uxorum inſumptas eò requirebant, aut dotalia rura ſuis aſsignata liberis. proferebatur & ęs alienum cõtractum huiuſmodi agrorum nomine, idq; non ſine fœnore. ad ſummam omnia miſcebantur querelis ac indignationibus. E diuerſo pauperum querelę audiebantur, ex copia redactos ſe ad extremam inopiam, atq; adeò deſperationem, quando ne liberos quidem detur alere. enumerabãt quot expeditionibus horum agrorum cauſa præſto fuiſſent reipublicæ, indignabanturq; ſi nõ portionem quiſq; ſuam ferret ex publico obijciebant inſuper illis quòd in ſuis agris faſtidirent ipſorum operam, mallentq; uti mancipijs, genere hominum ſemper infido ſibi & infenſo, ac proinde ad militiam inutili. Inter has mutuas exprobrationes querelasq; ad colonias quoq; ac municipia cæterosq; quocunq; iure agrorum poſſeſſores, mali huius peruenit contagium, metu iacturæ, ut & ibi uulgus in partes ſe ſcinderet, ita ut quæq; ſua factionis freta numero in aduerſam exaſperaretur, & res ad ſeditionem ſpectaret, omnibus in executionem legis intentis: alteris haudquaquam animatis ut ratam eſſe paterentur, alteris nihil non auſuris pro ea. Sic neutris cedere ſuo iure paratis, expectabatur dies deſtinata perferendæ legis comitijs. cæterum Graccho erat conſilium, ut non diuitijs uirorum ſed frequẽtiæ prouideretur, quòd arbitraretur alterum hoc magis eſſe è rep. & quoniam inde totius Italię fortuna pendere uidebatur, quanquam in re ardua parum erat ſollicitus. Vbi uero uentum eſt ad comitia, multũ

diuq́; in rem præſentem præfatus,rogabat æquum ne cenſeret, quæ publica ſint populo diuidi, & utrum ciuis ſeruo ſit potior, utrū miles pagano utilior,utrum reip.amatior alienus an particeps.nec diu collationi huic immoratus ut abſurdæ, uertit orationem ad expendendum ſpes ciuitatis metusq́; . bello quæſiſſe eos agri plurimum, ſpem eſſe occupandi cætera quoq; quàm late habitantur ab externis nationibus.nunc rem in ſummo diſcrimine eſſe,paraturine ſint reliqua per uirorum fortium frequentiam, an amiſſuri etiam ſua per inſirmitatem uirium & inimicorũ inuidiam. deinde hinc gloriam & amplas fortunas, inde periculum & metum exaggerando, hortabatur diuites, conſiderarent ipſi num ſatius eſſet ſpe futurorum commodorum eos ultro poſſeſsione agrorum cedere pauperibus alendorum liberorum onere grauatis, quàm de rebus exiguis cõtendendo, potiora negligere. non pœnitendum pretium ante actæ operæ eſſe eximia quingena iugera gratuita certæq́; poſſeſsionis,& quibus ſint liberi,dimidium eius in ſingulos. In hanc ſententiam prolixe locutus, ſuſpenſis animis pauperum, & quotquot alij ratione magis quàm cupiditate ducebantur, iuſsit ſcribam legem recitare. Ibi M. Octauius eius collega, ad intercedẽdum à locupletibus ſubornatus, pro poteſtate indixit ſcribę ſilentium. Gracchus multum de eo conqueſtus,comitia in ſequentem diem diſtulit, paratoq́; interim præſidio,tanquam inuitum etiam in ſuam ſententiam traducturus Octauium,minis adegit ſcribam ut legem pro concione recitaret.contrà Octauius recitantẽ cohibuit. tum exorto inter collegas iurgio, cum lex præ tumultu perferri nequiret,proceres egerunt precibus, ut tribuni eam controuerſiam arbitrio ſenatus committerent. Qua occaſione arrepta Gracchus,ſperans nulli ſano legem nõ placituram, accurrit in curiam.quo loco,ſecus q̃ apud uulgũ, petitus conuicijs à diuitibus,recurrit in forum, pollicẽs in craſtinum ſe collecturum ſuffragia de agraria lege,deq́; poteſtate collegæ adimenda,qui obſtaret populi commodis,& ita fecit. cùm enim Octauius nil territus intercederet,ille de ipſo prius dedit plebi calculos.cũq; prima tribus contra Octauium tuliſſet, uerſus ad eum Gracchus orabat ut ab incepto deſiſteret.quo perſiſtente in propoſito,cæterarum colligebat ſuffragia.erãt tunc tribus xxxv. harum decem & ſeptem iritatis animis iam conſpirarant,quibus ſi acceſsiſſet decimaoctaua,ratam legem effeciſſet. Rurſum igitur Gracchus coram populo collegam periculo proximum obſecrat ne rem piam & Italis uniuerſis utiliſsimam interturbare pergat, néue obſiſtat tanto plebis ſtudio, cui pro officio tribuni fauere deberet, deniq; ne amittere magiſtratũ ſuſtineat. his

dictis

dictis, deos teſtabatur, ſe inuitum contra collegæ honorem agere, quem cùm nil flecteret, ad ſuffragia reuerſus eſt. ita Octauius abrogato ſibi magiſtratu cõtinuo proripuit ſe clàm è medio: ſubrogatus Memmius, & lex agraria perlata eſt, triumuiriq; agris diuidẽdis creati, Gracchus ipſe, Caius frater eius, & ſocer Appius Claudius: ſic quoq; plebe metuente ne lex careret executione, niſi lator eius cum omnibus ſuis adniteretur. Ille uero ea lege ſibi uehementer placẽs, à plebe ueluti conditor non unius oppidi gentisúe ſed omnium Italiæ nationum, domum deductus eſt. poſt hæc uictrix pars in agros ſeceſsit, propter quos ad eam contentionem uentum fuerat: altera uerò uictam ſe ægre paſſa permanſit in urbe, uerbis iactans non impune id fore Graccho quàm primum magiſtratu abierit, auſo & poteſtatem ſacroſanctam uiolare, & ſeditionem tantam mouere in tota Italia. Iam æſtas erat, & comitia tribunis plebis creandis inſtabãt: apparebatq; diuites daturos operam ut is magiſtratus ad inimicos Gracchi perueniat. at is propinquo periculo territus, ne forte futuris comitijs ſui ratio non haberetur, reuocabat ex agris plebem ad ſuffragia. illis uerò occupatis, ut fit per æſtatem, opere ruſtico, cum dies præfinitus iam immineret, coactus eſt ad urbanam plebem confugere: & ambiens prehenſansq; ſingulos, poſtulabat ſibi continuari tribunatum, referriq; gratiam pro periculis quibus ſe obieciſſet propter eos. cum autem plebs ferret ſuffragia, mox duarũ tribuum primarum Gracchus tulit calculos. reclamantibus uerò diuitibus, non licere per leges eundem magiſtratũ continuari, & Rubrio trib. pl. qui tunc ſortito comitijs præerat, ambigente ſuper hoc negotio, Mummius Octauij ſucceſſor perſuaſit collegæ, ut ſe uicarium pro ipſo præeſſe ſineret. at reliqui tribuni ſorti id committendum cenſebant, cedẽte enim ſortem ſuam Rubrio, nouam ſortitionẽ ad totum tribunorum collegium pertinere. qua contentione gliſcente, Gracchus cum ſua factio ſuperaretur, in ſequẽtem diem comitia diſtulit: deſperatisq; rebus ſuis priuſquam magiſtratu abiret, reliquum diei uerſabatur in foro atratus cum filio, cõmendans eum ſingulis, quaſi mox periturus inimicorum uiolẽtia. ſed cum tenuem plebeculam ſubiret miſeratio uiri, ſimulq; reputatio, non amplius uiuendum ſibi æquo iure cum cæteris ciuibus, ferendam eſſe impotentem dominationem diuitum, timentes tam ſibi quàm illi propter ipſos pericli tanti, deducunt eum domum ueſpere, iubentq; bono animo eſſe in craſtinum. ille uerò audacia reſumpta, & ante lucem factione ſua in unum cõtracta, ſignoq; ſi pugna opus eſſet conſtituto, Capitolium ac comitium occupat: diuites adiunctis ſibi aliquot tribunis impe-

diunt

diunt quominus de illo ferantur ſuffragia . tum Gracchus ſignum ſuis dat ex compoſito . quibus mox magno clamore coortis ad manus uentum eſt, alijs ipſum pro ſatellitio ſtipãtibus, alijs accincta ueſte faſces lictorum direptos confringentibus, & nõ ſine uulneribus diuites exturbantibus è comitio, ita ut & tribuni metu perciti diffugerent, & ſacerdotes templum clauderent: trepidoq; fugientium diſcurſu omnia miſcente, incertis rumoribus ab alijs ſpargeret Gracchum ſtatuiſſe reliquis quoq; collegis magiſtratum abrogare, quod eò credibilius erat, quia eorum nemo uerſaretur in publico : ab alijs uerò, illum non expectatis populi ſuffragijs tribunatum ſibi uſurpaturum. Interea ſenatus in ædem Fidei cogitur. Equidem miror, nec tunc, nec poſtea cuiquam patrum im mentem ueniſſe, toties in huiuſmodi metu expertum ſalubre dictaturæ remedium: ſed S. C. utcunq; facto tendebant in Capitolium ductu Cornelij Scipionis Naſicæ pont. maximi, qui proclamauit, ſequerentur ſe quicunq; uellent ſaluam rẽpublicam : moxq; laciniam togæ reiecit in humerum & caput, ſiue multitudinem ad ſe hoc ſigno contrahens, ſiue pugnæ ceu teſſeram proferens, ſiue reuerentia deorum ſua cœpta uelut obtegens. ubi uerò in Capitolium euaſit, cedentibus Gracchanis tanto uiro ſenatum ſecum trahenti, Naſicæ comitatus extortis è manibus aduerſariorum fuſtibus, arreptisq; ſubſelliorũ fragmentis & ſi quid aliud uice teli ſe offerebat, globatim irruentes feriebant eos propellendo in prærupta crepidinis, quo in tumultu Gracchus etiam cum ſuorum multis circa fores templi oberrãtibus cæſus eſt ante regum ſtatuas: & omnium cadauera noctu proiecta ſunt in Tiberim. Hic ſinis fuit Gracchi patre bis conſule geniti ex Cornelia Scipionis illius Africani filia, dum patriæ bene quidẽ ſed uiolentius conſulit, in ipſo tribunatu in Capitolio necati. tãtum piaculum in comitijs patratum eſt, quo nõ aliud in hoc genere fœdius. at populus uarie cędem eam tulit, his lætis, illis mœrentibus. multi enim nõ minus ſuãmet quàm illius uicem dolebant, & ſtatum præſentem non tam rempublicam exiſtimabant, quàm aduerſæ partis uictricis inſolentiam. alij rem factam ſe habere putabant, & uoto potiti fruebantur . hæc contentio in id bellum incidit, quo Ariſtonicus cum populo Romano certauit de Aſiæ imperio. Poſt Gracchi necem Appio Claudio quoque uita functo, Fuluius Flaccus & Papirius Carbo cum minore Graccho legis agrariæ ſuſceperunt patrocinium : cumq; ueteres poſſeſſores agros recenſeri tergiuerſarentur, iudices ad accuſandos eos per præconem inuitauerũt : ac mox enatæ ſunt difficiles lites plurimæ. quicquid enim conterminorum agrorum aut diuenditum fuerat aut diuiſum

uiſum ſocijs, totum in controuerſiam ueniebat, diſceptādo quo pacto uenditum eſſet aut diuiſum: cum nec inſtrumenta extarent omnia, & nōnulli excidiſſent è ſuarum portionū poſſeſsionibus. quod ſi quæ extabant, & ipſa erant iuris ambigui: quòd dum agri de integro ad menſuram diuiderent, colonorum alij ex conſitis & ſuis uillis inſtructis fundis transferebantur in terram nudam: alij è cultis in incultam aut cœnoſam paluſtrémue, quia iam inde ab initio ager de hoſte captus negligenter diuiſus fuerat: & quoniam edictum fuerat ut coleretur id agri quod diuidendum erat, dum multi inter colendum euehuntur etiam in contigua, confundebatur locorum facies, ætate quoq; multa mutante, ut difficile eſſet diuitum iniurias quamuis magnas deprehendere. atq; ita omnia ſurſum deorſum miſcebantur crebris migrationibus. huiuſmodi moleſtias & rerum iudicatarum executiones Itali ægre ferendo, quo finis iniuriarum fieret, patronum ſibi Cornelium Scipionem Africanum optauerūt. qui ſtrenua ipſorum opera ſæpe in bello uſus, non recuſauit hoc patrocinium: ingreſſusq; in ſenatum, legem quidem agrariam non improbauit palam ne plebem offenderet, uerùm præfatus difficultatem negotij, cenſebat iudicia huiuſmodi cauſarum à triumuiris quaſi ſuſpectis transferenda, ad alios: id quod ut ęquiſsimum impetratum eſt: Senatus Tuditanum conſulem talium litium iudicem eſſe iuſsit. qui rem aggreſſus cum perdifficilem animaduerteret, prætextu Illyrici belli abijt in prouinciam. triumuiri uerò, nemine ab eis ius petente, in ocio degebant. unde ortum eſt populi erga Scipionem odium & indignatio, quòd eum propter quem ſæpe potentes ciues offendiſſet, quemq; poſthabita legum ratione iterum conſulem creaſſet, arbitraretur ſocijs Italici nominis magis quàm ipſi populo conſuluiſſe. hoc intellecto eius inimici paſsim uociferabant, decreuiſſe illum tollere in totum legem agrariam, non ſine armis atq; cædibus: atq; ita territabant populum. tandem cum Scipio ueſpere in cubiculum ſe recepiſſet, tabellas ſecum ferens, in quibus noctu meditaretur quę parabat pro contione dicere, repertus eſt mortuus ſine uulnere: ſiue inſidijs Corneliæ Gracchorum matris, ueritæ ne abrogaretur lex agraria, adiuuāte eā Sempronia quoq; filia, quæ Scipioni nupta ob deformitatem ac ſterilitatem nec amabatur nec amabat: ſiue ut nonnulli putant, ſibimetipſe mortem conſciuit, quòd uideret ſe nō poſſe præſtare pollicita. nec deſunt qui dicant ſeruos in tormentis faſſos, noctu per poſticum intromiſſos quoſdam ignotos illum ſuffocaſſe, ſe uerò ideo rem prodere ueritos, quòd ſcirent infenſum ipſi populū gaudere eius interitu: Sic mortuus eſt uir imperio Romano

utiliſsimus

utiliſsimus, ne funeratus quidem publice: tanto plus ualuit præſens
indignatio quàm gratia præterita: atq; hoc fuit agrariarum ſeditio-
num quoddam quaſi auctarium: cæterũ agrorum diuiſio à poſſeſ-
ſoribus per uarias cauſationes in longum differebatur: & quidã cen
ſebant, ſocijs omnibus, qui maxime de agris contendebant, ciuitatẽ
dandam: quo hac gratia deuincti contendere deſinerẽt. pergratum
id fuit Italis, ius ciuium dari quàm agrum pub. diuidi ſibi malẽtibus.
nitebantur autem potiſsimũ fauore Fuluij Flacci, qui tum ſimul con
ſul & triumuir agris diuidendis creatus fuerat. Senatus autem ægre
patiebatur ſubditos æquari iure ciuibus. atq; hic conatus talem exi-
tum habuit, plebe mœſta & fruſtratam ſpem ſuam dolente. Sic affe-
ctis cõmodum ſe obtulit tribunus Caius Gracchi maioris frater &
in triumuiratu olim collega, qui aliquantiſper poſt fratris necẽ quie-
uerat: cumq́; inter patres autoritatem ſuam parum tueretur, candida
tum tribunatus ſe profeſſus, adeptusq́; illuſtri plebis ſtudio eum ma
giſtratum, confeſtim cœpit dolos ſenatui nectere, lege lata de fru-
mento menſtruo plebi uiritim diuidẽdo ex publico, quod nunquã
antè factum eſt. atq; ita uno inſtituto plebe ſibi celeriter deuincta,
Fuluio Flacco etiam adiutante, in ſequẽtem quoq; annum trib. refe-
ctus eſt. iam enim lex lata fuerat: Si tribunus opus habeat ad præſtan
da pollicita, eius potiſsimum rationem habendam proximis comi-
tijs. Itaq; continuato ſibi magiſtratu, & conciliatis ſupradicta merce
de plebeis, ut gratificaretur & equitibus, qui ſecundus poſt ampliſsi
mum ordo eſt, iudicia ob infames corruptelas, ad eos à ſenatorijs iu
dicibus transferre conatus eſt, opprobrando illis exempla recentiſ-
ſima quæq;, Aurelium Cottam, Salinatorẽ, Manium Aquilium qui
Aſiam deuicerat, repetundarum reos elapſos corruptis iudicibus. at
teſtabantur & prouinciarum legati etiamtum in urbe morantes indi
gnabundi cum magna iudicum inuidia. ea res pudorem incuſsit ſe-
natui, quo minus obſiſteret plebiſcito de transferendis iudicijs: atq;
ita ad equites deuenerunt. lege hac perlata ferũt Gracchi uocem ex-
ceptam: actum iam de ſenatus potentia. eam minime uanam fuiſſe,
apparuit procedẽte tempore. Cum enim penes alium ordinem eſſet
iurisdictio de rebus urbanis ac Italicis, deq́; ipſis ſenatoribus, ſiue
pecuniaria mulcta eſſet ſiue exilium aut ignominia, imperium uide-
batur iam equitum, ſenatores uerò in ſubditorum ordinem redigi:
atq; ita ſuffragante tribunis pl. equeſtri ordine, illis uerò parem gra-
tiam referre paratis, ſenatui timor ingens iniectus eſt, nec multum
aberat quin uerſa reip. forma, equitum ſolorum fieret potentia, ho-
nore tantum ſenatui relicto. progreſſu enim temporis non modo
ſubijcieba

ſubijciebatur ampliſsimus ordo equitibus,ſed propalam etiam ſenatores iniurijs afficiebantur à iudicibus, qui capti deguſtatorũ lucrorum dulcedine,turpius & immoderatius poteſtate abutebantur.diuitibus accuſatores ſubornabant,factaq́; conſpiratione leges corruptelis iudicum oppoſitas uel eludebant uel ſuperbe contemnebant: ita ut cum nunquam repoſceretur iudiciorum ratio, nõ minor prioribus exorta ſit ſeditio de legibus iudicarijs,duratura et ipſa aliquandiu. At Gracchus uias etiam per Italiam muniebat longas,multitudinem operariorum manibus uictum querentium obnoxiam ſibi pręparans,ad quæuis cœpta iuuanda facilem, multáſque deducebat colonias. quin & Latinos inuitabat ad petendum ius Romanæ ciuitatis, quaſi eſſet res indigna, Senatum cognatorum populorum cupiditati reſiſtere. cęteris quoq; ſocijs cõtra ueterem morem, ius ſuffragiorum dabat:uſurus & eorum opera in ferendis quas deſtinarat legibus. Non alia res magis ſenatum terruit:moxq́; S. C. factum eſt: edicerent Coſs.nequis niſi qui ius ſuffragij habeat,uel in urbe ſit uel intra quintum ab urbe lapidem, tantiſper dum ſuffragia perferuntur de recens tum promulgatis legibus.perſuaſum eſt & Liuio Druſo ut Gracchi collegę rogationibus intercederet,nec tamen rationẽ intercedẽdi redderet apud populum.idem ius & cuiuis intercedenti datum eſt.plebi uero deliniendæ XII.coloniæ conceſſę ſunt: quæ res ut plebeijs longe gratiſsima,promulgatarum legum fecit faſtidium.Tum Gracchus fauore plebis fruſtratus,in Africam unà cũ Fuluio Flacco ( conſularis hic eadẽ de cauſa collega in tribunatu Graccho datus fuerat ) traiecit in Africam : quò ob ſoli ubertatẽ colonia decreta fuerat:ablegatis de induſtria colonis, ut per eorum abſentiam ſenatus aliquantulum reſpiraret à uulgi ſeditionibus.Colonię locus deſignatus eſt in ruinis Carthaginis, contempta Scipionis eius demolitoris uoluntate, qui compaſcuam in ſempiternum deuouerat.aſcripti ſunt eò ſexies mille,ſupra lege præſtitutum numerum,ut ſic quoq; plebem magis obnoxiam ſibi redderent. Romam inde reuerſi, exciebant illos ſexies millenos ex tota Italia : cumq́; per literas ſignificatum eſſet ex Africa à coloniæ diſignatoribus, lupos diſturbaſſe terminos poſitos à Graccho & Fuluio,negantibus auguribus fas eſſe illuc colonos deduci, ſenatus indixit comitia, in quibus lex de ea colonia abrogaretur.at Gracchus & Fuluius hac quoq; ſpe fruſtrati,tantummodo furentes, mentiri ſenatum aiebant de luporum prodigio. his audaciſsimus quiſq; è plebe fauebat, cum ſicis petẽtes Capitolium, quò tribus uocabantur ſuffragijs ferendis de colonia. & iam populus cõuenerat,cùm Fuluio cõcionari exorſo, Gracchus

in ædem Iouis capitolinam aſcendebat, ſtipatus ſuis ex compoſito. ſed impeditus ab ijs qui non ignorabant hominem res nouas moliri, uitato comitio deflectens in porticum inſidiabatur ibi aduerſariis. ita tumultuantem animaduertens uir è plebe Attilius in ea porticu ſacra tunc faciens, apprehenſum manu ſiue quòd ſciret aliquid ſiue ſuſpicaretur, ſiue alioqui captans colloquium, rogabat ut patriæ parceret. ille magis etiam turbatus, quaſi deprehenſus in facinore, eum torue aſpexit. tum quidam ex Gracchanis iniuſſus & non expectato ſigno, ex ſolo uultu coniectans adeſſe tempus, ratusq; initurũ ſe gratiam apud patronum ſi primus rem aggrederetur, ſtricto ferro traiecit Attilium. clamore autem exorto & conſpecto in turba cadauere, omnes pariter ſibi metuentes diffugerunt è templo propere. Gracchus forum ingreſſus uolebat rationẽ facti reddere: ſed nemine eum expectante, omnibus ut impiũ auerſantibus, ipſe ac Flaccus amiſſa rei gerendæ occaſione anxij, ſuam quiſq; domum recurrunt: eodem & cæteri eius factionis ſe conferunt. reliqua plebs tanquàm in publico tumultu forum de media noctu occupat. alter conſulum qui in urbe manſerat Opimius armatos prima luce diſponit præſidium Capitolio, ſenatum per præcones conuocat, ipſe media in urbe ædem Caſtorum occupat in omnem occaſionem intentus. in hoc rerum ſtatu ſenatus Gracchum & Flaccum ad cauſam in curia dicendam euocat. at illi armati in Auentinum excurrunt, ſperantes hoc occupato ſenatũ conditiones pacis arrepturũ. ſeruos quoq; ſed fruſtra, uocant ad pileum. itaq; cum ſuorum manu ædem Dianæ muniunt. inde Quintum Flacci filium ad ſenatum mittunt acturum de concordia. Reſponſum eſt, uenirẽt ipſi poſitis armis, & quæ uelent dicerent: aliàs non eſſe cur ad ſe quenquam mittãt in poſterum. Sed cum Quintus reuertiſſet, Opimius eum ob cõtemptam denunciationem, tanquam non iam legatum, comprehendi iuſsit, ſimulq; armatos contra Gracchum miſit. ille per ſublicium pontẽ fugit trãs Tiberim in quendam lucum comite unico ſeruo: cui mox ne in poteſtatem inimicorum ueniret, iugulum præbuit. Flaccus in familiaris cuiuſdam officinam confugit. eum qui perſequebantur, ignari quam in domum ſe abdidiſſet, toti uico minabantur incendium. is uero qui trepidum exceperat, ipſe quidem ueritus eſt prodere ſupplicem, alium tamen quendam iuſsit indicium facere. Flaccus comprehenſus & occiſus eſt. utriuſq; caput relatum ad conſulem, pari rependum eſt auri pondere. domus eorum direptæ à populo. conſpirationis ſocijs in carcere iuſſu conſulis laqueo gula fracta eſt. Quinto Flacci filio permiſſum eſt ſuo arbitratu genus mortis eligere. deinde

urbs

urbs luſtrata à cædibus: & Concordiæ fanum in foro ex S.C. conditum. Is exitus fuit ſecundę ſeditionis Gracchanę. Nec ita multo poſt lex lata eſt, licere cuiq; ſuam portionem agri uendere, quod ſuperior Gracchus uetuerat: moxq; pauperes à diuitibus poſſeſsiõe agrorum ſubmouebãtur uel ui uel pretio, donec Sp. Borius tribunus pl. in totum abrogauit legem agrariam, relictis agris in poſſeſsione dominorum ueterum, modo tributa penderentur populo, & pecunia inde collecta uiritim diſtribueretur: id quod pauperum ſolatiũ fuit, non infrequentiæ remedium. Ita eluſis ſemel Gracchi legibus, perutilius alioqui reipub. ſi conatus ſucceſsiſſet, non multo poſt alius tribunus plebis tributum etiam abrogauit, plebi nihil factum eſt reliquum: inde ſecuta tum ciuium tum militum raritas, diminuti reditus populo Romano & ſtipendia: non legibus ſua uis manſit, à iudicijs quoq; ceſſatum eſt ad annum fermè quintumdecimum ex quo lata fuerat lex agraria. Per idem tempus Scipio Cos. theatrum demolitus eſt, inchoatum à L. Caſsio & tum penè abſolutum: quòd hæc quoq; uideretur nouarum ſeditionum materia: uel quod exiſtimaret non eſſe è rep. populum Græcanicis uoluptatibus aſſueſcere. Cenſor uero Q. Cecilius Metellus Glauciam & Apuleium Saturninum tribunatu defunctum ſenatu mouere conatus eſt, propter uitę dedecora, ſed renitente collega nihil effecit. quamobrem Apuleius paulo poſt, uelut ulturus iniuriam à Metello acceptam, iterum profeſſus eſt ſe candidatum tribunatus per occaſionem quòd Glaucia tunc prætor præeſſet comitijs. tum Nonius uir nobilis, inuectus non ſine opprobrijs in Apuleium & Glauciã, tribunus pl. deſignatur. illi ueriti ne poteſtatem adeptus in ſe animaduerteret, ſolutis comicijs confeſtim in eum immittunt globum iuuenum, qui refugiẽtem in cauponã quadam aſſecuti cõfoderunt. ea cædes cum indigna uideretur & miſerabilis, Glauciam ſummo mane, prius quàm frequens plebs cõueniret in comitium, tribunum pl. creant Apuleium. ad hunc modum ſilentium fuit de Nonio, nemine auſo iam tribunum facinoris eius coarguere. Metellus quoq; actus eſt in exilium, cõſpirante cum inimicis eius C. Mario tunc ſextum conſule, cui occulta ſimultas erat cum illo. Cæterum Apuleius legem promulgabat de diuidendis agris Galliæ prouinciæ, è quibus Marius nuper Cimbros ſummouerat, ut iam Romani iuris eſſent non Gallici. aſcriptum erat legi, ut ſi plebs eam ſciuiſſet, ſenatus intra quintum diem autor fieret iureiurãdo addito: qui recuſaret iurare, ſenatu moueretur, & inſuper mulctaretur talentis uiginti. ita captabatur uindictæ occaſio: quòd tum alij tum Metellus ipſe uir magnanimus, non uideretur paſſurus ſe ſa-

cramento adigi. & lex quidem fuit talis. Apuleius uero diem dixit co mitijs, dimiſsis interim nuncijs circa ruſticas tribus, quibus maxime fidebat, quòd ex eis pleriq; militaſſent ſub Mario. ea lex quia magis conducere uidebatur ſocijs, plebi parum grata erat. itaq; ratione co mitiorum confuſa, quotquot diſuadere legem conabantur, deturba bantur per Apuleium è ſuperiore loco. tum urbana multitudo excla mat, quaſi audito tonitru: quod quoties accidit, nefas eſt quicquam decernere. Apuleianis autem ne tum quidem à ui abſtinentibus, urbani præcinctis togis, & uertẽtes in telum quicquid fors obtulit, diſiecerunt ruſticos. at illi conuocante rurſus Apuleio conglobati occurrerunt urbanis, armati & ipſi fuſtibus: euiceruntq; ut lex perferretur. quo facto confeſtim Marius Cos. ad ſenatum de iureiurando retulit: & quòd ſciret Metellum conſtantem ac firmum in propoſito, primus ſententiam dixit, illi dolum ſtruens: negauitq́; ſe unquam ſua ſponte iuraturum. cumq́; Metellus aſſenſiſſet, collaudantibus utrunq; cæteris, ſenatus dimiſſus eſt. quinto uerò pòſt die, quem lex ſacramento præſcripſerat terminum, circiter horam decimam Cos. ſtupropere coacto ſenatu, ait ſe timere plebem legi fauentem totis ſtudijs. aduerſus eam ſe prouidiſſe fallaciam hanc. iurandum eſſe in uerba legis, quatenus ea ſit legitima, ita fore ut ad præſens diſpergatur aduerſa ipſis multitudo ruſtica, poſtea uerò facile oſtendatur, non eſſe legem, quę & per uim, & Ioue tonante, prętermorem maiorum lata ſit. his dictis nemine expectato, dum omnes ſilent inſidiarũ metu & præ anguſtijs tẽporis, ac ne ſpatio quidem ad cogitandũ conceſſo, ſurgit & in ædem Saturni proficiſcitur, ubi ærarij præfectos iurare oportebat: primusq; cum amicis iureiurãdo ſe obligat. idem & reliqui ſenatores faciunt, dum ſibi quiſq; metuit. Solus Metellus iurare noluit, intrepide perſtans in ſentẽtia. quem Apuleius ſequenti die per apparitorem extraxit è curia: & iubẽtibus cæteris trib. eum miſſum fieri, ipſe una cum Glaucia procurrens ad ruſticos, negabat uel agrum habituros, uel legem ratam fore, ni Metellus mittatur in exilium: itaq; mox plebiſcitum factum eſt ut ſolum uerteret, Coss. ei aqua & igne interdicerent. ſenatui ad deliberandum ſuper ea re dies unus datus eſt. id urbani cum egerrime paterẽtur, & illum ſicis ſub ueſte accincti deducerent, ipſe comiter laudata uoluntate ſuorum, negauit ſe cõmiſſurum ut patriæ periculorum cauſa fieret. Sic Apuleius legem de eius exilio pertulit, quam Marius mox edicto ratam habuit. Hunc in modum uir laudatiſsimus exulatum abijt. Apuleius in tertium deinceps annum trib. pl. refectus eſt, addito collega fugitiuo quodã, ut tum ferebatur, qui ſe Gracchi maioris iactabat filiũ,
uulgo

uulgo hominum cupide ſuffragante ob ipſius Gracchi deſiderium. Conſularibus dein comitijs M. Antonius uno omniū cōſenſu Cos. creatus eſt, de collega futuro ambigebatur, Glaucia Memmioq; cōpetentibus. ſed cum Memmius multo eſſet nobilior, Glaucia & Apuleius ſibi timentes, in ipſis comitijs immiſerūt in eum quoſdam, qui omnibus inſpectantibus confecerunt hominem fuſtibus. Itaq; concio per tumultū ſoluitur, ſublatis omnino legibus unà cum iudicijs, atq; omni hominum deorúmue reuerentia. Poſtridie populus indignitate rei motus in unum propere conuenit Apuleio necem minitans. at ille noua multitudine ex agris excita, aſſumpto Glaucia & C. Saufeio quæſtore Capitolium occupat: cumq́; ſenatus hoſtes eos iudicaſſet, Marius grauatim quidem, armat tamen nōnullos idq; cunctanter: alij morarum pertæſi tubos in templum aquam ducentes intercidunt, ita ut Saufeius ſitim nō ferens ſuaderet Capitolium incendere. Sed Glaucia & Apuleius Mario freti, deditionem fecerunt primi, & poſt illos Saufeius. Cos. omnibus necem eorum conclamantibus, in curiam eos incluſit, uelut legitime ſumpturus de eis ſupplicium. plebs uero ſimulationem hanc eſſe rata, curiæ tegulas cōuulſas iaciebat in incluſos, donec quæſtorem & tribunum pl. & prætorem interemerunt, etiam tum ornatos magiſtratus inſignijs. perijt & alia turba eadē ſeditione afflicta, & in ea tribunus ille Gracchi filius habitus, primo initi magiſtratus die, nō libertate ſua quemquam tuente, non reip. forma, non legibus, non dignitate, nō magiſtratu: quando ſacroſancta poteſtas tribunicia cohibendis ſceleribus & protegēdis plebeijs inuenta, nec iniurijs temperabat, & ipſa ferebat illatas ab alijs. occiſis tribunis S.P.Q.R. Metellum reuocari flagitabat clamoribus. at P. Furius ne ingenuo quidem patre natus ſed liberto, audacter eis reſiſtebat, etiam Metellum eius filium ſupplicem in conſpectu populi ad genua ſibi cum lacrymis prouolutū aſpernatus. quo factum eſt ut hic quidem tam miſerabili ſpecie Pij cognomen adeptus ſit: Furium uero ob hanc pertinaciam C. Canuleius trib. pl. apud populum reum capitis peregerit, ita ut ne expectata quidem defenſione diſcerptus ſit à furente multitudine. Sic tum ſemper nouum aliquod in foro committebatur piaculum. Metello conceſſus eſt in patriam reditus: fertur q; non ſuffeciſſe integram diem gratulationibus ad portam eum excipientium. Tertia hæc fuit Romæ diſſenſio ciuium Apuleiana, poſt duas illas Gracchorum tempeſtates tribunicias. Interea bellum ſociale exortum eſt, ex conſpiratione nationum Italiæ. id ut inſperatum, ita ſubito in immenſum auctum, urbanas ſeditiones nouo terrore ſopijt: finitū uero alias turbas exciuit

ductu potentiorum principum, qui non iam promulgandis legibus aut plebeijs tumultibus ſed totis exercitibus ruerent in mutuam perniciem. quapropter inſerendum duxi his commentarijs, tum quòd ex urbana ſeditione natum ſit, tum quòd in aliam longe nocentiorẽ euaſerit. eius belli fuit initium hoc. Fuluius Flaccus in conſulatu ſuo primus omnium aperte iniecit populi Romani ſocijs ciuitatis cupidinem, ſperantibus ſe fore non amplius ſubditos, ſed imperij participes. in qua ſententia cum firmiter perſtaret, à ſenatu ad quoddã bellum ablegatus eſt: ubi tẽpore cõſulatus abſumpto, ille tribunatũ pl. ambijt, effecitq; ut Graccho minori collega daretur. cumq; ambo huiuſmodi leges promulgarent in fauorem Italici nominis, utroq; cæſo ut ſupra narratum eſt, multo magis iritati ſunt ſociorũ animi. Indigne enim ferebant, & ſe pro ſubditis magis quàm pro ſocijs haberi, & Flaccum Gracchumq; ipſorum commoda publice curantes tam miſerando mulctatos exitio. Poſt quos & Liuius Druſus trib. pl. uir genere nobilis, ſocijs rogantibus legem de ciuitate eis danda promulgare eſt pollicitus. hoc enim maxime cupiebant, quaſi hac una ratione imperij participes futuri pro ſubditis. tribunus uerò gratiam plebis præoccupans, multas colonias deducebat in Italiam & Siciliam, decretas quidem antè, ſed dilatas hactenus. ſenatũ quoq; ac equites tum maxime propter iudicia diſſidentes inuicem conabatur conciliare: quæ cum nequiret ſenatui palàm reſtituere, arte utroſq; aggreſſus eſt. nam cum ſenatores propter crebras ſeditiones uix trecentorum explerẽt numerum, promulgauit legem ut ex equeſtri ordine adderentur totidem delectu optimorum habito, atq; ex his omnibus in poſterum legerentur iudices. utq; cauſam dicere cogerentur ſuſpecti de munerum corruptela: quod malum iam inter crimina haberi deſierat: adeò frontem pleriq; perfricuerant. hęc tamen tanti res præter opinionem ſucceſsit in contrarium. nam & ſenatus moleſte ferebat temporis momento tantum numerum equitum cooptari in ordinem ampliſsimum, quos ueriſimile erat noua dignitate auctos parum conſenſuros cum ueteribus ſenatoribus: & equites uerebantur hoc pacto penes ſolum ſenatum fore iudicia ipſis poſthabitis, qui iam deguſtatis lucris non mediocribus unà cum potentia, merito ſuſpicari cœperãt. ad hæc ipſos equites æmulatio ſubijt, quod haud facile quiſquam alteri ceſſurus uidebatur ut digniori, & prȩlatum ſecutura erat inuidia. ſed nihil ęque reddebat ſollicitos, ac reuocari largitionum crimen ad tribunalia, quod iam antiquatum uidebatur. ita factum eſt ut quamuis male conueniret ordinibus, cõſpirarent tamen in Druſi odium, ſola plebe gaudente colonijs. At ſocij

ſocij,quorum in gratiam potiſsimum hæc machinabatur tribunus, & ipſi abhorrebant à lege de colonijs: quòd ceſſante agri publici diuiſione, locupletes eum pars ui aperta, pars diſsimulanter poſsiderent, uicinis etiam moleſti ob cupiditatem proferendi terminos.ad Hetruſcos quoq; Vmbroſq́; peruenit huius mali contagiũ: qui per Coss.in urbem acciti quaſi ad tollendum Druſum, ſed re uera ut legem incuſarent, palam reclamabant expectando comitia. quod ubi tribunus intellexit, dum raro procedens in publicum, domi quotidianos cœtus habet in obſcura quadam porticu, accidit ut ueſpere dimiſſurus multitudinem exclamaret ictum ſe: & dicto citius cecidit. in iacẽtis femore deprehenſus eſt infixus culter ſutorius.ita & Druſus in ſuo magiſtratu interemptus eſt.Cæterum equites hoc eius inſtitutum uertendo contra inimicos in calumniarum materiam,autores fuere Q. Valerio trib. pl. promulgandi legem de reis faciendis quotquot ſocijs populis Ro. uiam ad reip. adminiſtrationem affectantibus clámue palámue fauiſſent:ſperabant enim mox potentiſsimum quenq; obijciendum accuſatoribus, ſe iudicaturos de tam inuidioſo crimine:ſublatisq; inimicis,maiorẽ poſt hac fore ſuã in rep. potentiã. huic rogationi collegis intercedẽtibus, equites undiq; ſtrictas ſicas intentando effecerunt ut lex perferretur. quo facto confeſtim illuſtrioribus ſenatorum accuſatores ſubornati ſunt. ex his Beſtia ſua ſponte in exilium abijt contemptis in ius uocantibus, quòd ſe nollet inimicorum poteſtati credere. poſt eum Cotta comparuit quidem in iudicio:ſed luculenta ratione adminiſtratæ reip.reddita, palam inuectus in equites, urbem reliquit non expectatis populi de ſe ſuffragijs. Mummius Achaicus turpiter illuſus ab iudicibus eum ſe abſoluturos pollicitis,in Delum relegatus eſt, ubi & uitam exegit. Hoc malo in optimum quenq; graſſante, plebs permoleſte ferebat orbari ſe uno momẽto tot tantorum uirorum præſentia: & ſocij cognito Druſi caſu, & cauſa horum uirorum exilij, rem non amplius ferendam rati tam indignis modis tractari patronos ſuos publicos, nec alia uia ſe ſpe ſua potituros arbitrati, decreuerunt à populo Ro. deficere, eiq; bellum inferre totis uiribus.itaq; per occultas legationes fœdus ineunt,datis ultro citroq́; obſidibus:quę res ſero cegnita eſt in urbe intenta iudicijs atque ſeditionibus. Tandem ubi ſenſere, quos maxime crederent idoneos mittebant circa populos ut rem explorarent tanquam agendo aliud.ex his unus conſpicatus adoleſcẽtem Aſculanum pro obſide ductum in urbem aliam, indicauit Seruilio pro conſule agenti in eis regionibus. apparet enim tunc quoq; regiones Italiæ diſtributas fuiſſe proconſulibus, quem morem imi-

tatus Adrianus imperator renouauit poſt ætates aliquot, nō diu duraturū poſt eius obitū. Seruilius propere oppidum ingreſſus, Aſculanosq; ſolenne patrium celebrantes minis deterrere conatus, ab eis interficitur, quòd defectionem proditam intelligerēt: ſimulq; Fonteius legatus ipſius interijt. his ſublatis nemini Romano parcitū eſt: omnes eodem oppidanorum impetu confoſsi, bona eorum direpta ſunt. itaq; aperta iam defectione omnes finitimi arma corripiūt, Marſi, Peligni, Veſtini, Marucini: eos ſequūtur Picētes, Frētani, Hirpini, Pompeiani, Venuſini, Apuli, Lucani, Samnites, nationes iam dudum infenſæ Romano nomini: deniq; quicquid populorum à Liri, qui nunc ut puto Liternus eſt, uſq; intimum Adriaticū ſinum occurrit ſiue terreſtri itinere, ſiue oram Italiæ circumlegentibus. horum legatis querentibus ſe non admitti ad ius ciuitatis, cum tamen ipſorum opera & auxilio populus Romanus longe ac late imperio polleat, ſenatus ſatis ferociter reſpondit: ſi reſipuerint audituros ſe legationes, aliâs non. Ita uoto fruſtrati bellum parant: habitisq; delectibus conſcribunt peditum equitumq; ad centum milia. nec minores fuere populi Romani copiæ, ad urbanum exercitum annumeratis auxilijs ſociorum qui in fide permanebant. his præerant Sex. Iulius Cæſar, & P. Rutilius Lupus, cōſules. ambobus enim tam grauis inteſtini belli imperium decretum eſt, & mœnia cum portis munita & cuſtodijs, quod tum maxime ſua res uicinorumq; agi uideretur. & quia mentione ſemel facta nouorum inſtitutorum apparebat uarias ac multiplices eſſe uoluntates hominum, legati cōſulibus additi ſunt uiri eius ætatis ſpectatiſsimi, Rutilio Cn. Pompeius Magni pater, Q. Cepio, C. Perpenna, C. Marius, Valerius Meſſala, Sex. Cæſari, P. Lentulus ipſius germanus, T. Didius, Licinius Craſſus, Cornelius Sylla, M. Marcellus. Singulis attributæ ſunt ſuæ prouinciæ, omnes procōſulari poteſtate ornati, & ut in arduo certamine, interdum ſupplemēta ſummiſſa ſunt. Socijs uerò præter minores duces, oppidatim lectos, cum imperio præerant, T. Afranius, P. Ventidius, Marius Egnatius, Q. Popedius, C. Papius, M. Lamponius, C. Iudacilius, Hirius Aſinius, Vetius Cato: qui pariter copias inter ſe partiti, opponebant ſe ducibus Romanis non ſine mutuis cladibus. Fuerunt autem, ut cōpendio dicam hæ. Vetius Cato, Sex. Iulium cæſis M M. in Eſerniam compulit, quę tum perſtabat in fide Romani populi. L. Scipio & L. Acilius inde ſeruorum habitu elapſi ſunt, reliqui fame coacti tandē deditionem fecerunt. Venafro uerò per proditionem capto Marius Egnatius duas Romanas cohortes ibi cōcidit. P. Preſenteius Perpennam cum X M. obuiam ſibi factum fugauit, cæſisq; ad quater mille,

reliquorum armis maiore ex parte potitus. quamobrē Rutilius Cos. adempto Perpennæ imperio, reliquias eius exercitus attribuit C. Mario. M. Lamponius, Liciniū Craſſum aggreſſus, octingentos ex eius militibus proſtrauit, reliquos in Grumentū compulit. C. Papius Nola per proditionem occupata, Romanorum duobus milibus qui in præſidio erant per caduceatorem ad ſe tranſeundi poteſtatem obtulit: illi conditionem acceperunt exceptis ducibus, quos comprehenſos uictor necauit inedia. Idem Stabias, Minturnas, Salernumq; Romanam coloniam cepit, captorū oppidorum ciues unà cum ſeruis aſcripſit in militum ſuorum numerum. peruaſtato deinde omni circum Nuceriam agro, finitima oppida ſimilis iniuriæ metu ad eum deſciuerunt, & petenti auxilium miſerunt, decem peditum milia, equites mille, quibus auctus Papius Acerras obſedit. Tum Sex. Cęſar accitis Gallorum peditum decem milibus, & Numidarum equitatu caſtra prope illū poſuit: Papius uerò Oxintam Iugurthæ regis quondam Numidarum filium è Venuſina in qua tum aſſeruabatur cuſtodia eductum ornatumq; purpura oſtētabat eius popularibus ſub Cæſare militantibus. cumq; crebra eorum, ut ad proprium regem, fierent trāsfugia, Cos. cæteros ut ſuſpectos remiſit in Africam. poſt hæc cum Papius temere auſus eſſet oppugnare caſtra cōſulis, iamq; partem ualli conuelleret, emiſſo per auerſam portam equitatu cæſa ſunt circiter ſex milia hoſtium. poſt quam uictoriam conſul inde abduxit exercitum. ad Iudacilium autem in Apulia Canuſini unà cum Venuſinis defecerunt, & multi alij populi. quoſdam abnuentes imperata facere ui expugnauit: deprehēſoſq; in his Romanos nobiliores necauit, plebeios uero & ſeruos militib. ſuis immiſcuit. Alter autem Cos. Rutilius unà cum C. Mario duos non longe inter ſe diſtantes pontes ſuper Lirim conſtruunt, ad traijciēdas copias, quibus Vetius Cato cum exercitu ſuo ſe oppoſuit: propius pontem Marij, diſpoſitis noctu circa Rutilij pontem in ualle quadam inſidijs, eum diluculo traijcere paſſus aggreditur: cæſiſq; multis, multos in fluuiū egit prçcipites. Cos. ipſe in hac pugna ſaucius caput, paulo poſt ex eo uulnere eſt mortuus. At Marius ad alterum pontem hærens, ubi caſum hunc intellexit ex cadaueribus delatis prono fluuio, propere traiectis quos ſecum habebat, caſtra hoſtiū à paucis cuſtodita expugnauit: quo factum eſt ut Cato pernoctarit eo loco ubi uicerat, & penuria cōmeatus mane coactus ſit inde diſcedere. Conſulis autem cadauere & aliorum nobilium non paucorum ad ſepulturam in urbem relato, triſtis uiſa eſt populo eius pompæ facies, & diuturnus luctus excitus eſt tot ciuium deſiderio. quapropter S.C. decretum fuit,

ut

ut poſthac defunctarum in bello corpora ibi humarentur ubicunq;
cecidiſſent, ne ob eorum conſpectum reliqui ſegniores ad militiam
fierent. id decretum mox cognitum & hoſtes imitati ſunt. In reliquũ
anni nemo in magiſtratu ſucceſsit Rutilio, quòd Cęſari non uacaret
in urbem reuerti ad comitia, exercitum eius ſenatus cõmiſit C. Ma-
rio & Q. Cepioni. ad hunc Cepionem Q. Popedius hoſtium dux
transfugere ſe ſimulans, adduxit pro obſidibus duos ſeruos pueros
more ingenuorũ prætextatos: & quo magis fidem impetraret, plum
bi maſſas auro argentoq; circumlitas attulit: ſimulq; hortatus eſt ut
ſe duce confeſtim aggrederetur hoſtilem exercitum, dum nullo re-
gitur imperio. ita deceptum hominem præcedebat. ut uerò uentum
eſt ad locum præſtitutum inſidijs, ipſe in tumulum quendam curſu
contendit quaſi circumſpecturus ubi nam hoſtes eſſent: quo facto
ſignum ſuis extulit. illi prouolantes Cepionem interficiũt cum mul-
tis alijs. reliquum eius exercitus ſenatus adiũxit ad Marij copias. Per
idem tempus Sex. Cæſar peditum M. triginta, equitum quinque, du-
cens per fauces quaſdam præruptas, & ex improuiſo irruente Ma
rio Egnatio in uallem compulſus, lectica propter morbum delatus
eſt ad fluuium quendam unico ponte peruium: ubi maiore parte ex
ercitus amiſſa, reliquis paſsim arma proijcientibus, ægre ſe recepit
intra Teani mœnia: ibiq; ſuos armauit ut potuit. acceptoq; ſupple-
mento properauit ad Acerras defendẽdas ab oppugnatione Papij.
ita collatis caſtris neuter alterũ auſus eſt laceſſere. At C. Marius Mar
ſos ſe adortos egregie repulit uſq; ad ſepes uinetorum perſequutus:
quas hoſte ægre tranſcendente, Romanis nõ libuit urgere amplius.
Sylla uerò qui ex altero uinetorum latere caſtra habebat, fugientib.
occurrens, & ipſe multos interfecit, ut ea die deſiderati ſint ex Mar-
ſis ſupra ſex milia: armorum numerus multo maior uenit in poteſta
tem uictoris. ea clade magis etiam efferati ſunt hoſtium animi, repa-
ratisq; uiribus Romanum metu ceſſantem ultro laceſſere auſi ſunt.
eſt enim gens hæc pugnaciſsima. ferunt nunquam aliàs de his trium
phum uiſum. nam ad id temporis nec ſine Marſis nec de Marſis tri-
umphatum fuerat. Parte alia circa Falerinum montem Iudacilius &
T. Afranius & P. Ventidius coniunctis copijs exercitum Cn. Pom
peij fuſum fugatumq; intra Firmum compellunt. ad cuius obſidio-
nem Afranio relicto, alij duo in diuerſum abeunt. Pompeius his qui
cladi ſupererant armatis denuo, à pugnando abſtinuit. aduentante
autem alio exercitu, Sulpitium per deuia miſſum iuſsit Afranij terga
inuadere, ipſe à fronte eum adortus eſt. cumq; dubio marte certare-
tur, Sulpitius incendit caſtra hoſtium: quo uiſo illi ſine ordine, ſine
imperio

imperio trepide receperunt ſe intra Aſculum: Afranius fortiter pugnando cecidit. Pompeius oppidi oppugnationem inſtituit. Aſculanus erat Iudacilius: quapropter timens patriæ cum octo cohortibus ſuccurrit: ſimulq; per nuncios Aſculanos præmonuit, eruptionem facerent in obſeſſores quamprimum procul aduenientem ipſum cōſpicerent, ut hoſtis cogeretur ancipiti pugnare prælio. ſed oppidani per ſegnitiem nihil mouerunt, Iudacilius nihilominus per medios hoſtes penetrauit intra mœnia, ſequentibus quotquot poterant: & exprobrauit eis timiditatem atq; inobedientiam. cæterum deſperata incolumitate ciuium, primum inimicos, tum ob priſtinam ſimultatem, tum ob recentem culpam, quòd mandata ipſius aſpernati cæteris eiuſdem contumaciæ fuiſſent autores, contrucidauit. mox in templo rogum extruxit, eiq; lectū impoſuit: & cum amicis epulatus poſt prolixam compotationem uenenū hauſit: quo facto decubuit, hortatus amicos ut faces ſubderēt: atq; ita uitam finijt ne ſuperſtes eſſet patriæ. Sex. Cæſari ſenatus in ſequentem annum prorogauit cum cōſulari poteſtate imperium. is iam proconſul, circiter XX M. hoſtium dum caſtra mouēt aggreſſus, ſtrauit ex eis octo milia, ſcutorum longe maior numerus relatus eſt. Sed dum circa Aſculum diutius hærere cogit̄, morbo ſuperatus ſucceſſorē ſibi optauit C. Bebium. Dum hæc ad mare ſuperum geruntur, diuerſa parte Hetruſci Vmbriq; unà cum alijs quibuſdam finitimis ad defectionem ſpectabant, inuitati ſucceſſu partiū. Quo nouo metu accedēte ſenatus ne circūquaque hoſtibus cingeretur ſolicitus, litoribus quæ Cumas inter & urbem ſita ſunt, impoſuit præſidia, tum primum libertis ob uirorum inopiam admiſsis in militiam: ſocijs uerò qui etiam tum in officio manerent decreuit ius ciuium, quod præcipue cōcupitum erat omnibus, & decretum id dimiſit circa Hetruriæ populos, excipientes auidiſsime. eo beneficio & amicos deuinxit amplius, & dubios in fide retinuit, & hoſtem ſimilia ſperantem mitiorem reddidit. hos nouellos ciues populi Ro. non in XXXV. tribus, quot tunc erant, diſtribuit, ne ueteres in ſuffragijs uincerentur numero: ſed redactis eis in decurias, nouas alias tribus conſcripſit in quibus illi poſtremi ferrent ſuffragia, & ſæpe ſuperuacui fierent: quòd ueteres illæ XXXV. pluſquam dimidium tribuum conficerent. quod cōſilium ſiue tunc non animaduerſum eſt, ſiue ſocij contenti modico tum non requirebant amplius, poſtea tamen deprehenſum nouarum ſeditionum fuit materia. At ſuperi maris accolæ nondum cognito Hetruſcos mutaſſe ſententiam, XV M. militum auxilio per deuios calles circumduxerūt in Hetruriam. quos aggreſſus Cn. Pompeius iam Cos. occidit

ad v m. cęteri dum ad ſuos per loca aſpera & inuia hieme quoq; gra
uante palantes ſe recipiunt, & famem ſolantur glandibus, dimidium
eorum interijt. eadem hieme Porcius Cato Pompeij collega Marſis
bellum inferens occiſus eſt. poſt hæc L. Cluentius Syllam ad Pom-
peianos montes caſtrametatum contemnere auſus, & ipſe caſtra ad
tertium inde ſtadium poſuit. Sylla uero non ferens eam contumeli-
am, ne pabulatoribus quidem expectatis, in eum fecit impetum: &
tunc quidē uictus fugit: mox receptis pabulatoribus proflgauit Clu-
entium, & caſtra in remotiorē locum transferre coegit. qui deinde
aſſumptis auxilijs Gallicis rurſus cum Sylla caſtra cōtulit: poſtquam
autem utrinq; exercitus prodijt in aciem, ingens Gallus procurrens
inuitabat ad ſingulare certamen ex Romanis aliquē. Eum cùm par-
uæ ſtaturæ Numida confeciſſet, territi Galli confeſtim terga uerte-
runt: iamq́; turbata acie nec alij Cluentiani perſtiterunt, ſed Nolam
refugerunt trepidi: Sylla uero perſequente in ea fuga ceciderunt ad
triginta milia, cumq́; per unicam portam reciperentur, Nolanis me-
tuentibus ne hoſtis ſimul irrumperet, cæſa ſunt circa muros alia ui-
ginti milia, & in his Cluentius fortiter pugnans occubuit. Imperator
inde in Hirpinos mouit, & Aequulanum oppugnare cœpit. oppida
ni qui ea ipſa die Lucanorum aduentum expectabant, tempus ad de
liberādum poſtulant. ille dolo intellecto dat horæ ſpatium: interim
ad mœnia, quæ trabibus conſtabant, faſces ſarmentorum admouet.
eos poſt horam incendit. ita metu expreſſa deditione, oppidum qua
ſi ui captum direptum eſt, reliqua oppida Hirpini nominis ultro in
fidem populi Romani redierunt. In Samnium inde bellum transfer
tur, nō per eos aditus quos ſeruabat Mutilus Samnitum dux: ſed per
ambages quà minime putabatur hoſtis uenturus, itaq; repente mul-
ti oppreſsi ſunt, reliquos paſsim fuga diſperſit: Mutilus Saucius cum
paucis Eſerniam continuato curſu delatus eſt. Sylla expugnatis eius
caſtris duxit ad Bouianum, in qua rebellium populorum concilium
agitabatur. & cum tres arces haberet id oppidum, Bouianenſibus in
Syllam intentis, circūmiſſæ aliquot cohortes iuſſæ ſunt diuerſa par-
te quamcunq; illarum capere, & fumo id ſignificare. quod ubi ſuc-
ceſsit, à fronte aggreſſus mœnia non intermiſſa per tres horas op-
pugnatione tandem ui cepit. Et hæc quidem per æſtatem proſpere
geſta ſunt Syllæ auſpicijs: ſub hiemem ad conſulatum petendum in
urbem profectus eſt. At Cn. Pompeius Marſos, Marrucinos, Veſti-
nosq́; ſubegit. diuerſa parte C. Coſconius prætor Salapiam ui captá
incendit, Cannas in fidem recepit, ab obſidione Canuſij ſuperuentu
Samnitum poſt acrem pugnā edita utrinq; magna ſtrage repulſus,
ad

ad Cannas coactus eſt ſeſe recipere. Cęterum Trebatius Samnitium imperator dirimente exercitus fluuio, denunciauit ei, aut traijceret cōmiſſurus prælium, aut retrocederet. dum ipſe traijcit, ille retrocedere maluit: & Trebatium quàm primum traiecit, aggreſſus uicit: fugientesq; perſecutus in amnem præcipites egit, ita ut ex eis x v m. deſiderata ſint: reliquis unà cum Trebatio ſaluti fuit refugiſſe intra Canuſium. tum Coſconius Larinantium, Venuſinorū, Apulorūq; agris peruaſtatis Pediculos inuaſit, & intra biduum tota gente per deditionē potitus eſt. cuius ſucceſſor Cæcilius Metellus accepto exercitu Apulos adortus prælio uicit, in quo Popedius unus ex defectionis autoribus cecidit. reliquiæ cladis cateruatim ad uictorē transfugerunt. Atq; ita bellum ſociale maxima contentione geſtum eſt hactenus, donec uniuerſa Italia ciuitatem Romanam adepta eſt, abſq; Lucanis & Samnitibus, qui tamen aliquanto poſt pariter compotes uoti facti ſunt. Digeſti ſunt aūt in ſuas tribus, quemadmodum ſupra dictum eſt de alijs ſocijs, ne permixti ueteribus ciuibus ut numero ita ſuffragijs uincerent. Per idem tempus & in urbe ob æs alienum exorta eſt ſeditio, dum quidam acerbius uſuras exigunt, cōtra quàm cautum eſſet antiquis legibus. Videntur enim illi priſci Romani ſicut & Gręci abhorruiſſe à fœnore, ut negotiatiōe moleſta pauperibus, & litium inimicitiarumq; materia, quæ res ne Perſis quidē placuit, ut non aliena à fraude ac mendacio. ſed quia ueteri iam more fœnus receptum fuerat, fœneratores repoſcebant id iure ſuo: debitores uero bellum & ſeditiones cauſando differebant reddere: nec deerant qui urgentibus mulctam intentarent. Tum Aſellio prætor cuius erat ea iuriſdictio, quia cōciliare partes conatus nihil proficiebat, permiſit eos legibus agere, admonitis prius, ut in re perplexa, tū de iure tum de more iudicibus. ibi fœneratores ægre ferentes renouari mentionē legis ueteris, prętorem tollunt è medio, ad hunc modum. Sacrum is faciebat in foro in æde Caſtorum circunſtante ut fit frequēti multitudine. cumq; unus quiſpiam petiſſet eum lapide, abiecta phiala ad ædem Veſtæ cępit currere. ſed præuētus & excluſus, dum in caupona quadā quęrit latebras, iugulatus eſt. in ea turba multi rati eum ad ueſtales confugiſſe, dum auidius inſequuntur, penetrauerunt quò nefas eſt uiros ingredi. Sic Aſellio prætor in ipſo magiſtratu, amictus ſacra ſolenniq; ueſte aurata, circiter horam diei ſecundam in medio foro inter ſacrificandū cæſus eſt. Senatus per præconem indici autorum eius cædis oſtentauit præmium, libero pecuniam, ſeruo libertatem, conſcio impunitatem. nemo tamen index extitit, fœneratoribus rem tegētibus. & hæc quoq; fuit pars tumultuū

ciuilium.Poſt hęc factionum principes iuſtis exercitibus,ut in bello mos eſt,rem geſſerunt aduerſus ſe inuicem:& uictoriæ pręmiū petebatur patria : quarum cōtentionum occaſio mox poſt finem ſocialis belli enata eſt in hunc modum. Poſtquā Mithridates Ponti aliarumq; gentium rex Bithyniam & Phrygiam confinemq; his Aſiam inuaſit, ut ſupra in proximo diximus uolumine, Sylla tum conſul Aſiam cum Mithridatico bello ſortitus eſt prouinciam, nondum ab urbe digreſſus:Marius uero arbitratus id bellum plus lucri quàm difficultatis habiturum, ſimulq; imperandi cupidus, multis pollicitationibus induxit P. Sulpitium trib.pl. ut ſibi adeſſet:fecitq; ſpem nouellis ciuibus fore ut iure ſuffragiorum ęquarentur ueteribus,& per tribus diſtribuantur, diſsimulans interim,ſuum ſe negotium agere, & ideo captare illorum beneuolentiam. Nec mora Sulpitius legem ſuper hac re promulgat,qua perlata, ipſius Marij arbitratu gerenda erant omnia : in tantum numero præpollebat recens ciuium acceſsio. id animaduertentes ueteres ciues totis uiribus reſiſtebant. tandē ad manus & ad ſaxa contentio deuenit:et gliſcente malo Coss. timentes comitia proxima, indixerunt in multos dies ferias, quales ſolennes ſunt,ut differrentur comitia unà cum periculo.at Sulpitius nil moratus eas ferias,iuſsit factionem ſuam in foro pręſto eſſe,ſicis ſub ueſte accinctam, quibus ſi res poſtulet utantur uel contra ipſos Coss.quibus præparatis accuſare cępit eas ferias ut illegitimas, iubēs Syllam & Q. Pompeium Coss. confeſtim eas tollere, ut plebi committantur ſuffragia de legibus. inde tumultu exorto, ſtringuntur ex compoſito ſicæ, & conſulibus contradicentibus intētantur, donec Pompeius clàm elapſus eſt, Sylla uero uelut ad deliberandum ſucceſsit.interim Pōpeius Cos. F. Syllæ gener neſcio quid liberius locutus à Sulpitianis interficitur. ac mox Sylla reuerſus ferias ſuſtulit: properatoq; itinere Capuam ad exercitum profectus eſt,inde porrò contra Mithridatem traiecturus in Aſiam.nihil dum enim eorū quę contra ſe parabantur ſenſerat. Sulpitius uero ſublatis ferijs & Sylla profecto, pergit legem ferre propter quam hactenus tumultuatum fuerat:& pro Sylla Marium deſignat imperatorem belli Mithridatici.ille re cognita uolens armis decernere,milites in contionem aduocat,& ipſos expeditionis in Mithridatem lucri ſpe cupidos, & arbitrantes Marium uſurum alio milite.ibi cōmemoratis iniurijs quibus affectus eſſet à Sulpitio Marioq;,& nihil pręterea manifeſte pronuncians : nondum enim audebat talis belli mentionem inducere, hortatus eſt ut parati ſint iuſſa facere.illi intellecta eius mente, ueriti ne expeditio parum ſuccederet,aperiunt eam diſsimulationem,iu

bentes

bentes cum bono animo eſſe,& in urbem ſe ducere.qua re lætus cõfeſtim ſex legiones eò duxit:quarum tribuni deſerto exercitu Romã properauerunt,non ſuſtinentes militare contra patriam,ſolo ex honoratis quæſtore manente in agmine. huic legati obuiam facti ſciſcitabantur,quid ita patriam armatus peteret,reſpondit:ut eam liberaret à tyrannide. idem reſponſum cum iterum atq; tertio alijs poſt alios legatis dediſſet, pollicebatur tamen, ſi uelit ſenatus cum Mario Sulpicioq; in campo Martio ſibi præſto eſſe, acturum ſe omnia de cõmuni conſilio.iamq; propinquanti occurrit collega Põpeius,laudatoq; eius facto operam ſuam obtulit. Marius uero cum Sulpicio nondum ſatis parati propter temporis anguſtiam,alios legatos mittunt ſenatus nomine, poſtulantes ne intra quintum lapidem propius urbem caſtrametaretur, donec amplius deliberarent de præſenti negotio. At Coſs. intellecto hoc conſilio, annuerunt quidem legatorum poſtulatis,ſed abeũtes eos mox ſequuti ſunt. tum Syllani Cœlimontanam portam & contiguum murum una legione occupant, altera Collinam duce Pompeio:tertia petit pontem Sublicium,quarta in ſtatione relicta ante mœnia. Sylla ipſe cum duabus reliquis urbem hoſtiliter ingreditur, ita ut ſuperne arceretur miſsilibus, donec incendium proximis uicis minatus tela urbanorum cohibuit.ei Marius ad Eſquilias cum Sulpicio cæteriſq; ſuæ factionis trepide armatis occurrit:quod primũ omnium certamen inter infeſtas partes urbs uidit: non iam ut ante per ſeditionis ſpeciem, ſed aperto marte collatis ſignis & canente claſsico . eò tum cõtentiones profecerant, nemine maturãte remedium.iamq; inclinata ſuorum acie Sylla correpto ſigno inter primores prouolat: atq; ita uel imperatoris reuerentia,uel metu ignominiæ, quæ ſignorum deſertores ſequitur, miles omiſſo fugæ conſilio reſtitit.mox alia recẽs manus euocatur è caſtris:rurſus alia per ſuburranam uiam deflectere iuſſa, ut aduerſarios circumuentos à tergo aggrederetur. tum Mariani feſsi iam ſegnius repugnantes integris: adhæc ſolliciti ne qua uis à tergo ſe ingereret,ciues eos qui de tectis adhuc pugnabant conuocãt,& ſeruos uocant ad pileum, ſi uelint eſſe laboris participes. ſed nemine quicquã mouẽte, per ſummam deſperationem ex urbe ſe proripiunt, & cum his nobiliſsimus quiſque eius factionis.Sylla in ſacram uiam delatus milites rapinas auſos in conſpectu omnium affecit ſupplicio: & diſpoſitis regionatim tota urbe præſidijs, partitus cum collega operã peruigil ea nocte obibat omnia,nequis ciuium in rebus trepidis pateretur uictoris iniurijs. diluculo uero uocata contione queſti ſunt de ſtatu reip. iamdudum turbulentis hominibus proditæ, dicentes ſe

coactos feciſſe quicquid hactenus egerant,cēſebantq; oportere nu
lam poſthac rogationem apud plebem fieri ſenatu inconſulto,reuo
cando ueterem morem,ſed dudum antiquatum. poſtulabant etiam
comitia non tributa ſed centuriata haberi ex inſtituto Seruij Tullij:
putantes his duabus rationibus, & ſi prima conſultatio penes ſena-
tum foret,& ſuffragia pauperibus atq; in his audaciſsimo cuiq; adi-
merentur,rebus à ui ad conſilium reuolutis,defore ſeditionum ma-
teriam .acciſaq; multis alijs modis tribunorũ pl. potentia iam nimia,
allegerũt in ſenatum, maxime tunc ob frequentiam obnoxium con
temptui, CCC. ex omni optimorum uirorum numero præſtantiſsi
mos:abrogatis prius actis Sulpitij uelut illegitimis,quæcunq; ſecu-
ta ſunt indictas à Coſs. ferias. Ita per ſeditiones & certamina ad cæ-
des uentum eſt, à cædibus ad bella:nec unquam antea Romanus ex-
ercitus hoſtiliter patriam ingreſſus eſt. ex illo autem tēpore omnes
cōtentiones ciuium armis decernere libuit, Vrbem etiam nunc his
nunc illis occupantibus: nec interim ceſſatum eſt ab aliorum oppi-
dorum expugnationibus,cæteriſq; calamitatibus quas bellum ſolet
ſecum trahere: quòd non pudor,non fas, non reip. patrięue amor
quenquam cohiberet à facinore. Poſt hæc Sulpitius trib. pl. & cum
eo Marius VI.Cos,eiuſq; filius,præterq; P.Cethegus,Iunius Brutus,
Cn.& Q.Granij,P.Albinouanus,M.Lectorius,in ſumma XII.ſena
tores profugi,ut autores ſeditionis,& conſulibus rebelles,ſeruitio-
rumq; ad pileum ſolicitatores, hoſtes populi Romani iudicati ſunt:
permiſſumq; cuiuis,qui in eos incidiſſet, uel impune occidere, uel
ad cōſules eos retrahere.bona quoq; illorum publicata ſunt, dimiſ-
ſis circumquaq; qui ipſos perquirerent. ad hos Sulpitius iuuentus
occiſus eſt.Marius uero Minturnas profugit, non apparitore comi
tatus, nō famulo.ubi cum in obſcura quadam domo quieſceret,ma
giſtratus eius oppidi, qui & edictũ populi Romani timebat & ſexies
Cos.rebus geſtis clariſsimum,nō ſuſtinebat perimere ſuis manibus,
Gallum forte oblatum miſit ad eum tollendum dato gladio. Fertur
hominem per tenebras ad eius lectulum accedentem expauiſſe,qua-
ſi ſplendore ignis emicante ex illius oculis. ut uero ipſe aſſurgens ex
clamauit,Tun' audes occidere Marium? Gallus effuſe fugit è cubicu
lo ſimilis inſano uociferās & negans ſe poſſe inferre necem Mario.
Itaq; magiſtratum,ut qui iam antè cunctanter id decreuerat,religio
quædā ſubijt & ominis memoria,quod etiam tum puero polliceba
tur conſulatum ſeptimum. Ferunt enim decidiſſe in gremium eius
ſeptem pullos aquilinos,& uates prædixiſſe, ſummum honorem illi
obuenturum ſepties.id ſecum ruputantes Minturnenſes, ratiq; diui
nitus

nitus Gallum perterritum, continuo Marium extra oppidum in locatutiora deducunt. qui non ignarus equites à Sylla miſſos ipſum quærere, per deuia mare petebat, & nactus tugurium quieſcebat ibi tectus frondibus. & cum ſenſiſſet ſtrepitum, contraxit ſe intra frondes, moxq; ad maiorem etiam ſtrepitum proſilijt in lembum piſcatorium forte ſtantem in littore, propulſo ſene eius domino, tum abſciſo retinaculo & uelo expanſo fortunæ ſe permiſit: delatúsque in quandam inſulam, & forte fortuna cōſpicatus prętereuntem nauem amicorum hominum, traiecit in Africam. cum autem ut hoſtis declaratus uetaretur à Sextio, tunc eam prouinciam obtinēte, in littus exſcendere, in mari exegit eam hiemem, quod Numidiam alluit. quod ubi rumore cognitū eſt Cethego, Granio, Albinouano, Lectorio, cæteriſq; damnatis eadem ſententia, qui unà cum Mario filio ad Mandreſtalem regulum Numidarum ex urbe profugerant, ueriti ne ab eo dederentur inimicis, inde nauigarunt ad Marium. his non deerat animus quo minus exemplo Syllę inuaderent patriam, ſed quia nullum habebant exercitum, occaſionem expectabāt. Interea Sylla, qui primus in urbe dominationem armis ſibi quæſiuit, contentus uindicta de inimicis, de cætero à ui abſtinuit: præmiſſoq; Capuam exercitu, rurſum ad conſularem poteſtatem redijt. at profugorum factio, præcipue locupletes & fœminæ non paucæ bene numatæ, ceſſante armorum metu, deſiderabant ſuorum ciuium reditum, nec operæ parcendo nec ſumptibus, conſulum etiā ſaluti ſtruentes inſidias, quaſi fruſtra ſperarēt illis incolumibus. Et Sylla quidē uel poſt conſulatum tutus erat exercitus pręſidio, quem ex S.C. acceptum ad bellum Mithridaticum gerendum, propugnatorem erat habiturus. Collegam uero eius Pompeium periclitantem miſeratus populus, Italiam ei decreuit, & alterum exercitū, qui tum in ea militabat Cn. Pompeij auſpicijs. id cognitū Cneius tulit ægerrime: & poſtq̄ Quintus in caſtra peruenit, cum poſtridie quiddā pro poteſtate apud milites ageret, ceſsit ei tanquam priuatus: ſed paulo poſt ille cinctus corona quaſi ad audiendum confluentiū occiſus eſt, cæteris uero diffugientib. Cneius ſuperuenit indignabundus, ac ſi cōtra ius faſq; necato conſule. nihilominus poſt indignationem ad imperium priſtinum redijt. In urbe autem nunciata cæde conſulis, Sylla ſibimet timens ſemper ſtipatus amicis incedebat, ne noctu quidem eos dimittens: nec diu moratus Capuam ad exercitum, & inde in Aſiam profectus eſt. amici autē exulum, Cinna freti qui Syllæ ſucceſſerat, nouis ciuibus oſtentabant Marij propoſitum, de admiſcendis eis ad tribus ueteres, ne dum in ſuffragando poſtremi ſunt, nihil poſsint in repu

blica. Id fuit principium reuocandi Marium cæterosq; exules. Nam dũ ueteres ciues reſiſtunt totis uiribus, Cinna nouis fauebat, trecẽtis talentis, ut tum ſuſpicio fuit, corruptus: pro ueteribus uero ſtabat alter Cos. Octauius. Sed Cinnani præoccupato foro cum ſicis ueſte tectis, clamore flagitabant miſceri ſe tribubus omnibus. contrà ſincerior plebis pars & ipſa ſicis armata Octauio ſe adiunxit: cui domi expectanti quid is tumultus parturiat, nunciatur maiorem tribunorum pl. partẽ intercedere: & nouos ciues ſtricto ferro de roſtris eos deturbare. Quibus auditis Octauius per ſacram uiam decurrit cum globo cõfertiſsimo, & torrentis more in forum irrumpens, protruſis obuijs per medios uadẽs diſiecit multitudinem: perterritisq; aduerſarijs petijt ædem Caſtorum, collegam reueritus. at comites eius iniuſsi in nouos ciues irruunt, cæſisq; multis uſq; portas perſequuntur cæteros. Cinna qui fretus nouorum ciuium multitudine uictoriam animo præſumpſerat, ubi præter opinionem uidit pauciores audacia uincere, per urbem diſcurrens ſeruos uocabat ad pileos. Sed nemine accurrẽte properauit ad oppida proxima, quibus pauloante ius ciuium conceſſum fuerat, uidelicet Tibur & Preneſte & cætera, Nolam uſq;: quibus omnibus ad defectionẽ ſolicitatis in futuri belli uſum colligebat pecunias. Hæc partim moliẽti partim cogitanti præſto fuere ſenatores eiuſdem factionis, C. Milonius, Q. Sertorius, & alter C. Marius. Senatus uero Cinnam, quòd in periculo deſeruiſſet remp. & ſeruos uocaſſet ad pileum, nec ciuem eſſe iudicauit nec conſulem: ſubrogauitq; in locum eius L. Merulam, qui tum flamen dialis erat. huic ſacerdoti uni omnium ius eſt perpetuo geſtandi apicis, quo tantum inter ſacra inſigniuntur cæteri. At Cinna Capuam profectus, ubi erat alius populi Romani exercitus, magiſtratus tribunos & ſenatores quotquot aderant conciliabat ſibi: progreſſusq; in contionem priuato cultu ſine faſcibus, lacrymabũdus ſic fatus eſt: A uobis ciues hunc honorẽ accepi. quod enim populus dedit ſuo ſuffragio, hoc ſenatus mihi abſq; ueſtro conſenſu ademit. eam tamen iniuriam nõ tam mea quàm ueſtra uice doleo. Quid enim poſthac opus eſt nobis ambire fauorem tribuum? quid nobis prodeſſe poteritis? quid momenti erit in ueſtris cõtionibus? quid in comitijs? quid in ſuffragijs? ſi irrita ſunt quæ datis, & tam facile de ſententia deceditis. His dictis ad irritandam contionem, multaq; de miſerijs ſuis queſtus, poſtremo ueſte ſciſſa de loco ſuperiore deſilijt, humiq; proſtratus diu in medio iacuit, donec hominẽ miſerati ſublatum in ſellam repoſuerunt, redditisq; faſcibus, ut conſulem bono animo eſſe iuſſerunt, & ut ſe quocunq; res poſtularet duceret. qua occaſione arrepta

repta tribuni ſacramentum Cinnæ dixerunt unà cum ſuis quiſq; militibus. ille in hunc modum confirmatus ſociales urbes obibat concitans, eo quod præſentis calamitatis ſibi cauſa fuiſſent. itaq; conferebant ei pecunias, Romanorũ etiam optimatibus alijs denuo ſe adiungentibus, quibus diſplicebat ſtatus tranquillus reipublicæ. Interea dũ Cinna in hoc apparatu totus eſt, Octauius & Merula Coſs. urbem muniunt, diſpoſitis per muros machinis, delectus tum apud alios ſocios in fide perſtantes, tum apud Gallos faciũt, Cn. Pompeium procõſulem exercitum ad mare ſuperum habentẽ, properè in auxilium patriæ reuocant, qui properato itinere ad portam Collinam caſtra poſuit: ac mox Cinna quoq; affuit, & tetẽdit in proximo. his rebus cognitis C. Marius in Hetruriam appulit cum exilij ſocijs: eis ab urbe familiares occurrerunt ad D. fermè numerum. ipſe ſordidatus adhuc & promiſſo capillo ciuitates obibat uiſu miſerabilis, prælia ſua uictoriasq; Cimbricas memorãs: & quod libentiſsime audiebãt, fidelem operam ad perferendam legem pollicitans: atq; ita contractis ſex Hetruſcorum milibus ad Cinnam tranſijt lætum tali rerum gerendarum ſocio. his copijs adiũctis terna caſtra metati ſunt ad Tiberim, Cinna & Carbo ex aduerſo urbis, ſupra eã Sertorius, uerſus mare Marius. pontes quoq; fluuio impoſiti, ut cõmeatus interciperẽt. Marius præterea Hoſtiã ui captã diripuit, Cinna occupauit Ariminum, miſſa eò parte militum, nequid auxiliorũ obſeſsis ſubmitteretur è Gallia prouincia. Tum Coſs. metu anxij, quòd opus haberent alio exercitu, & Syllam reuocare non poſſent, qui iam in Aſiam traiecerat, Cæcilio Metello reliquias ſocialis belli contra Samnites adminiſtranti ſignificant, ut quibuſcunq; honeſtis cõditionibus re compoſita quamprimum ſuccurreret obſeſſę patriæ. Sed dum ille cunctatur poſtulata Samnitum admittere, Marius poſtquam id ſenſit, quicquid petebant, eis eſt pollicitus. atq; ita Marianis acceſſerunt partibus. In urbe uero Appius Claudius tribunus Ianiculi cuſtos, ut beneficij quondam accepti Mario referret gratiã, recepit eum aperta porta diluculo, ſimulq; Cinna irrupit. Verùm hi continuo repulſi ſunt, Octauio Pompeioq; ſuccurrentibus. crebris deinde fulminibus caſtra Pompeij de cælo tacta, & inter cæteros nobiles proconſul ipſe fulmine ictus perijt. Marius poſtquam ſatis cauit ne quid cõmeatus uel à mari uel ſecundo flumine in urbem importaretur, uicina oppida aggreſſus ubi erant populi Romani granaria, ſubitanea ui cepit Antium, Ariciam, Lanuuium, & quædam alia, nõnullis per proditionẽ potitus.. ita terra quoq; interſeptis ſubuectionibus, auſus urbem per uiam Appiam petere, priuſquã aliunde cõmeatus

expediretur, ad duodecimũ lapidem unà cum Cinna Carboneq; & Sertorio caſtra poſuit. Octauius uerò & Craſſus & Metellus ad mõtem Albanum eis ſe oppoſuere in futurum prouidentes, licet ſuperiores tam uirtute militũ quàm numero, tamen uni prælio non committendam arbitrãtes ſalutem patriæ. ubi uerò Cinna miſsis circum urbem caduceatoribus ſeruos oſtẽtata libertate mutauit ad transfugium, agminatim ad eum tranſitum eſt. quare ſenatus territus, & timens ne per longiorem annonę inopiam plebs exaſperaretur, mutata ſententia legatos de pace ad Cinnam miſit. ille ante omnia rogauit, ad conſulem ne an priuatum uenirent. qui quòd reſponſum expedire nequirẽt, reuertunt: moxq; ingenuorũ quoq; multitudo prorumpit ad Cinnam, pars metu famis, pars optatam occaſionẽ nacti: quippe à factione non alieni. Qui iam contemptim admouet exercitum ad mœnia, & ad teli iactum caſtra communit, Octauianis animo fluctuantibus, nec tentantibus quicquam, quòd & crebra tranſfugia fierent, & legationes cõmearent ultro citroq;. Itaq; ſenatus inops conſilij, quòd rem indignam duceret L. Merulam flaminem dialem in locum Cinnæ ſuffectum cõſulem magiſtratu amouere immeritum: inuitus tamen rurſum legatos mittit de pacis conditionibus iam, ut ad conſulem, nulla reliqua ſpe unum tantum deprecans, ut iureiurando caueret temperaturum ſe cædibus. in eam conditionem ille iurare dedignatus, pollicitus eſt tamen ſe uolentẽ ſcientem nemini necis cauſam fore. Octauium iam per diuerſam portã in urbem reuerſum iuſsit diſcedere: nequid ei ſe inuito accideret. Sic ille ex ſuperiore loco legatis reſpondit pro poteſtate cõſulis. Marius uero aſtans ſellæ proximus ſilebat quidem, ſed auſteritate uultus ſatis præ ſe ferens quantas cædes eſſet daturus. His cõditionibus cum ſenatus reuocaret Cinnam & Marium: ſenſerat enim hunc autorẽ earum eſſe, illum uerò ſubſcriptorem: Marius irridens reſpondit, non patere exulibus reditum: moxq; tribuni plebis ei cæterisq; Sylla cõſule pulſis abrogarunt exilium. Sic illis publica conſternatione recaeptis, omnium qui ad factionem aduerſam pertinere uiſi ſunt, bona diripiebantur uetante nemine. Octauio Cinna Mariusq; iureiurando cauerant, aruſpices etiam & arioli ſolicitudinẽ exemerant, ſoli amici fugam ſuadebant. at ille negans ſe commiſſurum ut patria deſeratur à ſe conſule, ſeceſsit in Ianiculum cum nobiliſsimo quoq; parteq; exercitus, in ſella curuli ſublimis, & conſulari habitu, ſtipatus faſcibus ac ſecuribus. Quem cùm Cenſorinus perſequeretᷣ cum equitibus aliquot, ac rurſum à ſuis equus offerretur ad fugam, ne ſurgere quidem dignatus necem expectauit. Cenſorinus caput eius ad Cinnam

nam retulit,quod tunc primum conſulis caput pro roſtris fuit poſitum. eodem loco & aliorum poſt cæſorum ſpectaculo fuere capita: durauitq́; tam dirus mos & ad poſteros in inteſtinis factionum infenſarum cędibus.cæterum in ea uictoria grauis fuit inimicorũ perſecutio,neminem ab iratorum ſęuitia defendente ſua dignitate,non ſenatorem, non equitem: ſed quotquot ſenatores trucidarentur, capita eorum pro roſtris ponebantur omnium. iamq́; nullo reſpectu uel deorum uel hominum poſt ſæua facinora uertebãtur ad fœdiora ſpectacula,truncando ceruices defunctorũ,& calamitates oſtentando ſiue ad terrorem ſiue ad uoluptatem nefariã ſpectatricis multitudinis.in his C. & L. Iulij, Lucijq́; germanus Atilius Seranus, P. Lentulus,C.Numitorius,M.Bebius in uia reperti cæſi ſunt.Craſſus in fuga filium interemit ne ueniret in poteſtatem perſequentium, quos ipſe nõ ualuit effugere.M. Antonium oratorẽ in uillam quandam elapſum uillicus benigne ſuſcepit ac texit:dumq́; in hoſpitis gratiam ſeruus in cauponam uinum petit ſolito ſæpius,percõtanti cauponi cauſam inſuſurrauit: qui dato uino rẽ Mario ſignificauit propere.ille hæc audito prę lętitia procurrit ipſe patraturus facinus:ſed ab amicis retentus tribunum eò miſit cum militibus.hos Antonius, ſuauis facundiæ,mulcebat longa oratione,miſeratione mouens modis uarijs,donec tribunus miratus ipſe curſu cõſcendit cubiculum, & inter orandum confoſſo pręciſum caput remiſit ad Marium.Cornutus uero in tugurio latitãs,ſeruorum aſtu ſeruatus eſt. nacti enim cadauer quoddam iniecerunt in rogum, ei dum inquiſitores aduentant ſuppoſito igne, aiebãt ſe herum cremare præfocatum laqueo. Sic ille ſeruorum fide manſit incolumis. At Q. Ancharus Marium in Capitolio ſacrificaturũ obſeruabat, ſperans fore ut religione loci adiutus reciperetur in gratiam. quem ille accedentem ſe ac ſalutantem cõſpicatus,mox in ipſo fano iugulari à ſuis imperat.caput huius quoq́; ut oratoris Antonij cæterorumq́; tam prætoriorũ quàm conſularium pro roſtris fuit ſpectaculo.nec horum quenquam ſepelire licuit,canibus & alitibus lacerãdi relicti ſunt.paſsim quoq; ſeditioſi ſe impune contrucidabant inuicem.alij pellebantur domo,alij bonis exuebantur,aut priuabantur honoribus, leges Syllanæ abrogabantur,ipſius amici omnes necabantur: dirutaq́; domo & bonis publicatis ipſe hoſtis iudicatus eſt, uxor quoq; ac liberi quæſiti ad necem ægre euaſerunt, nec ulla malorum ſpecies aberat. tandem poſt tot indemnatorum cædes uiſum eſt prætextu legitimi iudicij Merulam flaminem dialem reum facere ſubornatis accuſatoribus, inuiſo quòd Cinnæ ſucceſsiſſet, quamuis nihil tale ambiẽs:ſimulq́; dies

dicta

dicta eſt etiam Lutatio Catulo, qui Marij collega bello Cimbrico, & ab eo ſeruatus, immemor beneficiorum accerrimus exulis inſectator extiterat. hi ad præſtitutam diem diſsimulanter cuſtoditi ſunt. quæ poſtquam uenit, & citatis per preconem cauſa quater ex certo horarum interuallo diceda erat: Merula quidem ſibimet ipſe uenas ſecuit, ſcripta prius tabella teſtatus ſe id feciſſe depoſito apice. flaminem enim apicatum mori nefas habebatur. Catulus uero cubiculo ſuo recens calce illito necdum perſiccato prunis ingeſtis uolens ſuffocatus eſt. Is fuit tantorum uirorum exitus. cæterum ſerui qui per præconē inuitati ad Cinnam transfugerant, iam aſcripti eius militiæ domos irrumpendo egerebant prædas, ne à cędibus quidem obuiorum abſtinentes: nec deerant qui proprijs heris eſſent infeſtiſsimi, quos ille ſæpius cohibere conatus cum nihil pxoficeret, Gallo milite per nocturnā quietem cinctos ad unum deleuit, atq; ita de his merita perfidiæ pœna ſumpta eſt. Sequens autem annus conſules habuit Cinnam iterum, & Marium ſeptimum, cui poſt exilium atq; proſcriptionem, tamen augurium ſeptem pullorum aquilinorum haudquaquam fuit irritum. uerùm is dum multa contra Syllam molitur, in medijs conatibus primo initi magiſtratus mēſe uita defunctus eſt: cui ſuffectū Valerium Flaccum Cinna miſit in Aſiam: quo mortuo Carbonem ſibi collegam optauit. At Sylla reditum contrà inimicos approperans, Mithridate debellato celeriter, ut antè dictum eſt, ac ne integro quidem triennio cæſis hoſtium centum ſexaginta milib. receptis Græcia, Macedonia, Ionia, Aſia, cæteriſq; gētibus quas Mithridates occuparat, ademptaq́; claſſe regi compulſo intra regnum paternum, reuertebatur cum optimè erga ſeſe animato exercitu, ad hæc labori aſſueto, & elato rebus geſtis proſpere. habebat etiam naues multas & pecunias, & apparatum ad res quantumuis amplas aggrediendas idoneum, ita ut inimicis eſſet formidini. quo metu Carbo & Cinna cęteros homines dimiſerunt per totā Italiam, qui pecunias, milites, frumentum in uſum inſtantis belli compararent: & potentiores quoſq; unà cum opibus ad partes ſuas adiungebant. populos quoq; concitabant nouorum præcipue ciuium, iactantes propter ipſos præſenti ſe obiectos periculo. claſſe quoq; inſtructa, & accerſitis è Sicilia nauibus, ſeruabant littora, nihil ſibi ad apparatus celeritatem faciendo reliquum, ut in rebus trepidis. At Sylla elato animo ſcripſit ſenatui de ſeipſo, enumerās labores ſuos quos etiamtum quæſtor bello Iugurthino exhauſiſſet in Numidia, quos deinde legatus bello Cimbrico, uel prætor in Cilicia, uel conſul bellis ſocialibus: ad hæc res geſtas nuper contra Mithridatem, exaggerando uerbis

ſingula, præſertim gentium magnum numerum, quas ab eo rege occupatas reduxiſſet ſub imperium Romani populi: nec quidquam magis imputabat, quàm quod ciuibus Romanis, Cinnæ uiolentia pulſis ex urbe, ipſe fuiſſet refugium, & in rebus calamitoſis ac egenis ſolamen & auxilium. pro quibus beneficijs opera inimicorum egregiam ſibi relatam gratiã, proſcriptionem capitis, domus ſubuerſionem, amicorum cædem, uxoris ac liberorum fugam, qua ægre ad ſe euaſiſſent incolumes, ſed uenturum ſe confeſtim, ulturumq; tum priuatas iniurias tum publicas, & pœnas exacturum ab auctoribus. cæterorum uero ciuium uel nouorum uel ueterum incuſaturum neminem. Quibus literis lectis cum pauor omnes inuaſiſſet, miſsi legati qui reconciliarent eum aduerſarijs, præmonerentq; ſiquid caueri ſibi uellet fide publica, id curę fore ſenatui, modo quamprimum uoluntatem ſuam ſignificaret. interim Cinna iuſſus eſt ceſſare à delectibus, dum reſponſum redditur. qui futurũ ſe in arbitrio ſenatus pollicitus, mox poſt legatorum diſceſſum ſeipſe conſulem unà cum collega deſignat in animum proximum, ne opus haberet comitiorũ cauſa Vrbem repetere: moxq; ambo peragrata Italia cõſcriptisq; legionibus milites alios poſt alios traijciebãt in Dalmatiam, cum quibus Syllæ occurrerent. & primi quidem proſpera nauigatione prouecti portus optatos tenuerunt: ſed proxime ſecutos tempeſtas retro repulit, hi mox domum quiſq; ſuam reuerſi præ ſe ferebant, nunquam ſe ſponte militaturos contra ciues ſuos: quo cognito reliqui negabant ſe poſthac traiecturos in Dalmatiam. eos Cinna indignabundus ad contionem euocat, minis coacturus ſcilicet. illi pariter irati præſto fuerunt, non diſsimulantes ſe repugnare paratos ſi quis inſolentius urgeat. cum uero in contionem eunti lictor de uia multitudinem ſubmouens pulſaſſet quendam obuium, miles quidã lictorem repercuſsit. quem dum conſul iubet corripi, ſublato pariter clamore ad ſaxorum iactus uentum eſt: qui propiores erant, ſtrictis gladijs confoderunt hominem. Sic in ſuo conſulatu Cinna perijt. Tum Carbo reuerti iuſsis qui in Dalmatiam traiecerãt, de præſenti rerum ſtatu ſolicitus, non auſus eſt in Vrbem redire, quantumuis reuocantibus tribunis plebis ad ſubrogandum legitimis comitijs in occiſi locum alterum cõſulem. tãdem illis cõminantibus ſe redacturos eum in priuatorum ciuium ordinem, redijt quidem, & conſularia comitia habuit: ſed cum aues non addixiſſent, in aliam diem diſtulit. tum quoq; cum fana Lunæ atque Cereris de cælo tacta eſſent, augures comitia diſtulerunt ultra ſolſtitium, Carbone ſolo manente cõſule. Inter hæc Sylla ſenatus legationi ad ſe miſſæ reſpõderat, cum talium

ac tanto

ac tantorum ſcelerum patratoribus, nunquam ſibi fore amicitiam: non obſtaturum ſe tamen, ſi populus Romanus eis incolumitatem donare uoluerit. ſed longe tutiſsimos fore poſthac, qui ad ipſum cõfugerint, cum habeat tam fauentem exercitum. ex quo uno dicto ſatis apparebat, eum retinere uelle imperium, & de occupanda dominatione cogitare. nam & dignitatem priſtinam & opes & ſacerdotium, & ſi quos alios honores habuerat, omnia hæc integra ſibi poſtulabat reſtitui: adiunctis ad legationē qui à ſenatu id peterēt. hi quàm primum Brundiſij cognouerunt Cinnam defunctum, remp. perturbatam, ad Syllam reuerſi ſunt infecto negotio. ille cũ V. legionibus Italicis & VI M. equitum, aſſumptis etiam Macedonum ac Peloponneſiorum auxilijs, ducens in ſumma circiter ſexaginta uirorum M. à Pireo Patras & inde porro traiecit Brundiſium claſſe M D C. nauium: receptusq; in portum à Brundiſinis non repugnantibus, immunitate donauit eos in poſterum, quam hodieq; retinent: moxq; inde cum uniuerſis copijs profectus eſt. in eo itinere Metellum Pium habuit obuium: qui ante aliquot annos bello ſociali ductauerat exercitum, ſed Cinnæ Marijq; metu uitata Vrbe, & interim apud Ligures expectato euentu, tunc ultro ſe ſocium obtulit cum ea quam circa ſe habebat manu, proconſulis etiam tum nomen retinens. durat enim ſemel aſſumptus honor, donec contingat reditus in patriam. nec ita multo poſt Cn. Pompeius, qui poſtea Magnus cognominatus eſt, superuenit, eius Pompeij filius qui fulmine perierat, non amicus Syllę, ut uidebatur: ſed ipſe ſuſpicione abolita prę ſto fuit è Piceno legionem adducẽs, in qua regioni gratioſus erat ob paterni nominis memoriam. idem paulo poſt alias duas conſcripſit, & inter præcipuos ductores ſtrenuam operam Sillę nauauit. quo factum eſt ut iuuenis adhuc apud illum eſſet in pretio, ita ut ſoli omnium aduẽtanti aſſurgeret. quem etiam in Africam miſit ad reliquias belli & Carbonianos inde profligandos, reſtituẽdumq; in regnum Hiempſalem Numidanis: & ob eas res geſtas ei triumphum annuit, ante legitimam ætatem, necdum equeſtrem ordinem egreſſo. à quibus initijs cum multum creuiſſet iuuenis, cõtra Sertorium in Hiſpaniam miſſus eſt, & in Pontum poſtea contra Mithridatem. Quin & Cethegus ad Syllam ſe contulit, quo non alius infenſior fuerat, cum Cinna Marioq; Vrbe pulſus, tunc uero ſupplex ad quiduis offerrens ſuum miniſterium. Sic ille auctus tum militum numero tum amicorum illuſtrium, hos quidẽ pro legatis habuit, ipſe uerò unà cum Metello ambo proconſules procedebant ulterius. nam & Sylla proconſulari poteſtate contra Mithridatem profectus, nondum magiſtratum depoſuerat, quamuis

quamuis hoſtis à Cinna iudicatus. Et ille quidẽ inimicos quanquam grauiter clam tamen oderat: qui uero in Vrbe ſe tenebant, facile cõiectantes de hominis ingenio, necdum prioris irruptionis obliti, reputantesq́; quibus plebiſcitis eum exagitaſſent, & uidentes eius domum dirutam, bona publicata, amicos interemptos, familiã uix fuga ſeruatam, trepidi, quòd aut uincendum eſſet aut pereundum funditus, ob cõmunem metum conſpirant aduerſus eum cum conſulibus, totaq́; Italia milites commeatus, pecunias, cõtrahunt alacritate ſumma & induſtria, ſicut decebat in extremo periculo. Conſules uero C. Norbanus & L. Scipio, & cum his Carbo qui ſuperiore anno Cos. fuerat, infeſti quidem Syllæ ut cæteri, ſed conſcientia patratorum facinorum plus ſibi timentes, tum urbanis delectibus habitis tum Italicis, cum ſuis quiſq; copijs cõtra hoſtem ibant, habuerũtq́; cohortes quingenarias ducentas tunc primum: nam pòſt & pluribus uſi ſunt. erat enim fauor hominum in Coss. multo propenſior, quòd Sylla uideretur patriam hoſtiliter impetere, conſules rem ſuam quidem agerent, prætextu tamen patriæ. ad hæc uulgus cõſcium ſe cum illis peccaſſe, pari metu ad repugnandum mouebatur, non ignari Syllam non caſtigationem aut correctionẽ aut terrorem uolutare animo, ſed peſtem, cædes, direptiones, perniciem. nec eos ſua fefellit opinio. nam & prælijs uaſtata ſunt omnia, denis uicenisq́; milibus ſæpe una acie cadẽtibus, circa Vrbẽ quoq; cæſis L M. & reliquis nullam iniuriam uictor abſtinuit uel uiritim uel populariter, donec in ſuam unius poteſtatem redegit uniuerſum populi Romani imperium, quo deinde pro ſua libidine uſus eſt. nec defuerunt prodigia quibus præmonerẽt diuinitus. namq; mira terricula priuatim publiceq́; multis per totam Italiam obuerſata ſunt, & antiqua oracula in memoriam reuocata pauorem augebant. Inter alia mula etiam peperit, & mulier ſerpentem enixa eſt: terræmotus quoq; ingens in Vrbe aliquot templa proſtrauit. & quamuis ſenatus populiq́; Romani cura minime ceſſet in rebus talibus, tamen Capitolium incerta cauſa cõflagrauit, à regibus ante C C C C. annos conditum. quæ omnia portẽdebant ſtrages & expugnationes Italiæ, ipſiq́; populi Romani ſeruitutem mutationemq́; reip. Initium autẽ huius belli, quando Sylla Brundiſium appulit, incidit in CLXXIIII. olympiadem. Cuius res geſtæ maiores fuere q̃ pro ſpacio temporis, dum alteri in alterorum cladem properantes tanto grauius ſe inuicem afficiunt: ad triennium tamen protractũ eſt duntaxat in Italia, donec Sylla imperio potitus eſt. nam in Hiſpinia etiam poſt obitum Syllæ durauit longo tempore. pugnæ uero, uelitationes, oppugnationes, uariéq;

belli facies per Italiam crebræ illuſtresq; fuere, dum modo totis copijs, modo per partes confligitur. harum præcipuas tantum & memoratu digniores dicemus compendio. Primùm omnium ad Canuſium cum Norbano ſigna contulerunt proconſules, ubi deſiderata ſunt ex Cos. exercitu VIM. è Syllanis LXX. ceciderunt, ſed ſauciati multi. Norbanus retroceſsit Capuam. Tum L. Scipio contra procõſules ad Teanum caſtrametatos alium duxit exercitum, pacis magis quàm pugnæ cupidum, quod ubi Syllani ſenſere, cœperũt cum Cos. per legatos agere de concordia, non quòd uel ſperarent uel opus haberẽt, ſed ut inter frigide animatos naſceretur diſſentio, id quod euenit. nam Scipio acceptis obſidibus ad colloquiũ in campum prodijt: conueneruntq; trini utrinq;. quo factum eſt ut uulgo neſciretur quid collocuti ſint. uiſum eſt Cos. iuſſu ad collegam ire Sertorium cõmunicandi conſilij gratia, interim utrinq; ab armis ceſſatum eſt, dum reſponſum expectatur. ſed cum obiter Sueſſam, quæ à Syllanis tenebatur, occupaſſet Sertorius, Sylla expoſtulauit cum Scipione. Cos. ſiue facti conſcius, ſiue incertus reſpondẽdi ut in re inopinata, obſides Syllæ reddidit. quamobrem exercitus eius offenſus tum intẽpeſtiua occupatione Sueſſæ, tum redditis obſidibus, culpabat conſules, cœpitq; clam cum Sylla de trãſitione agere, ſi propius accederet. quo facto adeò deſertus eſt Cos, ut inops conſilij ſolus in tentorio deprehenſus ſit à Syllanis, filio tantũ Lucio unà perſiſtẽte. quod mihi ſane indignum imperatore uidetur, non ſenſiſſe tantam cõſpirationem totius exercitus. hos Sylla cum nequiret in partes ſuas uerbis traducere, ambos dimiſit incolumes: ſimulq; ad Norbanum Capuam miſit legatos alios de pace acturos, ſiue timens maiorem Italię partem ſtantem à Coss. ſiue huic quoq; eaſdem quas Scipioni ſtruẽs inſidias. cumq; nemo ad eum ueniret ne reſponſi quidem reddendi gratia (apparet enim eum Cos. cauiſſe ſimiles exercitus ſui calumnias) Sylla motis caſtris proceſsit ulterius, omnia uaſtans hoſtiliter. idem & Norbanus fecit diuerſo itinere. Carbo uero prior in Vrbẽ delatus, effecit ut Metellus & quotquot alij ſenatores Syllæ ſe adiunxerant, hoſtes à S.P.Q.R. iudicarentur: quo tempore capitolium deflagrauit, rumore uario, nunc in Carbonem, nunc in conſules ſuſpicionem uertente, nunc in quẽpiam à Sylla ſubmiſſum, cum in re incerta conijcere cauſam ſit per difficile, ideo nos quoq; in obſcuro eam ſinimus. Cæterum Sertorius dudum ſortitus Hiſpaniam, poſtq̃ Sueſſam occupauit profugit in prouinciam, cumq; ei nõ decederetur, multũ & hic laboratũ eſt Romanis exercitibus. Interim in dies magis ac magis creſcebant conſulum copię cõfluente, ab ultima Italia

lia milite,atq; à circumpadana etiam Gallia.Nec Sylla ceſſabat, mittens certos homines ad quoſcunq; poſſet Italiæ populos, & uel beneuolentia, uel metu, uel largitionibus,uel pollicitis eos concitans: itaq; utrinq; in his conatibus reliquum æſtatis abſumptum eſt.Inſequentis anni principio Coss . magiſtratum ineunt, Papirius Carbo rurſum, & Marius illius clariſsimi Marij fratris filius,annos XXVII. natus:quo tẽpore præ frigoris aſperitate in hiberna utrinq; diſceſſum eſt.ſed primo ſtatim uere ad Aeſim flumen à mane uſque meridiem acerrime conflixerunt Metellus & Carinas Carbonis legatus, quo multis amiſsis profligatur.finitima loca defecerunt ad Metellũ à Coss.Metellum uero Carbo aſſecutus obſidebat, donec cognito collegam magno prælio ad Preneſte eſſe uictum, copias ſuas reduxit Ariminum, Pompeio tergo hærente & in eum curſante in agmẽ extremum.Clades autem ad Preneſte accepta eſt hoc modo.occupata à Sylla Setia Marius eò copias admouit:deinde paulatim retrocedẽs,ubi ad Sacriportũ peruenit,explicuit aciem.pugnatũ eſt magnis animis. Vbi uero ſiniſtrũ cornu laborare cępit, v. cohortes & duę turmæ ratæ non differendum amplius diem,terga aperte uerterant, abiectis ſignis ad Syllam ſimul tranſierunt.quo momento Mariani plane uicti ſunt.uniuerſi enim effuſa fuga Preneſte petebãt,Sylla terga cædente.Preneſtini primos refugientes intromiſerunt, ſed urgẽte hoſte clauſa porta Marium fune ſubduxerunt in mœnia . tum uero magna cædes circa muros edita,multi capti:in his quotquot erãt Samnites,omnes Syllæ iuſſu occiſi,ut perpetui inſectatores Romani nominis.Per eoſdem dies & Metellus uicit alterum Carbonis exercitum, etiam tunc quinq; cohortibus inter pugnã ſua tranſitione accelerãtib.uictoriã.Põpeius quoq; Marciũ deuicit circa Senas,urbem ipſam diripuit.At Sylla Mario intra Preneſte compulſo, oppidum uallo ac foſſa è longinquo cingebat,præpoſito huic operi Lucretio Ofella,ut abſq; oppugnatione fame expugnaret Marium, qui rebus deſperatis,ne inimicos ſuperſtites relinqueret,Bruto prætori urbano ſcripſit,ut conuocato per alium prætextum ſenatu,interficeret P.Antiſtium,& alium Carbonem,præterq; L.Domitium & Mucium Sceuolam pontificem maximum.ex his duo,ita ut iuſſum erat, immiſsis percuſſoribus intra curiam confoſsi ſunt:Domitius fugiẽs in foribus,non longe à curia Sceuola . cadauera proiecta ſunt in Tiberim.iam enim mos inoleuerat,interemptos non ſepeliri. At Sylla copias ad urbem mittebat non uno itinere,imperato ut portas occuparent:quod ſi repellerentur,conferrent ſe Hoſtiam . hi quacumq; iter erat,metu recipiebãtur intra oppida,ne urbis quidem portis ex-

cluſi, quod & fame laborabatur ab urbanis, & aſſueuerant iam malis
præſentibus non reſiſtere pertinacius. Sylla poſtquam id cognouit,
confeſtim ſuperuenit: & exercitu in ſtatione relicto ante portas in
campo Martio: ipſe fuga dilapſis aduerſæ factionis ciuibus intro-
greſſus, cõtinuo bona eorum ærario addicta ſub haſta cœpit uende-
re: aduocataq́; contione, queſtus coactum ſe improbitate inimico-
rum hæc facere. iuſsit populum bono eſſe animo, uiſuros propedi-
em finem malorum, & reſtitutam rempublicam. deinde ordinatis
quæ præſens poſcebant remedium, & in urbe relicto præſidio, pro-
fectus eſt Cluſium, ad profligandum ibi non contemnendas belli re-
liquias. interea coniunxerant ſe cum exercitu conſulum Celtiberi e-
quites miſsi à prætoribus Hiſpaniam obtinẽtibus: cõmiſſoq́; ad Gla-
nim fluuiũ equeſtri prælio, Syllani ex hoſtibus circiter L. ſtrauerunt:
ex Celtiberis uero CCLXX. transfugerunt: reliquos Carbo interne-
cione deleuit, ſiue offenſus perfidia popularium, ſiue exemplum me-
tuẽs. Eodem tempore ad Saturniam alia copiarum parte Sylla uicit
aduerſarios: & Metellus claſſe circumuectus Rauennam uerſus, obi-
ter Vritanum agrum planum frumentiq́; feracem in poteſtatem ſu-
am redegit. alia Syllanorum manus intra Neapolim nocturna pro-
ditione recepti, contrucidarunt omnes præter paucos fuga elapſos,
& occupauerũt triremes eius populi. apud Cluſium uero Sylla cum
Carbone per integrum diem cõflictatus eſt acerrimo prælio, quod
nox tandem diremit neutrò inclinante uictoria. In Spoletinis uero
campis Pompeius & Craſſus ambo Syllani duces ſtrauerunt Carbo-
nianorum ad tria milia, & Carinatem ſibi oppoſitum oppugnaue-
runt, donec à Carbone alius ei ſubſidio mitteretur exercitus. quem
Sylla rei non ignarus, iter facientem aggreſſus ex tranſuerſo, male
mulctauit cæſis fermè duobus milibus. Carinas per occaſionem no-
ctis ualde obſcuræ ac pluuiæ, licet ſentientibus obſeſſoribus, tamen
ob fœdam tempeſtatẽ neglectim id ferẽtibus, euaſit. Idem Carbo ad
collegam Marium obſidione Preneſtina eximendũ miſit cum VIII.
legionibus Marcium, quia fame laborare obſeſſos cognouerat. eas
Pompeius in anguſto loco nactus, ex inſidijs adortus eſt, multisq́; cæ-
ſis reliquos in tumulum quendã refugere coactos cinxit undiq́;. Mar-
cius relictis quo magis falleret ignibus: noctu inde clã aufugit. cuius
exercitus acceptæ per inſidias cladis culpam in ductorem referens,
poſt graues ſeditiones tandem ſigna iniuſſu eius retulit Ariminum.
inde reliquis cateruatim ad proprios lares dilapſis, VII. tantum co-
hortes apud ſuum ducem permanſerunt. ita Marcius re infeliciter ge-
ſta ad Carbonem reuertit. cæterum M. Lamponium ex Lucania,
Pontium

Pontium Teloſinum è Samnio, Guttâq; Capuanum cum ſeptuaginta milibus properantes ad eximendum obſidione Marium Sylla occupatis faucibus per quas ſolas erat tranſitus, excluſit. Tum Cos. deſperans de externis auxilijs, caſtellum loco ſpatioſo inter oppidum & hoſtium munitiones exſtruxit: in id collatis machinis cõtractisq; ſuis copijs, tentauit Lucretio repulſo erumpere. ſed poſt uarios multorum dierum conatus cum nil proficeret, rurſum intra Preneſtina mœnia concluſus eſt. Per eoſdem dies ad Fauentiam Carbo & Norbanus confecto itinere ſub ueſperã Metelli caſtris proximi, cum unica hora ſupereſſet, uiderentq; denſa circumquaq; uineta, irate magis quàm conſulte explicuerunt aciem, rati perterrituros ſe Metellum re tam inopina. Sed uicti ut loco temporeq; ſibi incommodo, aceruatim cadebant, ita ut cæſis circiter decem M. VI M. deditis, reliquis diſiectis, mille ſoli ſeruatis ordinibus Arretium ſe receperint. Hac clade audita, legio Lucana Albinouani ad Metellum inuito ductore ſuo defecit. qui tum quidem nihilo remiſsior factus ad Norbanum redijt: ſed non multis diebus pòſt pactus clàm per internuncium miſſum ad Syllã de impunitate, ſi patraret quid memorabile, ad cõuiuiũ uocauit. Norbanũ cũ ſuis legatis, C. Apuſtio, & Flauio Fimbria, fratre illius qui in Aſia necẽ ſibijpſe cõſciuerat, alijsq; ducibus quotquot è Carbonianis aderãt, qui ubi, ſolo Norbano excepto conuenere, omnib. in eodẽ cœnaculo trucidatis, ad Syllã trãsfugit. tum Norbanus ubi cognouit & Ariminũ ob hũc caſum & aliquot propinquos exercitus ad Syllã deſciuiſſe, ratus neminẽ ſuorũ (ut fit reb. aduerſis) cõſtantẽ fore in amicitia, priuati hominis nauicula cõſcenſa traiecit in Rodũ: ubi cũ à Sylla expoſceretur, Rodijs de eius deditione deliberãtibus, in medio foro ſe trãsfixit. Carbo uero alias duas legiones Damaſippum iuſsit Preneſte ducere, obſidionẽ Marij ſoluere properans: ſed ne hæ quidẽ fauces à Syllanis obſeſſas ualuerũt perrumpere. præterea tota Ciſalpina Gallia defecit ad Metellum, & Lucullus contra Carbonianum exercitum alium proſpere pugnauit ad Placentiam. quibus auditis Carbo, quamuis haberet adhuc armatorum XXX M. circa Cluſium, & duas Damaſippi legiones, & totidem alteras ſub Carinate Marcioq;, adhęc Samnitiũ magnã manum grauiter anguſtias perrumpere laborantium, omnibus tamen rebus deſperatis, ſegniter profugit cũ amicis in Africam, conſul Italiam deſerens, quaſi hac amiſſa illam occupaturus. exercitus quem ad Cluſium reliquit, cum Pompeio congreſſus amiſit fermè XX M. reliqui accepta tanta clade diffugerunt in ſuam quiſque patriam. at Carinas cum Marcio Damaſippoq; cõiunctis copijs ad fauces profecti ſunt,

cum Samnitibus ut putabant perrupturi. quod ubi non ſucceſsit, Vr-
bem petunt, quaſi capi facilem per uirorũ ſimul & cibariorum ino-
piam, & in Albano agro caſtrametantur circa decimum lapidem.
tum Sylla Vrbi metuens propere præmiſsis equitibus qui hoſtium
agmen remorarentur, ipſe accelerato itinere cum omnibus copijs
circa meridiem Collinæ portæ iam propinquus ad ædem Veneris
caſtra poſuit, hoſtibus quoque circa Vrbem caſtrametatis. inclina-
to deinde ad ueſperam die collatis ſignis, dextrum Syllæ cornu ui-
cit, ſiniſtrum fuſum ad portas refugit. ibi uiri ſenes ut uiderunt ho-
ſtes profligatis mixtos accurrere, cataractam dimiſerunt: quæ dela-
pſa multos milites, multos etiam ſenatores, oppreſsit. magna pars
metu & neceſsitate coacta retro in hoſtes ſe uertit, & continuato
per totam noctem prælio, magnam eorum concidit multitudi-
nem: inter quos Teleſinus Albinusq; ceciderunt, caſtra eorum
capta ſunt. Lamponius Lucanus cum Marcio Carinateq;, & quot-
quot ex Carbonianis ducibus interfuerant prælio, diuerſa loca fuga
petierũt. utrinq; deſideratorum numerus eſtimatus eſt ad quinqua-
ginta milia, captiuorum ſupra octo milia: inter eos quia maior pars
Samnites erant, Sylla iaculatoribus conficiendos obiecit. Poſtridie
Marcius & Carinas e fuga retracti ſunt, quibus uictor non pepercit
ut ciuibus, ſed amborum capita præciſa miſit Lucretio, circumfe-
renda circa Preneſtinorum mœnia. qui & his uiſis, & audito pe-
riſſe omnes Carbonis copias, Norbanum ex Italia fugere, ipſam de-
niq; Vrbem in poteſtatem Syllæ redactam eſſe, oppidum Lucretio
dediderunt. Marius in cuniculum ſe abdidit, ubi mox manus ſibi in-
tulit. caput eius ad ſe relatum Sylla pro roſtris poſuit, non ſine cauil-
lo in ætatem conſulis: debuiſſe prius remum tractare quàm guber-
naculum. Lucretius Preneſte potitus, quotquot ſenatores Marianę
factionis ibi deprehendit, aut mox interfecit, aut miſit in cuſtodi-
am. quos Sylla poſtquam eò uenit occidit, cæteram multitudinem
inermem iuſsit prodire in campum: quo facto ubi aliquot admodũ
paucos exemit, quorum opera aliquando uſus fuerat, reliquos diui-
ſit trifariam. poſtquam aliò Romani, aliò Samnites, aliò Preneſtini
ſeceſſere, Romanis per præconem monitis, commeruiſſe quidem
mortem ipſos quoq;, habiturus tamen ueniam, alios omnes confi-
xit iaculo: mulieres tantum & pueros dimiſit incolumes. oppidum
diripuit ditiſsimum illo ſeculo. ita Preneſte tractatum eſt. Norbani-
hilominus reſiſtebat totis uiribus, donec Aemilio Lepido noctu
per proditionẽ intromiſſo: indignabũdi oppidani pars ſuamet ma-
nu, pars mutuis uulneribus ceciderunt, alij præfocarunt ſe laqueis,
aut

aut obturatis foribus ignem tectis ſubdiderunt, quorum conatum fortuitus uentus adiuuit in tantum, ut præda omnis abſumpta ſit incēdio. ita hi quoq; internecione deleti ſunt. Finito in Italia bello per tot clades igni ferroq; illatas ultro citroq;, alij Syllani duces obita regione inſpectisq; oppidis præſidia locis ſuſpectis impoſuerūt, Pompeius in Africam contra Carbonem, in Siciliam contra eius amicos miſſus eſt. Sylla ipſe aduocato in contionem populo, multa de ſe magnifice, multa ad illos terrendos uehementer locutus, ita concluſit orationem ut diceret, populi quidem ſtatum in melius ſe mutaturū, ſi iuſſa fecerint: inimicorum uero parciturum nemini, ſed affecturū eos extremis calamitatibus: imò & in prętores, quęſtores, tribunos, tum quicunq; ex eo die quo Scipio Cos. pactis non ſtetit, partes hoſtium fouerint, pro uiribus animaduerſurum. Poſt contionem ſine mora ſenatores quadraginta, equites Ro. MDC. proſcripſit. Hic enim primus capitalis proſcriptionis inuētor eſt habitus: qui & præmia percuſſoribus proſcriptorum, latētiumq; indicibus propoſuit, & pœnam abditos celantibus interminatus eſt. nec multo poſt alios itē ſenatores in proſcriptorū albū retulit. ex his quidā nec opinātes oppreſsi paſsim per domos, per tēpla, per porticus: alij ſublimes correpti, & ad pedes Syllæ proiecti: alij raptati conculcatiq;, nemine ad tam dira ſpectacula uel muſſare audente: alij pellebantur ex Vrbe, rurſus alij bonis ſuis ſpoliabantur. profugos inquiſitores perſequebantur, nuſquā non diſcurrentes & excutientes omnia, trucidantes quotquot ex ijs adipiſci poterant. Nec minor fuit ſociorum cædes, direptio, expulſio, qui Carboni aut Norbano aut Mario eorúmue legatis paruerant: & per totam Italiam exercebantur ſęuera de his rebus iudicia, uarijs criminibus, militiæ, militaris præfecturæ, collatæ pecuniæ, cuiuſuis operæ contra Syllam præbitę, cōmunicátiue con̄tra eum conſilij. rei peragebantur & hoſpites & amici, creditores debitoresq;. nec defuit cui obſequium crimini datum eſt, aut iter feciſſe cum damnatæ factionis homine: ſed præcipue diuites hærebant in hoc periculo. ut uero ſingulorum criminationes defecerunt, tum totos populos adortus Sylla punijt: aliorum arces aut mœnia diruit, alios pecunijs mulctauit, alios uexauit exactionibus grauiſsimis: aliò colones deduxit, quorum opera in eo bello uſus fuerat, qui opportunis locis diſpoſiti in ipſius poteſtate continerent Italiam, translatis ad eos ueterum poſſeſſorum prædijs: quo beneficio per totā uitam habuit obnoxios. Cū enim res ſuas niſi actis Syllæ ratis tueri nequirent, propugnatores eius dignitatis fuerūt etiam poſt illius obitum. In eo ſtatu Italiæ, Carbonem ex Africa in Siciliam cum multis claris

claris uiris profugū,atq; inde in Coſyram fugiētē,Pompeius per certos homines ad id miſſos retraxit: & alios quidem ne in cōſpectum quidem admiſſos tolli mandauit:Carbonem uero ter conſulem uinctum ad pedes ſibi ſiſti paſſus. poſt grauem pro contione inuectionem occidit. caput reſectū ad Syllam miſſum eſt. qui poſtquàm res inimicorū ſuo tractauit arbitratu, ita ut nihil hoſtile ſupereſſet præter Sertorium, & eum quidem longe remotum, Metello cōtra eum in Hiſpaniam miſſo, pro libito res urbanas ordinauit. cum enim legum,ſuffragiorum, ſortiū nulla haberetur ratio, uniuerſis metu latitantibus aut ſilentibus,omnia Syllæ acta tam cōſulis quàm proconſulis rata S. P. Q. R. habuit & ſtatuam auratā equeſtrē pro roſtris ei poſuit hoc titulo, CORNELIO SYLLAE IMPERATORI FELICI. Sic enim ab adulatoribus uocabatur ob perpetuos rerū contra inimicos geſtarum ſucceſſus: quæ adulatio in cognomen uertit. inueni etiam cōmentarios qui tradant,eum hoc S.C. Venuſtum appellatum:quod eo facilius credo, quando & Fauſti cognomen accepit,non alienum à ſignificatu feſtiui gratioſiq;. extat & oraculū quo in his rebus aggrediendis confirmatus eſt:

Crede mihi Romane,ingens dat Cypria robur
Aeneæ generi indulgens.tu reddere cunctis
Cælitibus gratus donaria grata memento.
Munera fer Delphos.eſt quidam qui arduus altas
Attingit Taurus nubes, ubi mœnia Cares
Longa colunt Graio Veneris de nomine dicta.
Huic magnas capies uires donando ſecurim.

utrumlibet cognomē ad effigiem eius aſcriptū eſt ex ſenatuſcōſulto. uidetur mihi non caruiſſe cauillo, ni ſic quoq; captata eſt uictoris gratia ſecuris certe cū aurea corona illo miſſa eſt hac inſcriptione.

Hanc tibi ſancta Venus poſuit Sylla induperator,
Quandoquidem in ſomnis te uidit in agmine primo
Hortantemq; ſuos, & Martia tela mouentem.

Itaq; re iam rex aut tyrannus, quippe non iuſſu populi, non ſenatus autoritate, ſed ui aſſecutus potentiam, cum prætextu opus haberet ut uideretur electus legitime, uſus eſt arte hac. Olim Romæ regnabat quiſq; uirtute præſtantiſsimus:& quoties aliquis eorum uita decederet,ſenatores alij poſt alios quinis diebus reip.præerant,donec alius quiſpiam in regnum ſuccederet, cui fauiſſent ſuffragia populi. is quinq; dierū magiſtratus,interrex uocabatur. conſularia uero comitia more ſolenni erant penes decedentes conſules: qui ſiquo caſu deeſſent, tum interrex creabatur qui præeſſet comitijs. huius moris

occaſione. Sylla, cũ reſp. careret Coſs. quando Carbo in Sicilia, Marius Preneſte perierant, paulìſper ex Vrbe ſeceſsit, ſenatu iuſſo creare interregem: qui Valerium Flaccum elegit, ſperans habiturũ conſularia comitia. tum Sylla ſcripſit Flacco, rogaret quirites ex ipſius Syllæ ſententia, uelint ne iubeantq́;, quoniam præſens rerum ſtatus ita poſtulet, Dictatorem creari, reuocato priſco more poſt annum quadringenteſimum: idq; non ad certum aliquod tempus, ſed donec res Vrbanæ ac Italicæ totumq; imperium, cõtinuis bellorũ procellis concuſſum eatenus, ordinatum firmatumq; fuerit. Quæ rogatio haud dubie ad ipſum ſpectabat: nec diſsimulauit cupiditatẽ, adiecto in fine literarum: ſi ita uiſum fuerit Patribus, ſe potiſsimum reip. nauaturum hãc operam. his literis in Vrbem perlatis S.P.Q.R. inops conſilij, quippe qui nec legitima comitia retineret, nec in ſua poteſtate eſſet, per comitiorum ſimulacrum libenter accepit oblatam libertatis fucatæ ſpeciem, creauitq; Syllam tyrannum poteſtate ſingulari, ad tempus quantum ipſi libeat. nam & olim dictatura tyrannis erat circumſcripta breui tempore: ſed tum amotis terminis nihil ei defuit ad abſolutam tyrannidem. uerbis tamen res cohoneſtata eſt: Dictatorem eum creatum perferẽdis legibus, quas ipſi ferre uiſum fuerit, conſtituendæq; reipublicæ. Sic P.R. imperio regum aſſuetus circiter c. olympiadas, atq; alijs fermè totidem regimini populari ſub annuis conſulibus, rurſum ad regni formã redijt, peracta apud Græcos LXXV. olympiade. quo tempore nullum in olympia certamen præter curſum in ſtadio ſupererat. nam athletas cæteraq; ludicra uniuerſa in urbem Sylla Mithridatici belli atq; ciuilis occaſione tranſtulerat, cauſam prætexens quòd populum poſt tot labores recreare cuperet. Nihilominus ut priſtina reip. forma uideretur manere, permiſſum eſt populo facere cõſules. creati M. Tullius, Cornelius Dolobella: ipſe uero iam plane regnans dictator conſulibus præerat. nam & ſecures ei ut dictatori præferebantur uigintiquatuor, quemadmodum olim regibus, & frequenti ſtipabatur ſatellitio: ad hæc leges alias antiquabat, alias ferebat: edixitq; nequis præturam ante quæſturam gereret, néue conſulatum ante præturam, néue eundem magiſtratum iterum ſuſciperet, niſi poſt annum decimum. tribuniciam uero poteſtatem adeò debilitauit, ut ſublata uideri poſſet, lege lata nequis poſt tribunatum ad ullum alium magiſtratũ admitteretur: quo factum ut eam dignitatem nemo nobilis honoriſúe appetens non uitaret. nec conſtat an eam, ut nunc eſt, à plebe ad ſenatum tranſtulerit. in quem ob ſeditiones ac bella redactum ad magnã paucitatem circiter trecentos allegit ex præcipuis equitum, tributis,

comitijs

comitijs ſuffragia de unoquoq; colligẽs. plebi uero inſeruit ex pro-
ſcriptorum ſeruis florentiſsimũ quemq; ætate ac uiribus pluſquàm
x m. donatos prius libertate ciuitateq́;, & Cornelios uocatos de pa-
troni nomine, ut inter plebeios haberet ſemper ad iuſſa parata x. mi
lia. idem obſequium & per Italiam ſibi prouidens, x x i i i. legioni-
bus diuiſit (ut dictum eſt) multum agrorum oppidatim, partim pu
blicorum, partim quibus ciuitates mulctauerat. Fuit autẽ adeò ter-
ribilis & impotenter iracundus, ut Q. Lucretium Ofellam, per quem
Preneſte Mariumq; cõſulem expugnauerat, & uictoriæ ſupremam
manum impoſuerat, in medio foro interfecerit: quia nõdum eque-
ſtrem ordinem egreſſus, priuſquàm quæſturam & præturam geſsiſ-
ſet, contra nouam legem inuito dictatore & fruſtra dehortante can
didatum cõſulatus ſe profitebatur, fretus egregie nauata contra ho-
ſtes opera. quo facto, pro cõtione dixit: Scitote Quirites, & meis uer
bis credite, Lucretium meo iuſſu cæſum, quòd recuſaret imperata fa
cere. addiditq; fabulam: Ruſticus cum inter arandum moleſte ferret
infeſtantes ſe pediculos, ſemel atq; iterum aratione intermiſſa pur-
gauit interulam. ſed cum denuo morderetur, in ignẽ coniectam ex-
uſsit, ne ſæpius opus interrumperet. hoc exemplo monitos uolo ui-
ctos, caueant ſibi ne tertiò peccato ignis pœna fiat. ergo ad hunc
quoq; modum perterritos, imperio habuit obnoxios, & triumpha-
uit de Mithridate. nec defuerunt dicaces homines, qui dominatũ eius
negatiuum regnum facete uocarent, quòd ſolo nomine regis abſti-
neret. alij ediuerſo rem ſuo nomine appellabant, uidelicet manifeſtã
tyrannidem. eò malorum prolapſa eſt hoc bello tum Vrbs tum Ita-
lia. nec immunes ab ijs fuere prouinciç, partim à piratis & Mithrida
te & Sylla bello afflictæ, partim per ſeditiones exhauſto ærario uexa
tæ multis tributorum exactionibus. nam & gentes omnes, & reges
amici ſocijq;, & ciuitates non ſolum ſtipendiariç, ſed etiam fœdera-
tæ, aut gratia uirtutis immunes liberæq́;, uniuerſæ tunc tributa pen-
dere, imperataq́; facere iubebãtur: quædam agris portubusq́; ex fœ
dere ſibi conceſsis mulctabantur. Sylla uero Alexandrum eius Ale-
xandri qui in Aegypto regnauerat filium, educatum in Coo inſula,
& à Cois Mithridati deditum, indeq́; ad ſe profugum & in familiari-
tatem receptum, Alexandrinis regem dedit, deficiente ibi uirili ſtir-
pe regia, & mulieribus regijs uiro cognato opus habentibus: ſperãs
multum auri ſe collecturũ ex regno opulentiſsimo. Sed Alexandri-
ni regem hunc inſolentius imperantem Syllæ fiducia, decimonono
regni die protractum in gymnaſium ex regia peremerunt. tantũ eis
audaciæ ſupererat, uel ob domeſticarum opum magnitudinem, uel
ob externa

ob externarum calamitatum, quas nondum experti erant, ignorantiam. Inſequenti anno Sylla quamuis dictator, tamen ad repręſentandam aliquam reip. formam ſuſtinuit Cos. iterum fieri, collega Metello Pio. & hinc forte mos natus eſt, ut nūc quoq; Romani cæſares penes quos eſt creatio Conſulum, ipſimet eum honorem aſſumant, rem pulchram ducentes ſummum imperium cum conſulatu iungere. Anno uero qui ſecutus eſt, populus quidem tunc quoq; in adulationem Syllæ deſignauit eum cōſulem: at ille dedignatus, Coſs creauit Seruilium Iſauricum & Claudium Pulchrū: moxq́; ipſe poteſtatem ſummam, nemine interpellante, ſponte depoſuit. Quæ res mihi miranda uidetur, hunc unum ad eam ætatem tantum imperium nemine cogente ceſsiſſe, non filio, ſicut Ptolemæus in Aegypto, Ariobarzanes in Cappadocia, Seleucus in Syria, ſed his ipſis quos tyrannide preſſerat. certe ab omni ratione alienum eſt, dominationē tanto conatu per tot pericula quæſitam, ubi adeptus ſis, ſponte deponere: nec minus mirum non defeciſſe iuuentutem in hoc bello plus centum milibus abſumptis, & in his ſenatoribus aduerſæ factionis x c. conſularibus x v. equitibus Ro. m m d c. annumeratis exulibus eius ordinis: quorum bonis addictis ærario, multorum cadauerib. etiam proiectis, Sylla domi foriſq; ſecurus, ac ne illos quidem ueritus quorum arces, mœnia, pecunias, immunitates, ſuſtulerat: ultro ad priuatam uitam redijt. tanta erat in eo uiro uel audacia uel felicitas. fertur cum magiſtratū in medio foro deponeret dixiſſe, paratum ſe rationem actorum ſuorum reddere ſi quis expetat, ſimulq́; abegiſſe lictores cum ſuis ſecuribus atq; ſatellites: itaq; cum ſolis amicis obambulaſſe diu, ſpectante & miraculo attonita multitudine. tandē domum repetentem qui incuſaret uix unus adoleſcens extitit: quem cum nemo compeſceret, auſus eſt conuitijs eum proſequi. & qui in ſummos uiros integraſq́; ciuitates bilem effuderat, tunc unum adoleſcentulum tulit æquo animo, hoc tantū in limine domus ſiue prouidenter ſiue diuinitus prolocutus: hic adoleſcens efficiet nequis poſthac talem magiſtratum deponat. quod dictum euentus approbauit paulo poſt, dum C. Cæſar eundum magiſtratum adeptus deponere nunquam uoluit. cæterum Sylla in omnibus quæ concupiſſet (ut mihi uidetur) immodicus, aſpirāte fortuna ex priuato tyrannus, ex tyranno priuatus eſſe uoluit: uixitq́; poſthac in ſeceſſu ruſtico. profectus enim in ſuum Cumanū uacauit ibi piſcationibus & uenationibus, non uitæ in Vrbe priuatæ tædio, nec quòd uirium pœniteret, ſiquid liberet moliri denuo, quippe robore pariter ac ætate integer. aderant etiam per Italiam uirorum circiter milia cētum uiginti

aſſuetorum

aſſuetorum eius militiæ, ipſius benignitate poſsidentium agros &
ſplēdida munera, præterq; in Vrbe decem Corneliorum milia cum
cæteris factioſis fauentium illi, aduerſarijs uero infeſtorum & for-
midabilium, qui facinorum patratorum impunitatem in eius inco-
lumitate reponebant. uerùm ille ut opinor ſatur bellorum imperij,
rerumq́; urbanarum, poſtremo adamauit uitam ruſticam. Qui poſt-
quàm magiſtratu ſe abdicauit, populus Romanus à cædibus & tyrā-
nide iam liber, paulatim ad ſeditiones uergebat alias, per occaſionē
conſulum, quorum alter Syllanæ factionis erat C. Catulus, aduerſæ
alter Aemilius Lepidus, inuicem exoſi infeſtiq́;, & mox inito magi-
ſtratu parum concordes, ut nemini non appareret nouam cladē illa-
turos reipublicæ. Sylla uero in ruſtico ſeceſſu ſomniauit, uocari ſe
iam à fato. quamobrem mox ut illuxit enarrato amicis ſomnio, teſta
menti tabulas eadem die confecit: quibus obſignatis ſub ueſperam
febris eum inuaſit. ſecuta nox uitæ eius fuit ultima, cum exegiſſet an
num ſexageſimum, uir perpetuo iuxta ſuum cognomen felix, ſi felici
tas dicenda eſt, poſſe quicquid uelis. eius mors cōfeſtim in ſeditio-
nis materiam uerſa eſt: dum quidam cēſent defuncti corpus per Ita-
liam funebri pompa deducendū in Vrbem & forum, ſepeliendūq́;
exequijs publicis, reclamante cum ſua factione Lepido. uicit tamen
Catulus & Syllana factio. itaq; ferebatur cadauer in Vrbem in lecti-
ca aurea cætero quoq; ornatu regio, præcinentibus tubis & equita-
tu deducente aliaq́; toto corpore armatorum multitudine, legatis e-
tiam & tribunis eius undiq; cum armis ad funus celebrandum con-
fluentibus, & ut quiſq; uenerat, in ordinem pompæ ſe conferenti-
bus, accurrente uulgari quoq; multitudine, quanta nunquam aliâs.
præferebant & ſecures cæteraq́; dictaturæ inſignia, quibus uiuens
uſus fuerat. cæterum poſtquam in Vrbem illatus eſt, tum uero pluri
mum ſplendoris acceſsit funeri. coronæ enim aureæ plus quàm bis
mille, magna celeritate confectæ prælatæ ſunt, dona ciuitatum & le-
gionum quibus præfuerat, & amicorum ſingulorum, cæteraq́; inef-
fabilis magnificentia. & quia res metu non carebat, propter conflu-
xum armati militis, deducebant corpus. ſacerdotes etiam Veſtalesq́;
ſuo quiſq; ordine, tum ſenatus uniuerſus & magiſtratus cū ſuis in-
ſignijs: deinde equitum Ro. alia multitudo, rurſumq́; alia militum
quotquot illius auſpicia ſecuti fuerant. omnes enim approperaue-
rant ut præſto forent, geſtantes ſigna aurata, ſcutaq́; argēto bractea-
ta, quorum nunc quoq; in pompis uſus eſt. aderat & tubicinum infi
nitus numerus per interualla quiddam lugubre concinentium. nec
deerant fauſtæ acclamationes à ſenatu exortæ, mox equitum, deinde

militum

militum,poſtremò plebis:quorum alij ſerio Syllam deſiderabant,alij copias eius:ipſumq; mortuum non minus quàm uiuum timebãt. quippe quos tam præſens ſpectaculũ terrebat, quàm præteritorum facinorum memoria, ut facile in hoc aſſentirentur aduerſarijs, eum fuiſſe & illis feliciſsimum, & ipſis ad extremũ uſq; diem terribilem. pro roſtris deinde in ſuggeſtu poſito cadauere funebrem orationẽ habuit uir eius ætatis eloquentiſsimus, quòd Fauſtus filius nondum maturus eſſet: mox robuſti aliquot ſenatores ſublatam in humeros lecticam tranſtulerunt in campum Martium,ubi ſolos reges ſepelire mos eſt:& circum rogum decurrerunt tum equites tum reliquus exercitus. Hic finis Syllæ. ab exequijs reuertentes conſules cõfeſtim mutuis conuicijs altercati ſunt, diuiſa in eorum fauorẽ urbana multitudine. Lepidus etiam Italiæ populos ſibi cõciliaturus, ait redditurum ſe illis agros quos Sylla ademerat. Senatus ab utroq; metuens reipublicę,ambos iureiurando obſtrinxit,ne bello rem controuerſam decernerent. cæterum Lepidus tranſalpinam Galliam ſortitus, non redijt ad comitia, quaſi anno ſequenti iam iureiurando ſolutus bellum libere geſturus contra Syllanos. ſic enim interpretabatur, eo ſacramento ſe non teneri ultra tempus magiſtratus. ſed cum non laterent eius conſilia,reuocatus à patribus, nec ignarus cur reuocaretur,aduentabat cum omnibus copijs,uolens in Vrbem eas introducere. uerùm prohibitus, ſuos per præconem iubet arma capere. idem e diuerſo facit Catulus. confligitur nõ longe à campo Martio. Lepidus uictus & cedere coactus,traiecit in Sardiniam,ubi tabe perijt. exercitus eius pauliſper alijs atq; alijs locis infeſtus, tandẽ diſperſus eſt. præcipua pars ductu Perpennæ ad Sertorium peruenit in Hiſpaniam: qui ex aduerſarijs Syllæ reliquus per VIII. annos cõtinuauit bellum difficile Romanis, quòd non tam cum Hiſpanis negotiũ haberẽt q̃ cum ciuibus & ipſo Sertorio, ſortito eam prouinciã: quo tẽpore Carbonis cõtra Syllam ſocius, occupata per inducias Sueſſa, profugit prætor in Hiſpaniam: ubi adiunctis ad Italicas copias Celtiberorum auxilijs, expulſiſq; his qui ut Syllani nolebant prouincia decedere. Metello quoq; à Sylla cõtra ſe miſſo repugnauit ſtrenue. inclytum deinde nomen conſecutus audacia, ex amicis CCC. in conſilium aſciuit, quos Romanis patribus opponeret, ſenatum eos uocans in illorum contumeliam. tum uero defuncto Sylla, pauloq; poſt Lepido, nouo auctus ſupplemento quod ex Italia Perpenna adduxerat, in Italiam expeditionem facturus uidebatur, ni ſenatus id ueritus, in Hiſpaniam ad priorem exercitum ſubmiſiſſet cum nouis copijs Pompeium, iuuenem quidem, ſed iam clarum rebus Syllæ auſpi

cijs geſtis uel in Africa uel in ipſa Italia. qui per Alpes iter aggreſſus magno animo, ad æmulationem Hannibalis alias fauces aperuit me dio inter Padi Rhodaniq; fõtes ſpatio, quà uterq; amnis modicis iugis origines diſpeſcentibus in diuerſa curſus concitat, hic per transalpinam Galliam in mare inferum properans, ille per citeriorem in intimum ferè ſuperi ſinum, Græcis dictus Eridanus. poſtquam aũt Hiſpaniam attigit, confeſtim legionem unam pabulatoribus præſidio miſſam cum iumentis mancipijsq; amiſit: ſimulq; Lautonem urbem ſe inſpectante diripi diruiq; paſſus eſt. in qua expugnatione mulier quędam ſupra ſexum fortis uim inferenti militi digito eruit oculos: quo cognito Sertorius integram cohortem, quamuis Romanã, id genus flagitijs infamem concidit. Et tunc quidem interuentu hiemis dirempti ſunt exercitus partium. cæterum ineunte uere utrinq; mouerunt, Metellus cum Pompeio à Pirenęis montibus ubi hiemauerant, Sertorius cum Perpẽna ex Luſitania. ad Sucronem demum ſigna collata ſunt: ubi cum ſereno cælo, quod mirum eſt, crebra fulgura micarẽt cum tonitru, nihil territi ut ueterani, magnam cædem utrinq; edidere, donec Metellus Perpẽna in fugam uerſo caſtra eius diripuit. in altero uero cornu Sertorius Pompeium haſta in femore periculoſe ſauciatum profligauit, euentu totius pugnæ ancipiti. Erat Sertorio candida cerua mãſueta & uagari ſolita: quæ cum nuſquam compareret, imperator ominoſum id ratus ceſſabat ab armis æger animi, hoſtibus irridentibus. ut uero animaduertit accurrentẽ è nemoribus, ipſe quoq; proſilijt, & uelut augurio lætus cœpit hoſtẽ uelitatione laceſſere. nec multo poſt magno prælio certatum eſt ad Seguntium, à meridie noctẽ uſq;, ubi ex æquo pugnãs uicit Pompeiũ cæſis hoſtiũ ſex milibus, deſideratis ſuorũ trib. M. Metellus uero tũc quoq; ſtrauit V M. Perpennę militũ. ſequẽti die Sertorius aſſumptis multis barbaris uergẽte iam die improuiſus in caſtra Metelli fecit impetum, oppugnaturus ni Pompeius ſuccurrẽs fregiſſet eius audaciã. inter hos conatus elapſa æſtate in hiberna diſceſſum eſt. Sequẽti anno ſexta & ſexageſima ſupra centeſimã olympiade Pop. Ro. duabus prouincijs ex teſtamẽtis regũ auctus eſt, Bithyniã Nicomede relinquente, Cyrenen Ptolemæo ex Lagidarũ gente, cui Apioni cognomen fuit. Bella interim nõ remittebant, in Hiſpania hoc cõtra Sertoriũ, in oriẽte Mithridaticũ, toto mari Piraticũ, circa Cretã cum ipſis Cretenſibus aliud, in Italia gladiatorũ repentinũ & difficile. tot negotijs diſtracti, tamẽ in Hiſpaniã ad priorẽ exercitum miſerunt alias duas legiones, quibus aſſumptis Metellus Pompeiusq; rurſum à Pyrenęo deſcenderunt ad Iberum, occurrẽte Sertorio cũ Perpenna è

Luſitaniã

Luſitania. quo tẽpore multi Sertoriani ad Metellum trãsfugiebant, adeò ut exaſpiratus imperator multos barbarica ſæuitia tractaret, ac per hoc odium ſuorũ incurreret. ſed hoc præcipue culpabat exercitus, quod ſemotis à cuſtodia corporis Romanis ſtiparet ſe ſatellitio Celtiberico, malens his quàm illis ſalutẽ cõmittere. nõ enim ferebãt exprobrari ſibi perſidiã, quãuis ſub Po. Ro. hoſte ſtipendia facerẽt: imò hoc moleſtiſsimũ erat, quòd fides ſibi nõ haberetur ab eo, propter quem perfidi exga patriã extiterant: nec putabant æquũ, ſe, qui in officio permanerent, damnari propter trãsfugas. huc accedebant Celtiberorum iniuriæ, qui per hanc occaſionem obijciebant ipſis fidem dubiam. attamen Sertorius nõ eſt omnino deſertus, cùm opus eſſet tali duce militi. nec enim alius fuit illo ſeculo uir uel felicior, uel rei militaris peritior. quapropter Celtiberi ob efficacem induſtriam eum uocabant Annibalem, quem omniũ audaciſsimũ ac uerſutiſsimum imperatorẽ in ijs terris ſe uidiſſe arbitrabãtur. Sic affecto Sertoriano exercitu Metellus crebris excurſionibus abigebat ex hoſtico in pacatum prædas hominũ. Pompeius uero Palantiã obſidens ſuffoſſa mœnia ſubditis ſtipitibus ſuſpenderat, cùm Sertorij ſuperuentu oppugnatio ſoluta eſt: prius tamẽ ſuccenſis mœnibus oppugnatores ad Metellum ſeſe receperunt. Sertoriani reparata mœniũ parte quæ corruerat, hoſtẽ ad Calagurim adepti occiderunt tria milia. & per hæc etiã hic annus in Hiſpania exactus eſt. Sequẽtis initio Romanorum duces iam audaciores contemptim inuaſerunt ciuitates Sertorio ſubditas, & ſatis acciſis eius rebus, elati ſucceſſu pergebant ulterius: nuſquam tamen magno prælio certatũ eſt, ſed continuato uſq; in ſequentem annum bello, denuo maiore contemptu uaſtabatur Sertorij prouincia: qui iam minus propitio numine, multo ad labores remiſsior, plerumq; oblectabat ſe conſuetudine muliercularum & cõmeſſationibus compotationibusq;: quapropter nunquam non uictus è conflictu diſcedebat: factusq; uehementer iracundus ob uarias ſuſpiciones, & in puniẽdo crudeliſsimus, nemini fidebat: adeo ut & Perpenna, qui Lepido ſuperſtes ultro ad eum cũ non modicis copijs acceſſerat, ſibijpſi timẽs conatus ſit illum tollere per inſidias, aſcitis ad hoc decem militibus: quorum aliquot poſt rem detectam affectis ſupplicio, alijs fuga elapſis, Perpenna prẹter ſpem non deprehenſus, ei tanto magis accelerauit exitiũ. cumq; Sertorius nunquam eſſet abſq; ſatellitio, uocatum ad epulas, & unà cum ſtipatoribus iam uino madidum, occidit in triclinio. moxq; miles per iram tumultuabatur contra paricidam, odio Sertorij uerſo in beneuolentiam, ut ſolet ira ſedari poſt interitum eorum qui læſerunt, moleſtia

ſublata, & per miſerationem reuocata deſideratæ uirtutis memoria. huc accedebat & præſentis periculi reputatio, quòd Perpenna tanq̃ priuatus contemnebatur, à ſola uerò Sertorij fortitudine pendere uidebatur exercitus incolumitas. in eo publico Perpennæ odio barbarorum affectus eminebat, Luſitanorum præcipue, quorum maxime opera imperator uſus fuerat. ut uero teſtamento aperto homicidam inter hæredes aſcriptum apparuit, immenſum quantum creuit facinoris inuidia, perpetrati non ſolum in imperatorem, uerùm in amicum etiam bene meritum. nec temperaſſent manibus, ni Perpenna magno ambitu alios muneribus placaſſet, alios pollicitis, quoſdã etiam ſua manu confodiſſet ad terrorem incutiendum cæteris. quin & populos obibat concionabundus, & gratiam captando ſoluebat quotquot Sertorius in uincula coniecerat, dimiſsis & obſidibus Hiſpanorum. quibus beneficijs deliniti parebant quidem ut prætori, & ſucceſſori Sertorij, attamen ne tunc quidem perpacatis animis. nam continuo fiducia confirmata crudelis ſupra modum redditus, occidit tres nobiles uiros qui ex urbe ad eum confugerant, & præter eos fratris filium. Metello autem in diuerſam Hiſpaniæ partem digreſſo, quippe qui iam facile iudicabat Perpennæ Pompeium opponere, per aliquot dies inter hos duos uelitatum eſt, dum uterq; ſuorum uirtutẽ experitur, immotis exercitibus. decima uero die magnum præliũ cõmiſſum eſt. uiſum eſt enim ſemel armis decernere, dum Pompeius Perpennam imperatorem præ ſe cõtemnit. Perpenna ſuos non diu manſuros in officio ratus, conferre ſigna properat. nec mora Pompeius fit ſuperior, ut qui rem habebat cũ uulgari duce ſegniq; exercitu: itaq; nemine reſiſtente Perpenna in turba fugiens in dumetum ſe abdidit, ſuorum metu nõ minus quàm hoſtium. quem deprehenſum quidã equites retraxerunt, etiã à ſuo milite conuicijs impetitum ut homicidã Sertorij, uociferantẽq;, habere ſe multa Pompeio indicanda, ad ſeditiones urbanas pertinentia, ſiue ex animo, ſiue fingentẽ ut ſaluus ad eum perduceret. at ille priuſquam in cõſpectum ueniret, iuſsit occidi hominẽ, ueritus ne nouum aliquid indicans, nouarũ calamitatũ Pop.Ro. initium fieret. id quod admodum prudenter factum magnam ei laudem attulit. atq; ita belli Hiſpanienſis idem qui uitæ Sertorij finis fuit: qui ſi diutius uixiſſet, nec tam cito, nec tam facile bellum hoc confectum fuiſſet. Eodem tempore Capuæ Spartacus genere Thrax, quõdam Romanam militiam ſecutus, tunc uero ex captiuo gladiator, circiter ſeptuaginta eiuſdem conditionis perſuaſit, ut pro ſua potius libertate quàm pro ſpectatorum uoluptate dimicarent: effractaq; cuſtodia, & armis quæ uiatoribus

ribus eripuerat inſtructos, occupauit Veſuuium: ubi multos fugitiuos, quoſdam etiam ingenuos ex agris affluentes ſuſcipiens, latrocinijs infeſtabat circumuicina, præfectis minoribus utens Oenomao Crixoq; gladiatoribus. cumq; ex æquo prædas diuideret, breui magnas cõtraxit copias. Contra quem miſsi, Varinius Glaber primùm, mox P. Valerius, non cum iuſtis exercitibus, ſed obiter repentino collecto milite (adhuc enim po. Ro. latrociniũ hoc non bellum exiſtimabat) parum proſpere pugnauerunt. Varinij equo etiam Spartacus potitus eſt: tantillum abfuit quin prætor à gladiatore caperet. Victor maiore iam concurſu celebrabatur, ita ut præſto haberet uirorum ſeptuaginta milia, arma fabricaret, magnos apparatus faceret. tandem ex Vrbe mittuntur conſules cum duabus legionibus: à quorum altero Crixus ad Garganum cum triginta milibus prælio ſuperatus cecidit, uix tertia exercitus eius parte ſuperſtite. Spartaco per Apenninum ad Alpes & inde porrò in Galliam properãti alter conſul præuento iter præcluſit, tergis hærente altero. ille ſingulos per uices aggreſſus repulit. quibus trepide fugientibus uictor trecẽtos Romani nominis captiuos mactans, parentauit Crixi manibus, & auctus ad C X X M. peditum urbem petebat, cõbuſtis impedimentis ſuperfluis, captiuis ad unum interfectis, iumentis quoq; iugulatis quo expeditior fieret. transfugam uero, cum multi adiungere ei ſe cuperent, admittebat neminem. Conſules iterum illum in Piceno aggreſsi, magno prælio uicti ſunt. mutauit tamen ſententiam petendi Vrbem quod adhuc pœniteret uirium, nec ſatis militariter inſtructum haberet exercitum. nullus enim eos iuuabat populus, ſed fugitiui tantum erant & conuenæ. ergo Thurinos montes ipſumq; oppidum inſedit, edicto nequis negotiator aurum argentúmue in caſtra importaret, néue cui ſuorum hæc habere liceret. ſolũ ferrum & æs emebant carè, & abſtinebant mercatoribus iniuriã. unde multa parata materie bene ſe inſtruxerunt, uacantes interim prędationibus continuis. cum Romanis etiam denuo congreſsi tunc quoq; uictores magnam prædam retulerunt. Iam tertius annus agebatur belli huius terrifici, & in tantam molem aucti à cõtemptis initijs ob autorum eius uilitatem: quo tẽpore uigor ille priſtinus adeò elanguit, ut comitijs prætorijs nemo candidatus prodiret, donec Licinius Craſſus genere diuitijsq; nobilis pręturam ſuſcipere auſus, cum alijs ſex legionibus profectus eſt contra Spartacũ. quibus duas illas conſulares adiunxit, prius ob tot ignominioſas clades decimatas. quàmuis quidam tradãt productis in aciem omnibus legionibus cum male pugnatum eſſet, tum demum decimaſſe. nihil deterritum multitudine

dine,quòd ſic deperirēt fermè IIII M.utrocumq; modo res acta eſt, poſtquam effecit ut magis quàm hoſtis timeretur,confeſtim decem milia ex Spartaci copijs ſeorſum caſtrametata aggreſſus,tantam edidit ſtragem ut tertia modo pars ad ſuum ducē refugerit. quem mox contemptim adortus uicit egregie; & ad mare compulit cogitantem de traiectu in Siciliam: quod ne faceret, uallo foſſaq; opere militari interclusus eſt. Conātem dein erumpere ut Samnium peteret, Craſſus repreſsit,cæſis mane ſex milibus,nec paucioribus ſub ueſperam, tribus tantum è ſuis amiſsis,ſeptem ſaucijs. tanti momenti ad uictoriam fuit recens animaduerſionis memoria. At Spartacus expectās equitatum alicunde affore, non amplius ad certamen deſcendebat totis uiribus, ſed obſeſſores nunc hàc nunc illàc uexabat repentinis eruptionibus, & faſces in foſſam congerendo uallum ſuccendebat, laborem eis reddens difficilem: & medio ſpacio quo ab hoſte dirimebatur, unum è captiuis Romanis ſuſpendit, oſtendens ſuis quid paſſuri eſſent ni uicerint.Quæ poſtquam in urbē fama pertulit, mouerunt indignationē populo,quod tam diu traheretur bellum cum gladiatoribus: moxq; Pōpeius nuper ex Hiſpania reuerſus iuſſus eſt ire ad exercitum: quòd uideretur ſupereſſe haudquaquam contemnendum negotium.At Craſſus ne hoc pacto confecti belli gloria penes Pompeium foret,modis omnibus hoc agebat ut ſine mora cum Spartaco decerneret: qui & ipſe non expectandum Pompeium cenſens,Craſſum inuitabat ad fœdera.quo non impetrato ob indignitatem rei, ſtatuit ſubire pugnæ aleam equitatu iam auctus:perruptisq; munitionibus cum omnibus copijs fugiebat Brundiſiū,Craſſo perſequente.ſed ubi cognouit Lucullum appuliſſe eò,reuerſum à uictoria Mithridatica, deſperans produxit copias etiam tum ualidas in aciem:cumq; acerrimus conflictus eſſet cum deſperatorum tot milibus,Spartacus tragula fœmur ſaucius in genu ſubſedit,obiectoq; clipeo reijciebat impetum hoſtium,donec cum multis ſuorum circumuentus cecidit.tum uero cæteri turbatis ordinibus cædebantur, ut iniri nō poſſet cęſorum numerus. ex Romano exercitu fermè mille deſiderati ſunt. Spartaci cadauer inueniri nequijt. multi in montes diffugerunt ex prælio. nec Craſſus à perſequendo deſtitit. illi diuiſi in quadraginta cateruas repugnabāt,donec omnes deleti ſunt, exceptis ſex milibus:qui in poteſtatem redacti per totam uiam pependerunt qua in Vrbē itur à Capua.His rebus intra ſex mēſes geſtis Craſſus poſthac uiſus eſt Pompeij glorię non cedere:retinuitq; exercitū, ſicut & ille. nam conſulatum petebant ambo, hic prætorius iuxta legem Corneliam, Pompeius uero nec prætorius nec quæſtorius,an-

num

num agens quartum ſupra trigeſimum: ſed tribunis plebis pollicebatur multum de poteſtate priſtina. quin & deſignati iam conſules non dimittebant exercitus, prope urbem ſedendo, ambo cauſas afferentes has: Pompeius aiebat ſe expectare Metellum reuertentem ad triumphum Hiſpanienſem: Craſſus cauſabatur, debere Pompeium prius copias dimittere. tum populus uidens rem ad nouas ſeditiones tendere, ſe à duobus obſideri exercitibus, conſules in foro ſuperiore loco ſedentes rogauit ut redirent in mutuam gratiam. eas preces primùm uterque repulit. deinde cum uates dira prædicerent, niſi conciliarētur conſules, populus rurſum gemebundus & ſupplex eaſdem preces redintegrauit, non immemor malorum quæ Syllæ Marijq; contentiones inuexerant. tum Craſſus prior à peruicacia diſcedens è ſella excendit, collegæ dextram in concordiæ fidem porrigens. qui aſſurgens properauit obuiam: moxq; coniunctas dextras acclamationes uariæ ſecutæ ſunt fauſta comprecantium: nec prius contio dimiſſa eſt, quàm conſules miſsionem amborum exercituum edicerent. atq; ita metu maximę ſeditionis ſatis tranquillè res publica liberata eſt, anno ab obitu Tib. Gracchi fermè ſexageſimo, qui ciuilibus contentionibus initium dederat.

# APPIANI ALE-XANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Ciuilibus Liber II.

SYLLAE dominationem, quæq; poſt eam Serto-
rij Perpennæq; ductu in Hiſpania geſta ſunt, ua-
rij ciuiles motus ſunt ſecuti, uſq; ad bellum ciuile
Pompeianum: cuius exitu Pompeius à Cæſare, Cæ
ſar à ſenatu è medio ſublatus eſt, ut uidere licet ex
hoc ſecundo ciuilium bellorum uolumine. Nam
Pompeius perpurgato longe lateq; mari à piratarum receptaculis,
quorum in omni hominum memoria nunquam tantus fuit nume-
rus, Mithridatem quoq; Ponti regem debellauerat, poſt quam ui-
ctoriam & regnũ eius & alias gentes in oriente deuictas in eam for-
mam redegit, quam ipſi uiſum eſt. quo tempore Cæſar iuuenis erat,
eloquentiæ rebusq; gerendis iuxta idoneus, audax & nihil non ſpe
præcipiẽs, ſupra uires ambitioſus: quippe qui etiamtũ ædilis & præ-
tor ingens æs alienum contraxit captandis auris popularibus, profu
ſiſsimo cuiq; maximè aſpirare ſolitis. Catilina quoq; celebrabatur
loco natus honeſtiſsimo, ſed parum ſanę mẽtis, & infamis ſuſpicio-
ne paricidij, quaſi amore captus Aureliæ Oreſtillæ filium ſuũ ſuſtu-
liſſet, quod illa grauaret̃ niſi orbo nubere: amicus Syllæ, factionisq;
illius ſtudioſiſsimus. qui poſtquã profuſionibus ambitioſis ad pau-
periem redactus eſt, nihilominus gratioſus apud potentiores tum
uiros tum fœminas, inter cæteros candidatos conſulatum petijt, ui-
am ſibi muniturus ad tyrannidem. qua ſpe fruſtratus eſt, quippe iam
ſuſpectus, ut affectans non ferendam in libera ciuitate potentiam.
conſulatum uero illo repulſam paſſo, Cicero eſt aſſecutus, uir facun
diſsimus ac eloquentiſsimus. in eum Catilina, irridens ſuffragia po-
puli, cauillabatur ut nouum hominẽ: (ſic enim uocare ſolẽt eos qui
nõ maiorum gloria ſed ſuapte uirtute inclaruerunt.) & quia in Vr-
be natus non erat, inquilinum appellabat: quo nomine uocãtur qui
alienas ędes incolunt. ipſe uero poſthac abſtinuit à reip. tractatione,
ratus eam multum habere contentionis ac inuidiæ, nec multum ta-
men conferre ad tyrannidem. nihilominus magnã uim pecunię cor
rogabat à pleriſq; ex eo genere muliercularum, quæ maritos pertæ
ſæ ſperabant rebus nouatis illorum interitum: coniurauitq; cum ali-

quot

quot ſenatoribus & equitibus Romanis, cõſcijs etiã plebeijs, ſeruis, peregrinisq; hominibus: ſed præcipua Cornelij, Lentuli, Cethegiq; opera uſus eſt, qui tum prætores erant in Vrbe. Per Italiam quoq; di miſit certos homines ad ſolicitandum eos qui Syllanis temporibus male quæſita peius iam profuderunt, talium lucrorum etiamtum cu pidi, C. Manlium Feſulas, alios itẽ in Picenum & Apuliam, qui clàm colligerent militem. hos occultos apparatus prima omnium indicauit Ciceroni Fuluia, non ignobilis fœmina: cuius amator Q. Curius, unus è coniuratis, ob uitam probroſam ſenatu motus: iactauerat apud amicam, breui fore ut ſe præpotentem uideat. Iamq; rumor creſcebat de conatibus etiam eorũ qui circum populos Italiæ miſsi fuerant, cum conſul in Vrbe prĉſidia diſpoſuit, & non paucos illuſtres uiros ad loca ſuſpecta miſit. At Catilina quàmuis nemo auderet ei manus inijcere, nondũ re ſatis detecta, ueritus tamẽ ne cum mora ſuſpicio creſceret, & in celeritate ſpem collocãs, præmiſsis Feſulas pecunijs, mãdauit coniuratis Ciceronem occidere, Vrbem eadem nocte diuerſis locis incendere: moxq; ad C. Manlium profectus eſt, ut contracta noua manu hominum perditorum incenſam Vrbem inuaderet: quod iter prælatis faſcibus ſecuribusq; fecit tanquam proconſul, interim quacumq; ibat militem colligẽs. Lentulus uero partitis inter coniuratos operis conſtituit ut quamprimum cognouiſſent Catilinam perueniſſe Feſulas, ipſe cum Cethego ſicis ſub ueſte armati fores Ciceronis ſummo mane peterent, & propter dignitatẽ facile admiſsi prætextu ſecretioris colloquij longius ſeductum confoderent. L. Sextius contione per præcones aduocata Ciceronem accuſaret, quod homo natura timidus & turbulentus, ciuitatem turbaret temere. nocte ſequenti alia coniuratorum manus duodecim excitaret incendia, miſceretq; omnia rapinis, & optimi cuiuſq; ciuis cædibus. Hĉc erant Lentuli, Cethegi, Statilij, Caſsijq;, eius coniurationis principum conſilia: occaſionem ſolam expectantium. Interea legati Allobrogum qui magiſtratus ſuos accuſatum uenerant, in eandem coniurationem pellecti ſunt, ut Gallos concitarent contra rempublicam. cum ijs Lentulus ad Catilinam miſit Vulturtium Crotonenſem non ſine literis, ſed nullo inſcriptis titulo. Allobroges ancipites conſilij, rem cum Fabio Sanga cõmunicant ſuæ ciuitatis patrono: qui mos eſt prouincialium, ut ſuum quæq; natio patronum in Vrbe habeat. Huius Sangæ indicio monitus Cicero legatos curauit in reditu comprehendendos unà cum Vulturtio, moxq; in ſenatum introduxit. qui faſsi quicquid Lentulo erant conſcij, palàm arguebant, ex eo ſæpe auditum, fato deberi Vrbis imperiũ tribus Cornelijs

nelijs

nelijs, ex quibus iam Cinnam Syllamq́; fuiſſe. tum Senatus Lentulo
magiſtratum ademit, Conſul coniuratis in ædes prætorum datis in
cuſtodiam mox reuerſus, rogabat de eis ſententias. interea magnus
tumultus erat ante curiam nondum re ſatis cognita, & conſciorum
magna trepidatio. nam Lentuli & Cethegi ſerui libertiq́; aſſumpta
magna manu opificum, conati ſunt per poſticum in prętorum ædes
irrumpere, & ui dominos eripere. quo cognito Cicero procurrit è
curia, diſpoſitisq́; præſidijs reuerſus urgebat ſententias. Sillanus cō-
ſul deſignatus primus rogatus eſt, ex more, opinor ideo, quod decre
torū ſenatus executio ad eius loci ſenatores plerunq; pertineat, quo
circumſpectiora cautioraq́; par eſt eſſe eorum conſilia. is cenſuit ex-
tremam pœnam de coniuratis ſumēdam, multis alijs aſſentientibus,
donec Nero ſuo loco pro ſententia dixit, aſſeruandos in cuſtodia
tantiſper, dum Catilina debellaretur, & negotium totum exquiſite
pernoſceretur. idem & C. Cæſari uiſum, ſuſpecto non nihil, quaſi
& ipſe conſiliorum talium particeps, aut certe non ignarus fuerit,
nec tamen à conſule nominatus, quippe qui non auderet hominem
apud plebem gratioſiſsimum in periculum adducere. addidit ad ſen
tentiam, diſtribuendos reos pèr oppida Italica Ciceronis arbitrio, &
finito bello ſiſtendos in iudicium, nec indicta cauſa durius conſulen
dum in homines nobiles. quod quia uidebatur æquum, multi tranſi
bant in eam ſententiam: donec Cato iam manifeſte in ſuſpicionem
uocans Cæſarem, conſulq́; timens noctē futuram, ne multitudo con
iurationis conſcia, quæ tum in foro incerta conſilij uerſabatur, ſibi
quoq; metuens auderet aliquid nefarium: perſuaſerunt ut tanquam
in facinore deprehenſi indicta cauſa damnarent̃. ac mox priuſquam
ſenatus dimitteretur, ſingulos eorum Cicero è domibus in carcerē
deductos, ignorante plebe in conſpectu ſuo iuſsit necari: deinde in
forum progreſſus eos uixiſſe ſignificauit. ita multitudo metu diſper
ſa eſt, dum quiſq; euaſiſſe contentus eſt, latere ſe exiſtimans: & ciui-
tas reſpirauit ea die liberata ingenti ſolicitudine. Iam Catilina ad ui-
ginti milia circa ſe habebat, quorū quartam partem armauerat. eum
in Galliam iter facientem ut apparatum ſuum abſolueret, Antonius
alter conſul ad Alpes aſſecutus, haud magno labore uicit: ut qui rem
prauo conſilio cæptam, tum quoq; imparatus & nullo conſilio ge-
rere coactus eſt. Attamē nec ipſe Catilina, nec quiſquā ex nobilibus
qui tū aderant, fugere dignatus eſt, ſed in medios hoſtes ſe inijciētes
occubuerunt. Hic fuit periculoſiſsimæ coniurationis unà cum auto
re ſuo depulſæ à reipublicæ ſalute exitus: qui Ciceronem eatenus ſo-
la eloquentia clarum, etiam rebus celebrem fecit, ut haud dubie tum
ſeruator

ſeruator patriæ ſit habitus: quamobrem etiam gratię ſunt ei actę publicè: & autore Catone poſt uarias acclamationes populi PATER PATRIAE conſalutatus eſt. cuius appellationis honor ut tum ante omnes ſuo merito ei contigit, ita nunc imperatoribus duntaxat dignis ſolet tribui. nam ne his quidem quanquam regiam poteſtatem adeptis ſtatim cum cæteris cognominibus hoc quoq; additur, ſed uix tandem ut abſolutæ uirtutis teſtimonium publico decreto conceditur. Cæſar uero prouinciam ſortitus Hiſpaniam, retinebatur à creditoribus, quibus ſoluendo non erat, exhauſtus ambitioſis ſumptibus: quo tempore uox eius excepta eſt, opus eſſe ſibi bis millies & quingenties centenis milibus ut nihil habeat. utcunq; cum ijs tranſegit, prouinciam ingreſſus, non conuentus obire, non ius reddere, parum apta hæc ratus ſuo propoſito: ſed coactis copijs per partes aggrediebatur reliquos Hiſpanos, donec uniuerſam eorum terram populo Ro. fecit tributariam. itaq; magna ui pecunię miſſa in ærarium, triumphū à ſenatu impetrauit. iamq; apparatus futuræ pompæ ſplendidiſsimos faciebat in ſuburbijs, cùm comitiorum conſularium dies aduenit, & oportebat cādidatos adeſſe. nec fas erat ſemel Vrbem ſine pompa ingreſſum, iterum cū triumpho reuerti. ille uero iam dudum eius magiſtratus pcupidus, necdum etiā ad triumphandum ſatis inſtructus, per nuncios rogauit ſenatum, ut permitteret abſenti per amicos conſulatum petere: quod etiamſi legibus uetitum, iudultum tamen ſciebat alijs. cæterū cum iam ultima dies adeſſet qua competitores profiteri nomina oportebat, Catone petitioni eius multū diuq; contradicente, ſuperuenit Cæſar cōtempto triumpho, & profeſsione facta expectabat comitia. Interea Pompeius rebus cōtra Mithridatē geſtis clarus ac præpotens, poſtulabat à ſanatu ut multa quę regibus, dynaſtis, & ciuitatibus conceſſerat, patres rata haberent. multis obſtantibus præ inuidia: præſertim Lucullo, qui prouincia decedens debilitato iam rege, bellum hoc facile ſucceſſori ipſi Pompeio tradiderat, iactans ſuam eſſe uictoriam, Craſſo quoq; in ſuum fauorem pertracto. quod indigne ferens ille Cæſarem adiungit ſibi ſocium, operam ſe daturum iureiurando pollicitus, ut cōnſul fieret, ac mox per Cæſarem Craſſus ei conciliatus eſt. ita hi tres potētiſsimi uiri operas præſtabant mutuas, quam conſpiratione̅ Varro hiſtoricus uno libro complexus, inſcripſit Tricipitinam. At ſenatus ſuſpectam habens eorum potentiam, L. Bibulum collegam Cæſari & aduerſarium addidit: moxq́; inter eos orta eſt cōtentio, ut uterq; armis ſe contra alterum inſtrueret. Sed Cæſar ſimulandi egregius artifex, in ſenatu orationem habuit ad Bibulum de concordia, quaſi cauens

nequod

ne quod ex collegarum diſſentione reſp. accipiat incõmodum.cũq;
ſerio paci ſtudere uideretur, incauto nec præmuniente ſe altero, ut
qui nil ſuſpicaretur amplius, repente magna manu comparata & ro
gationes fecit in ſenatu in fauorem pauperũ, & agros eis diſtribuit.
& agrum Campanũ longe fertiliſsimũ ex publico dilargitus eſt tri-
um liberorum patribus,hac mercede gratiam plebis ſibi comparãs.
uiginti enim milia extiterunt huius ſolum generis . cumq́; multi ob
ſiſterent quo minus leges ſuas perficeret, proripuit ſe è curia quaſi
non ferens eorum iniquitatem, nec poſthac reliquo anni tempore
ſenatum habuit: tantum pro roſtris concionabundus, Pompeium
Craſſumq́; præſentes rogitabat ecquid leges placerẽt: quibus appro
bantibus plebs ſub ueſte ſicis armata uocabatur ad ſuffragia . patres
uero (nec enim licebat eos in ſenatum coire niſi autore utroq; con-
ſule) in ædibus Bibuli cœtus facientes,nihil quidem proficiebãt ad-
uerſus uim & apparatũ Cæſaris:animabant tamen eũ ut legibus col-
legæ contradiceret,quo aliena potius improbitate uictus uideri poſ-
ſet quàm ſua negligentia.irrupit ille in forum concionãte etiam tum
Cæſare: ortoq; per altercationem tumultu ad manus uentum eſt: &
ſicarij fregerunt faſces Bibuli,tribunis quoq; aliquot qui pro eo ſta-
bant uulneratis.nec tamen quicquam territus nudatum prębebat iu
gulum,clamore Cæſarianos ad necem inuitans. Si non poſſum, in-
quit, collegæ perſuadere quæ iuſta ſunt, certe morte mea ſceleſtum
ac inuidioſum fecero . ſubduxerunt tamen inuitum amici in fanum
Iouis Statoris foro proximum.tum Cato accerſitus,ut erat robuſtus
protruſis obſtãtibus per turbam euaſit in locum ſuperiorẽ,cœpitq́;
concionari,ſed à Cęſarianis raptus è foro eſt : nihilominus clàm per
aliam uiam recurrens in roſtra , omiſſa concionatione aſpere tãtum
clamabat in Cæſarem , donec iterum exturbatus eſt, & conſul leges
ſuas pertulit: iuratis in eas plebeijs,à patribus quoq; idem iuſiuran-
dum exigens.quod cum non pauci autore Catone recuſarent, Cæſar
rogationem tulit ad populũ,ut capitalis eſſet qui nõ iuraret, idq́; po
pulus ſciuit:moxq́; omnes præ metu iurarunt , & in his tribuni ple-
bis fruſtra reclamaturi lege iam confirmata ab alijs . interea Vetius
quidam è plebe procurrit in medium, ſtrictum cultrum oſtentans,
dicensq́; ſe ſubmiſſum à Bibulo,Cicerone,atq; Catone, ut Cæſarem
unà cum Pompeio confoderet: eumq́; cultrum ſibi datum à Poſtu-
mio lictore Bibuli.Hoc facto,quamuis ambiguæ ſuſpicionis, Cæſar
uſus eſt ad exaſperandam multitudinem , inquiſitione dilata in cra-
ſtinum: ſed Vetius in carcere ſequenti nocte necatus eſt. cumq́; hic
caſus interpretaretur uarie , Cæſar hanc quoq; culpam reijciebat in
quoſdam

quoſdã conſcientia timidos, donec effecit ut populus ei permitteret ab iniurijs inſidiatorum ſe defendere. Tum uero Bibulus in uniuerſum omiſſa reip. tractatione, tanquam priuatus domi ſe cõtinuit, reliquo ſui conſulatus tempore. At collega iam ſolus moderationem rerum obtinens, non amplius inquirebat de Vetio, uerſus ad alias leges ferendas in plebis gratiam: ſimulq; acta Pompeij rata habuit omnia, ut pollicitus fuerat. eodem tempore equeſtris ordo inter ampliſſimum & plebeium medius, potens tam proprijs diuitijs, quàm quęſtu ex uectigalibus publicis, quæ redimere à populo ſolitus eum colebat maxime, remitti ſibi partem aliquam onerum à ſenatu petijt. Patribus uero cunctantibus Cæſar nihil eos moratus, ſoloq; conſenſu plebis uſus, remiſit eis partem tertiam ex locationum pretio. quapropter equites ſupra poſtulata nacti inſperatam gratiam, in cælum ferebãt autorem eius. unde robuſtior etiam quàm antè ex plebe, manus propugnatorum acceſsit dignitati Cæſaris, ob inſtitutum hoc unicum. quam gratiam ille auxit edendis quoq; ſpectaculis & uenationibus, ſupra opes undiq; æs alienum contrahens, & ſeipſum uincens apparatus magnificentia profuſiſq; largitionibus: quibus effecit ut citerior ulteriorq; Gallia ſibi prouincia decerneretur in quinquennium, & legiones quatuor. deinde ſatis intelligens, & ab Vrbe diutius ſe abfore, & gratia maiorem eſſe inuidiam, Pompeio collocauit filiam, quamuis iam ante concordi, ueritus amici etiam liuorem propter ſucceſſus nimios. præterea ſuæ factionis audaciſsimos conſules deſignauit in annum proximum, A. Gabinium ex intimis amicis, & L. Piſonem ſocerum nuper affinitate coniunctum: Catone uociferante, imperia parari nuptiarũ lenocinijs. Tribunus uero plebis Vatinium & Clodium Pulcrum, infamem quaſi in Bonę deę ſacris, quæ mulierum erant propria, pudicitiam uxoris ipſius Cæſaris attrectaſſet, quod flagitium Cæſar diſsimulauit in homine apud plebem gratioſo, quamuis repudiata coniuge: alij uerò diem dixerunt ut ſacrorum uiolatori, Cicerone accuſationem peragente: quo maxime tempore Cæſar teſtis citatus nihil prodidit, imò & tribunatum pl. ei curauit in Ciceronis odium, ſoliti conſpirationem trium uirorum criminari, ut periculoſam libertati publicæ. tanto plus commoditas quàm offenſio poterat: ut non grauatim inimicorum alteri noxam remitteret, modo ulciſceretur iniuriã illatam ſibi ab altero. uidetur tamẽ Clodius prior gratiã retuliſſe Cæſari, adiuto in petitione Galliæ prouinciæ. Hæc fuerunt acta Cæſaris conſulis, qui mox depoſito magiſtratu, in Galliam procõſul profectus eſt. In Vrbe uero Clodius Ciceroni diem dixit, quòd contra leges publicas indemnatos ſuſtuliſſet

ſtuliſſet Cethegum & Lentulum. Is quàm magno animo egregium illud facinus peregerat, tam abiecto tulit intentari ſibi iudicium, ſordidatus pullatusq́; obuios ſuppliciter in auxilium ſolicitans, non ueritus ignotis quoq; hac de cauſa negotium faceſſere, adeò nullo reſpectu decori, ut dum miſerabilis uideri uult, ridiculus fieret. eò timiditatis in propria cauſa prolapſus eſt; qui per omnē uitam in alienis ſumma cum laude uerſatus fuerat: id quod & Athenis Demoſtheni accidiſſe fertur, ut qui alios reos fortiter tutatus fuerat, ipſe reus profugere, quàm in iudicio de ſalute certare maluerit. cùm enim Clodius preces etiam eius contumelioſe per uias interrumperet, rebus omnino deſperatis, ſponte decreuit ſolum uertere, amicorum turba proſequente, cōmendatum publice quoq; datis à ſenatu ad reges reguloſq; literis. tū Clodius ædes eius uillasq́; diruit inſuper: quo facto in tātum ſibi placebat, ut parem ſe putaret Pompeio, tunc in Vrbe potentiſsimo. quamobrem ille Milonem eius collegam, ſed audaciore ingenio uirum, ſpe cōſulatus propoſita aſciuit ſibi contra Clodium, iuſſum aperire plebiſcito Ciceroni reditum, ratus illum reuerſum non amplius uerba facturum de præſenti reip. ſtatu, memorem beneficij recentis, & paratum aduerſarium Clodio. atq; ita exul opera Pompeij, eiuſdem fauore in patriam reſtitutus eſt, menſe fermè ſextodecimo poſtquam diſceſſerat, ædibus quoq; uillisq́; inſtauratis ſumptu publico. redeuntē ad portas exceperūt tot gratulatorū officia, ut uix integer dies ſufficeret, quemadmodū olim Demoſthenes ab exilio reuertens exceptus eſt. Interea Cęſar rebus in Gallia Britanniaq; geſtis clariſsimus, quas in rebus Gallicis diximus, iam diuitijs differtus uenit in ciſalpinam Galliam, ut poſt continua bella exercitus aliquantiſper quieſceret: unde cùm multis in Vrbem multas miſiſſet pecunias, & annui Po. Ro. magiſtratus ad ſalutandum occurrerūt, & alij prouincijs aut exercitibus præpoſiti, ut aliquādo c x x. faſces circa eum ſpectarentur: ſenatores uero plures ducētis, pars referentes gratiam, pars pecuniā ſibi ab illo quærētes, aut aliud huiuſmodi beneficiū. Iam enim unus omnia poterat, ſubnixus tātis copijs pecunijsq́;, & alioqui ad bene merendū promptiſsimus. inter cæteros ſalutatores fuerunt Pompeius & Craſſus potētiæ ſocij. ibi in cōmune conſultantibus placuit hos duos rurſum creari conſules, Cæſari imperiū prorogari in aliud quinquenniū. atq; ita digreſsi ſunt. Pompeio uero cōpetitor extitit Domitius Aenobarbus: & ubi dies præſtituta adfuit, ambo ante lucem in campum deſcenderunt ad comitia, exortaq́; altercatione ad manus uētum eſt. in ea rixa is qui Domitio facem præferebat percuſſus eſt gladio, tātaq́; mox circa ipſum

fuga

fuga fuit, ut ægrè ſe domum reciperet, Pompeij quoq; ueſte cruenta domũ remiſſa. tam propinquus fuit uterq; periculo. Noui conſules Craſſus & Pompeius iuxta pollicita Cæſari decreuerunt aliud quinquennium, ipſi prouincias cum exercitibus ſortiti ſunt: Pompeius Hiſpaniam & Africam, quas per amicos rexit ipſe manens in Vrbe: Craſſus Syriam & regiones ei finitimas, bellum Parthicum cogitãs ut facile, nec minus glorioſum quàm utile. ſed huic Vrbem egrediẽti multa mala obuenerunt omina, interdicẽtibus & tribunis plebis ne Parthis bellum inferret nulla laceſſitus iniuria. qua re cum ille nihil moueretur, publicis execrationibus eum diris deuouerunt. quibus omnibus contemptis perijt in Parthico ſolo, unà cum exercitu & eiuſdem nominis filio. nam ex centũ milibus uix decem milia refugerunt in Syriam. uerùm hæc Craſſi clades dicetur in rebus Parthicis. At populus Romanus fame preſſus Pompeium annonæ præfecit, eiq; ſicut prius in bello Piratico uiginti ex ſenatu miniſtros addidit: quibus ille circa prouincias dimiſſis breui Vrbem repleuit omnigenis copijs rerũ ad uictum pertinentiũ: & hinc quoq; auctus eſt, tam gloria quàm potentia. eodem tẽpore & Iulia prægnans ex Pompeio morit, unde metus omnes inuaſit, fore ut ſublata affinitate Cæſar & Pompeius mox inter ſe conflictarẽtur totis exercitibus, quod iamdudum turbatæ eſſent rationes reipublicæ. nam & magiſtratus per factiones largitionéſue, improbis ſtudijs, interdum ſaxis etiam gladijsq; acquirebant, & largitiones nullo pudore cohibẽte frequẽtabãtur, & populus uenales in comitijs præbebat operas. deniq; inuentus eſt qui DCCC. talenta per ambitionẽ apud ſequeſtros deponeret. pręterea ſingulorum annorũ conſulibus nulla ſpe relicta bellandi aut ductandi exercitũ, quòd excluderẽtur triumuirorũ potentia: qui deteriores erant lucra captabant ex pecunia publica, aut ſucceſſorum ſuorũ deſignationibus. boni uero his de cauſis in uniuerſum à magiſtratibus abſtinebant, ut ſtatu tam perturbato reſpublica per octo menſes aliquando magiſtratu caruerit, Pompeio ad omnia conniuente de induſtria, ut dictatore opus haberent: quod iam paſſim audiebatur in circulis, non aliud ſupereſſe præſentibus malis remedium, quàm ſi refugiatur ad unius boni atq; potentis uiri principatum. quibus uerbis ſubindicabatur ipſe Pompeius, quòd cum imperio præeſſet amplis copijs, & uideretur amator plebis ac ſenatus cultor, tẽperatus & prudens, comitate quoq; ſeu uera ſeu ficta amabilis. hanc ille ciuium de ſe expectationem uerbis quidem auerſabatur indignanti ſimilis, re autem clàm agebat modis omnibus, nihil obſiſtens quo minus reſp. turbaretur carens rectoribus: quin & Mi-

lonis opera Clodiũ depreſſerat, & ſummo applauſu populi Ciceronem reduxerat, quo minus conſulatũ tribunus etiam tum peteret remorabatur: donec Milo ipſe ęgrè ferens eius erga ſe quoq; perfidiã, profectus eſt in patriam ſuã Lauiniũ: quam Aeneas fertur poſt expugnatum Ilium primã condidiſſe in Italia, diſsitam ab Vrbe ad decimumnonũ lapidem. fortè tum Clodius è uilla in urbem equo uehebatur: cumq; circa Bouillas ſibi occurriſſent, parum amico uultu ſe præterierũt: cæterum Milonis famulus inuaſit Clodium, ſiue iuſſus, ſiue ut inimicum domini tolleret, eiq; gladio uulnus inflixit in occiput. quem cruentũ curator equi ſeruus detulit in proximũ diuerſorium. quò mox accurrẽs Milo cum ſuis, incertũ ſpirantem adhuc an exanimem, confecit, præ ſe ferens quaſi ſe nec iubente nec uolente cædes patrata eſſet: nolens tamen facinus imperfectum relinquere, ob quod ſciebat ſibi ſubeũdum periculũ. huius caſus rumore plebs attonita in foro pernoctauit. poſtquàm illuxit, corpus defuncti pro roſtris eſt poſitum, quod mox aliquot trib. pl. amici eius adiuuante forenſi multitudine tranſtulerunt in curiã, ſiue in honorẽ uiri ſenatorij, ſiue in ſenatus ipſius contumeliã, qui cõniueret ad talia. ibi aliquot petulantiores congeſtis ſubſellijs rogum extruxerunt, ignemq; ſubiecerũt, quo unà cum cadauere conflagrauit curia, cum aliquot contiguis priuatis ædibus. Miloni porrò tantum audaciæ ſupererat, ut nõ tam cædis pœnam metueret, quàm indignaretur talem honorem haberi Clodij cadaueri. adiũctis igitur ad domeſticorũ manum ruſticis, & largitionibus plebe conciliata, ſimulq; tribuno M. Cecilio, uaſto animo in Vrbem reuerſus eſt: quẽ mox de uia Cecilius in forum pertraxit cauſam dictũrũ apud eos quos corruperat, tãquam apud concionem legitimam: ſimulans quidem ſe per iram nolle dilationem concedere, ſed reuera ſperãs, ſi reus præſens periculum euaderet, non ſubiturum ſęuerius iudiciũ. Milo præfatus inconſulto patratum hoc facinus, alioqui non aggreſſurũ fuiſſe id, impeditum comitatu uxorio. reliquum tẽpus abſumpſit inuehẽdo in Clodium, ut hominem audaciæ perditæ, perditorũ item antiſtitem, qui unà cum ipſo cõcremarint etiã curiam. quo adhuc cõcionãte reliqui trib. pl. & incorrupta pars ciuiũ armati forũ irrupere. tum Cecilius & Milo ſeruili habitu elapſi aufugerunt. nihilominus aliorum magna ſtrages eſt edita, dum non iam Milonis amici requiruntur, ſed paſsim ſęuitur in ciues ac exteros, ut quiſq; in manus uenerat, præſertim inſigniores ueſtitu aureisq; anulis. ſublata enim omni reip. forma indulgebatur iræ per tumultus occaſionem: & quia pleriq; ſeruilis conditionis arma aduerſus inermes corripuerãt, ad rapinas uerſi licentiſſimè

ſimè per domos diſcurrebant,ſcrutātes re uera quicquid eſſet aſpor tatu facile, ſed prætextu quærendi amicos Milonis. qua occaſione per aliquot dies,igni, ſaxis, uarijs facinoribus ſæuitum eſt. Senatus uero in curiam metu excitus,in Pompeium intentus erat,quaſi iam-iam dictatorem futurũ, quod remediũ res ipſa poſtulare uidebatur. id Cato diſſuadens traduxit Patres in ſuam ſententiã, ut eum conſu-lem abſq; collega facerent: ut poteſtatem quidem dictatoriã haberet ſolus res moderans, rationi tamen reddendæ eſſet obnoxius more ueterũ.hic primus conſulum ſolus creatus, cum duas maximas pro-uincias & exercitũ ac pecunias haberet, principatũ in Vrbe tenuit, Catonis quoq; ſuffragio, ne ille impediret profectionẽ in Cyprum, cuius regnum in prouinciam redigendum erat lege Clodia: quòd Ptolemæus inſulæ rex Clodio quondã à piratis capto in redemptio-nem duo tantũ talenta præ auaritia contulerat. Itaq; Cato ordinauit res Cyprias,cum iam rex pecuniã proieciſſet in mare,ſibiq; ipſe ma-nus intuliſſet, quàm primũ decretum S.P.Q.R. cognouerat. Pom-peius uero iudicia propoſuit, cũ de alijs criminibus, tum præcipue de munerum corruptelis ac largitionibus. uidebatur enim ei ex hoc ceu fonte naſci mala publica, & proinde hoc curato ſecuturã ſanita-tem celerem:tulitq́; legem ut ex eo tempore quo ipſe primũ Cos.fue rat,uſq; in pręſentẽ conſulatũ,liceret ab his qui magiſtratus geſſerũt rationem actorum expeti. erat autẽ id tempus annorũ penè uiginti, quod & Cæſaris conſulatũ cõplectebatur. id factum quia Cæſariani interpretabãtur in patroni ſui ſugillationẽ ac contumeliã, dum tam longe repetuntur elapſa tempora: & hortabantur ut pręſentibus in-commodis potius mederetur,quàm ob præterita moleſtus eſſet tot haud contemnendis uiris, in quibus nominabant & Cæſarem: ille grauiter tulit mentionẽ eius fieri,quaſi extra omnem ſuſpicionẽ po-ſiti,tempus tamen contraxit à ſecundo ſuo conſulatu incipiens.mul-tum enim id referre aiebat ad accuratam correctionẽ attritæ tot ma lis reipublicæ. his dictis legem ſanxit, moxq́; ſecutæ ſunt lites uariæ: & ut liberi à metu eſſent iudices, ipſe præerat oppoſita manu militũ. Primi omnium abſentes damnati ſunt, Milo homicidij, Gabinius iu ris humani diuiniq; uiolati,quòd abſq; S. C. Aegyptũ intraſſet cum exercitu contra Sibyllina monita.Hypſæus uero,Memmius,Sextius cum alijs pleriſq;,ambitus.Pro Scauro plebem deprecantẽ Pompei-us per præconem admonuit, expectarent ſententiã iudicum.cumq; nihilominus obſtreperent accuſatoribus, milites Pompeiani impe-tu facto cõfoderunt aliquot. ita ſilentio reddito Scaurus damnatus in exiliũ miſſus: Gabinius bonis mulctatus eſt inſuper. Senatus col-

laudato Pompeio duas alias legiones addidit, & in prouincijs proro
gauit imperium. Memmius uero unus ex damnatis ambitus, quia lex
Pompeia impunitatem concedebat indicanti alterũ, ſocerum ipſius
Pompei L. Scipionem in ius uocauit, reum pariter ambitus. quo fa-
ćto cũ Pompeius ueſtẽ mutaſſet, multi iudices id imitati ſunt. Mem-
mius queſtus de ſtatu reip. accuſationẽ omiſit. Tum Pompeius qua-
ſi iam officio dictatorio perfunctus, Scipionem in reliquũ anni cõ-
ſulatus collegam aſſumpſit. nihilominus etiam ſucceſſorum conſu-
latu proſpiciebat rebus gerendis obtinens eandem potentiam: & u-
nus in Vrbe adminiſtrabat omnia. fauor enim ſenatus erat in illum
propenſiſsimus, etiam eò ut Cęſarem ureret, qui in ſuo conſulatu or
dini ampliſsimo nihil cõmodauerat: contrà Pompeius languentem
remp. cito reſtituerat, nemini ſenatorũ niſi ex magiſtratu moleſtus.
cæterum exules cõcurrentes ad Cæſarem, monebant caueret à lege
Pompeia, quæ ipſum maxime peteret. qui calamitatẽ eorum ſolatus,
Pompeium quidẽ laudabat. uerùm tribunus plebis autor fuit ut ro-
gationem ferrent, licere Cæſari abſenti ſecundum conſulatum pete-
re: quæ ipſo Pompeio etiam tum conſule non contradicente rata fu
it. At Cæſar ſenatum ſibi aduerſum cogitans, timensq́; ne in priua-
torum ciuiũ ordinẽ redactus inimicis obnoxius fieret, omnibus arti
bus hoc agebat ut exercitum retineret, donec ipſe conſul deſignare-
tur: petijtq́; à ſenatu ut parumper etiam imperium prorogaretur ſibi
ſaltem in citeriore prouincia, ſi non poſſet obtineri in utraq;. Sed
uetante Marcello qui Pompeio ſucceſſerat, Cæſar renunciãti hoc re-
ſpondit: Hic IMPETRABIT, admota manu ad gladij capulum. de-
inde Nouumcomum cõdidit ſub alpibus, donauitq; iure Latij, hoc
eſt, ut qui annuum magiſtratũ ibi geſsiſſet, haberet in Vrbe ius ciuiũ.
ex horum Nouocomenſium numero quendã magiſtratu apud ſuos
defunctũ, & ob id ciuem Romanum habitum, Marcellus in Cæſaris
contumeliam uirgis cęcidit: quæ pœna ciui Romano quantũuis ſon
ti haud unquam infligitur. Sic ille mentẽ ſuã iratus aperuit, atq; pro
externo tractatum ire iuſsit, & notas oſtendere Cæſari. tanta fuit ho-
minis ſuperbia. iamq́; & de ſucceſſoribus ei mittendis agebat, non
expectato exitu præfiniti tẽporis. Sed Pompeius obſtitit, uel quòd
ita deceret, uel beneuolẽtiam ſimulans: ne uir illuſtris & optime de
patria meritus, ob tam exiguum tẽporis ſpatium acciperet iniuriam:
iamq; non obſcurum erat, fore ut ad pręfinitum terminum ille redi-
ret in priuatorum ordinem. quamobrem infenſiſsimi Cæſari conſu
les deſignati ſunt in annum proximũ, Aemilius Paulus & Claudius
Marcellus, ex fratre nepos iam dicti Marcelli: tribunatus plebis Cu-
rioni

rioni datus eſt,huic quoq; uehementer aduerſo Cæſari, & apud ple bem gratioſiſsimo, ſimulq; eloquẽtiſsimo. ex his Claudius nũquam potuit largitionibus traduci in partes Cæſaris: Paulus M D. talentis hactenus flexus eſt ut nõ aduerſaretur: Curio quòd ære alieno premeretur,aliquãto maiore mercede inductus eſt ut faueret etiam. Et Paulus quidem ex hac pecunia baſilicam,quæ hodieq; Pauli dicitur, dedicauit, opus inter urbana pulcherrimũ. Curio uero, quo minus appareret cũ repẽte deſciuiſſe ad partes aduerſas,rogationes de muniendis ſternẽdisq; uijs intulit, ſibi hanc præfecturã petens in quinquennium,certus nihil harum rerum ſe impetraturum:ſed occaſionem captans, ut cõtradicẽtibus Pompeianis offenſus uideri poſſet. qua in re nõ eum fefellit opinio. Claudius uero agebat de mittendis Cæſari ſucceſſoribus:iam enim tẽpus aderat:Paulus ſilebat interim: Curio qui neutrarum partium uidebatur,laudabat Claudij ſententiam: ſed addens oportere Pompeiũ quoq; tam prouincias quàm exercitus miſſos facere. ſic enim liberam fore omni metu ſublato rem publicam. ſed multis iniquum id cenſentibus,quòd nondum exiſſet tempus Pompeij,Curio iam aperte uociferabatur, negans ſucceſſores mitti debere in prouincias Cęſaris,ni Pompeius pariter imperio ſuo decederet. cũ enim uterq; ſit ſuſpectus alteri, nunquam ciuitatẽ pacatam fore,niſi ambobus poteſtas obrogetur.hęc autẽ dicebat ſciens Pompeium retenturũ prouincias & exercitũ,à quo plebs offenſa iam erat nonnihil propter iudicia de largitionibus & ambitu.quę ſententia quoniã honeſta erat, plebs laudabat Curionem, qui ſolus pro tuenda dignitate publica non refugeret amborum inimicitias: quin & domũ aliquando deduxit ſpargens floribus,tanquam athletam magni ac difficilis certaminis. nihil enim tunc uidebatur formidabilius quàm diſsidere à Pompeio, qui tũ abſens & languidus pererrans Italiam,aſtute ſcripſit ſenatui, honorificam mentionem faciens rerum geſtarũ, Cæſaris primùm, ac mox ſuarum iam inde ab initio: quodq; tertium conſulatũ cum prouincijs & exercitu ultro oblatum accepiſſet, ad ordinãdam rempublicam. quæ autẽ inuitus inquit accepi, ſponte reddam his qui uolunt recipere, non expectato præfinito tempore. hoc aſtu literæ præ ſe ferebant decorã æquitatẽ Pompeij,& inuidiam faciebant Cęſari,qui ne poſt exactum quidem tempus magiſtratu decederet. reuerſus deinde in eandẽ locutus eſt ſententiã,tum quoq; abiturum ſe magiſtratu pollicendo,addens Cæſarem quoq; amicum & affinem ſuum libenter idem facturũ, uidelicet diuturnis laborioſisq; bellis perfunctum contra gentes pugnaciſsimas, poſt auctam patriæ potentiam properaturũ ad honores &

ſacrificia quietemq́; debitam . quæ ideo dicebat ut Cæſari confeſtim ſucceſſores mitterent, ipſe promiſiſſe cõtentus. At Curio artem eius coarguens, reſpondit, nõ ſatis eſſe pollicita, niſi iam nunc pręſtarentur etiã: nec debere exarmari Cæſarẽ exercitu, priuſquam ipſe quoq; redigeretur in ordinẽ. nec uel ipſi utile eſſe hac potentia fouere priuatas inimicitias: uel reipublicę, penes unum eſſe tam amplum imperium, ac non potius penes utrumq;, ut ab altero alterius reprimatur audacia, ſi quid contra S.P.Q.R. moliatur. iamq́; aperta fronte inuehebatur in Pompeium, ut dominationis cupidum, qui niſi nunc Cæſaris metu ad priuatũ habitum redigeretur, nunquam id paſſurus uideatur poſtea. proinde cẽſebat, niſi autoritati ſenatus paruerint, ambos hoſtes iudicandos, cõſcriptisq́; legionibus bello petendos: qua ſententia maxime feſellit, quo minus putaretur operam locaſſe Cæſari. tum Pompeius exaſperatus & cõminatus ei, ſtatim ſe in ſuburbanam uillam indignabundus contulit, ſenatu iam utrunq; ſuſpectum habente. Pompeium tamen magis popularẽ exiſtimãte, quòd adhuc meminiſſent odioſi conſulatus Cæſaris. & erant qui ſerio credebant non fore tutum ciuitati, ſi Pompeius prior dimittat exercitum, quòd aduerſarius & abeſſet, & rebus geſtis eſſet elatior. id inuertebat Curio: imò opus eſſe Cæſare, cuius reſpectu alter quoq; cogatur in ordinem. ſed cum nihil proficeret, ſenatum re infecta dimiſit. poteſt enim hoc tribunus plebis facere. tum uero maxime Pompeium pœnituit, quod tribunitiam poteſtatẽ per Syllam in nihilum fermè redactam reſtituiſſet in integrum. hoc tantũ in ſenatu prius quàm diſcederent decretũ eſt, Pompeium atq; Cæſarem cum ſua quenq; legione mittendos in Syriam præſidio prouinciæ, propter cladem acceptam qua Craſſus perierat. tum quoq; Pompeius ſolitis utẽs artibus repoſcebat legionẽ, quã nuper Cæſar poſt cladem Tituręij Cottæq́; legatorum ſuorũ ab eo cõmodato acceperat. ille donatã uiritim ducenis quinquagenis drachmis ad Vrbẽ remiſit, eiq́; aliam de ſuis adiunxit. Sed quia nullum apparebat in Syria periculum, ambæ hiemauerunt Capuæ. eas qui adduxerant, & uarios rumores malos ſpargebant de Cæſare, & apud ipſum Pompeium aſſeuerabant, exercitum Cæſaris feſſum diuturnis laboribus, deſiderantẽq́; tandem penates reuiſere, facile trãſiturum ad eum quàm primũ Alpes ſuperauerint. ita quidem ferebant iſti, ſiue fraude, ſiue per ignorantiã. Cæſari nihilominus ſui milites ad unum omnes ſtrenuã promptamq́; nauabant operã, uel quia iam aſſueti militiæ, uel quia deliniti lucris quæ ſolent ſequi uictorias, ſimulq́; imperatoris ipſius benignitate. largiebatur enim effuſiſsimè, eos ad exequenda cõſilia ſua pręparans, quorũ illi

non

non neſcij tamen obſequebantur. Pompeius uero his quæ nunciabantur credulus, nec delectus faciebat, nec apparatus ad tantū certamen idoneos. cęterū in ſenatu Patribus locis ſuis ſententias dicentibus, quia cōſul callide ſeorſim retulerat, placerétne ſucceſſores mitti Cæſari, rurſumq́; placerétne Pompeio abrogari imperiū: hoc quidem pleriq́; nō probauerunt: illud uero de Cæſare aſſentiebāt. cūq́; denuo rogaret Curio, ecquid iubeant ambos poteſtatē deponere, uigintiduobus id non placuit, CCCLXX. omiſſa contentione ob cōmodum publicū in Curionis ſententiā diſceſſerunt. tum conſul ſenatum mittens exclamauit: Vincite, ut dominū habeatis Cęſarem. orto deinde falſo rumore, Cæſarem ſuperatis Alpibus ad Vrbem contendere, ualde trepidatum eſt. & Cos. retulit de accerſendo exercitu à Capua, qui ei tāquam hoſti Ro. Po. opponeretur. quam famam cum Curio refelleret, Cos. in hæc uerba erupit: ſi mihi non licet prouidere de cōmini cōſilio, ſolus certe prouidebo pro poteſtate. his dictis procurrit extra Vrbem cum collega, gladiumq́; Pompeio porrigēs, Iubemus te, inquit, nos ambo ire contra Cæſarem pugnareq́; pro patria: & in hunc uſum damus tibi exercitū qui eſt ad Capuam, aut omnino in Italia, ſimulq́; facultatē habēdorū arbitratu tuo delectuum. qui obtemperauit iubentibus, ſed ſubiecit, NISI QVID POTIVS: tunc quoq́; ſubdole ad honeſtatis ſpeciem. Curio uero nil amplius pro republica poterat: nec enim licet tribunis plebis egredi mœnia: deplorabat tamen apud plebem ſtatū rerum præſentiū: poſtulauitq́; ut Coss. edicerent, nequis nomen daret Pōpeio cōſcribenti milites. cumq́; nihil proficeret, iam enim & tribunatus tēpus exibat, ſibijpſi metuens, & deſperans ſe poſſe tueri amplius dignitatē Cæſaris, magnis itineribus ad eum properauit. qui tum recens oceano traiecto reuerſus è Britannia, emēſusq́; Galliam Rheno finitimā, & ſuperatis Alpibus cum quinq́; milibus peditū, equitibus CCC. petebat Rauennam, quæ Italię contigua erat, extrema in ipſius prouincia. ibi comiter exceptum Curionem, poſt actas pro officio gratias, adhibuit in conſilium. is cenſebat ſine dilatione accerſendas uniuerſas copias, ducendasq́; ad Vrbem: Cæſar experiri de pace maluit. Itaq́; mandauit amicis ut pro ſe paciſcerentur, quo liceat ſibi retinere ſolas duas legiones cum ciſalpina Gallia cumq́; Illyrico, tantiſper dum Cos. renuncietur. cæteras prouincias ac exercitus libenter traditurum ſucceſſoribus. Et Pompeio quidem hoc ſatis erat. Verùm Coss. obſtantibus Cæſar ad Senatum ſcripſit: quas literas Curio triduano curſu MCCC. ſtadia emenſus reddidit nouis Coss. curiā calendis ineuntis anni ingredientibus. in his poſt honorificā rerum omnium à ſe ge-

ſtarum

ſtarũ cõmemorationem, ſignificabat paratum ſe imperiũ deponere, ſi idem Pompeius faciat: cæterum illo retinente nec ſe depoſiturum, imò cõfeſtim uenturũ, & ulturũ iniurias illatas tam ſibi quàm patriç. ad quæ ultima uerba recitata conclamatũ eſt, denunciari bellum: iuſſusq; ei ſuccedere L. Domitius, mox profectus eſt cũ recens delectis quatuor milibus. Et quia noui trib. pl. Antonius Caſsiusq; ſententiã Curionis probabãt, ſenatus tanto magis eis aduerſabatur, propugnatorẽ ſuum appellans Pompeianũ exercitum, Cæſarianum uero hoſtẽ patriæ. Coss. quoq; Marcellus & Lentulus iuſſerunt hos tribunos ſenatu excedere, ne forte quàmuis ſacroſancti uiolarētur. Tum Antonius iratus è ſella proſilit, magno clamore fidem hominum deûmq; inuocans, quòd nec poteſtas hactenus inuiolata iam tuta ſit, & autores ſalubriũ ſententiarũ eijciantur per contumeliam, quaſi homicidio ſe polluiſſent alióue ſcelere. his dictis furibundus excurrit, bella, cędes, proſcriptiones, exilia, mulctationes ceu è tripode uaticinans, dirisq; deuouens eos qui cauſa eſſent tãtorum malorum. Cum eo ſe proripuerunt & Curio Caſsiusq;. iam enim aduentabat manus Pompeianorũ cinctura curiã. at illi ſumma celeritate ad Cæſarem proxima nocte cõtenderunt uehiculo meritorio, tecti ſeruili habitu, quos Cæſar hoc ipſo cultu oſtẽtauit militibus: quoq; magis exaſperaret, adiecit, ipſos etiam tam bene meritos haberi pro hoſtibus: & tã eximios uiros ignominioſe eiectos ideo, quòd auſi ſint pro eis liberam uocem emittere. iamq; utrinq; apertum & denunciatum bellum erat, cum Senatus exiſtimãs Cæſari tardius uenturũ exercitum è Gallia, nec ipſum cum paucis rem tam arduam aggreſſurum, iuſsit Pompeium ex Theſſalis XIII M. ueteranorum cogere, & ex circũuicinis fortibus nationibus mercenarios cõducere, pecunias in uſus belli ex ærario ſumere, priuatim quoq; multis eas offerentibus, ſi publicæ deficerent: quæ & oppidatim cõquirebãtur exactorum magna acerbitate feſtinationeq;. At Cæſar miſerat quidem qui exercitum adducerent, ſed ſolitus celeritate ac terrore audaciaq; magis uti quàm apparatibus, ſtatuit cum quinq; ſuorũ milibus tam magnum bellum prior aggredi, & occupare loca opportuna Italiæ: ac primum centuriones cum animoſis aliquot Ariminum præmiſit pacato habitu, iuſſos repente urbem eam occupare, quæ Italicarũ prima ſe offert ex Gallia uenientibus. ipſe ſub ueſperam quaſi male affectus corpore digreſſus eſt è conuiuio, amicis ibi relictis, & cõſcenſa reda properauit Ariminũ, equitibus longo interuallo ſequentibus, cumq; cõtinuato curſu perueniſſet ad Rubiconem fluuium, defixis in eum oculis hæſitabat nonnihil, cogitans futuras calamitates, ſi armatus

matus amnem traijceret: tandem uerſus ad comites: Amici, inquit, tranſitus hic dilatus mihi erit malorũ omniũ initium: properatus uero, omnibus hominibus. & cum dicto quaſi numine afflatus cœpit magno impetu traijcere, uulgatum illud exclamans, Iacta ſit alea. inde pari celeritate progreſſus Ariminum prima luce occupat: ulteriusq; procedens loca opportuna cõmunit præſidijs, obiter uel ui uel humanitate omnia ſubigens. interim, ut fit in rebus trepidis, omnia fuga miſcebantur & migrationibus agreſtium ac cõplorationibus, priuſquam comperti haberent aliquid, putantium Cæſarem adeſſe cum uniuerſis ſuis copijs. quibus auditis conſules nõ ſinebant Pompeium artium belli peritiſsimum firmis niti cõſilijs, ſed urgebant ut extra Vrbem delectus ageret per Italiã, quaſi in ſummo patriæ iamiam expugnandæ periculo. Senatus quoq; nec opinata impreſsione Cæſaris territus, ut imparatus ſibi metuebat, non admiſſarũ Cæſaris conditionũ æquiſsimarũ tum demum pœnitens, poſtq̃ timor à contentione eos ad recta cõſilia traduxerat. nam & prodigia multa nunciabantur, & ſigna quæ obſeruãtur de cælo. alibi ſanguine pluiſſe, alibi ſudaſſe deorum effigies: multa fana tacta fulmine, mulam peperiſſe: multaq; præterea horrenda mutationẽ pręſentis ſtatus & interitum reipublicæ haud unquam in integrum reſtituendæ portendentia. quamobrem uota ut in publica cõſternatione facta: & populus memor cladium quas propter Syllanas contentiones perpeſſus fuerat, uociferabatur, abrogandum tam Cæſari quàm Pompeio imperium, quandoquidem bellum aliter auerti non poterat: Cicerone quoq; cenſente mittendos ad Cæſarem legatos qui de pace agerent. Sed conſulibus omnino reſiſtentibus, Fauonius ludens in Pompeiũ ob dictum eius quoddam arrogantius, nunc aiebat tempus ut pede terram pulſaret, excitaturus inde exercitus. Tum ille: Habebitis eos ſi me ſequamini non grauati Vrbem relinquere, atq; etiam Italiam, ſi id res poſtulauerit. non enim collocare uiros fortes libertatem & uires in agris & domibus: quos nunquam eis defore, & ſi repugnare non pigeat, recepturos etiam ſedes priſtinas. hęc locutus, & grauiter interminatus, ſi qui amore priuatarũ poſſeſsionum deſertores fierent in publico periculo, curiam exiuit, ac mox Vrbem quoq;, petens exercitum ad Capuam, quem confeſtim ſecuti ſunt conſules: reliqui ſenatores inopes conſilij hæſerunt diutius, & unà pernoctarũt in curia: diluculo demũ pleriq; uno agmine egreſsi Vrbem per eandem uiam contulerunt ſe ad Pompeium. At Cæſar aſſecutus Corfinij L. Domitium ſucceſſorẽ ſibi miſſum, ne illa quidem quatuor milia ſecum habentem integra, oppugnabat: eum fugiẽtem oppidani à porta

porta retractum adduxerunt ad Cæſarem . qui exercitum eius ad ſe
deficientē benigne accepit, quo magis cęteros alliceret: ipſumq́; Do
mitium illęſum cum ſuis rebus quò uellet abire permiſit, ſperās for
te beneficio deuinctum manſurū apud ſe , nec tamen ad hoſtem ire
prohibēs. His tanta celeritate perfectis , parte alia Pompeius Capua
Nuceriam, inde porrò Brundiſium properauit, in Epirum traiectu-
rus, ut ibi ſedem belli cōſtitueret: ſcripſitq́; ad omnes prouincias ea-
rumq́; præſides, ad reges quoque ac dynaſtas & ciuitates , ut primo
quoq; tēpore præſto eſſent, cum auxilijs pro uiribus . & id quidem
certatim factum eſt. cæterum proprius Pompeij exercitus erat in Hi-
ſpania, paratus ad properandū quocunq; res poſceret. earū uero le-
gionum quas ipſe circa ſe habebat, partem conſulibus tradidit, quos
in Epirum pręmiſit. hi ſine mora ſoluentes à Brundiſio, feliciter me
dium ſinum traiecerunt, & appulerūt ad Dyrrachium, quod quidā
per errorē Epidamnum exiſtimant. nam Epidamnus barbarorū has
terras colentium rex urbem prope mare condidit , appellauitq́; de
ſuo nomine. eius ex filia nepos Dyrrachus. Neptuno, ut fertur, pro-
gnatus, nauale conditæ urbi addidit , uocauitq; Dyrrachium . huic
Dyraccho cum bello peteretur à ſuis fratribus Hercules ex Erythrea
reuertens opem tulit, pactus agri partē mercedis nomine. inde Dyr
rachini eum ut agri participē conditorē ſuum perhibent, non quòd
Dyrrachum abnegent, ſed ut ambitioſe originē ſuam ad deum poti-
us referāt. in ea pugna ferūt Dyrrachi filium Ionium ab Hercule oc-
ciſum per ignorantiā, & ab illo funeratum corpus, mox proiectū in
mare, ut inde nomen acciperet. tandem & regionē ipſam & urbem
tenuiſſe Brygas reuerſos è Phrygia , & poſt eos Taulantios Illyrici
generis, deinde Liburnos, hos quoq; Illyrios, qui circumuicinos in-
curſabāt nauibus celerrimis: quas poſtquam in uſu habere cœperūt
Romani, Liburnicas uocitāt. At Dyrrachini à Liburnis expulſi, ad-
ſcitis Corcyrenſibus, qui tunc in mari plurimū poterāt, uiciſsim eos
eiecerunt: quibus Corcyrenſes admiſcuerunt nonnullos è ſuis ciui-
bus: quapropter hoc nauale Græcorum eſſe uidetur. & quia Dyrra-
chij nomen ominoſum habebatur, Corcyrenſes id Epidamnum ma
luerunt dicere , eodem quo urbem à mari paulum remotam nomi-
ne: atq; ita Thucydides quoq; nominat. nunc tamen uicit uetus ap-
pellatio, & Dyrrachium dicitur. Eò tunc Coss. appul erāt, cùm Pom
peius reliquas copias adduxit Brundiſium, expectaturus donec redi
rent naues quæ illos tranſuexerant. cumq́; Cæſar oppugnationē pa-
raret, tam diu eum munitionib. arcuit, donec claſſem reuerſam ſub
ueſperam conſcendens abijt, audaciſsimo quoq; relicto ad denfen-
ſionem

ſionem mœniũ: qui & ipſi mox noctu ſecũdis uentis ablati ſunt. atq; ita omnes Pompeianæ copiæ deſerta Italia in Epirum cum imperatore ſuo tranſportatæ ſunt. Cæſar incertus conſilij quò nam ſe uerteret, aut unde bellum inciperet, uidens undiq; confluxum ad Pompeium fieri: timebat & magnum in Hiſpanijs exercitũ ueterani militis, ne dum ipſe hoſtem cedentem perſequitur, ille à tergo ſuperueniat. eum igitur uiſum eſt ante omnia petere in Hiſpaniam, & diuiſis in quinque partes copijs, aliam Brundiſij, aliam Hydrunti, aliam Tarenti reliquit Italiæ præſidio: Q. Valerius cum alijs miſſus occupauit Sardiniam frumenti feraciſsimam. eiuſdem iuſſu Aſinius Pollio Siciliam petijt, cui Cato præerat. ei percontanti utrum ſenatus an populi decretum afferens inuadat alienam prouinciam, hoc tantum reſpondit, Qui nunc Italiam tenet, huc me miſit. ad hæc Cato retulit, ſe ut prouincialibus parcat dilaturum uindictã in locum alium, quo dicto nauigauit Corcyram ut ſe Pompeio adiungeret. Cęſar ipſe ubi raptim agmine ducto ad Vrbem peruenit, populum triſti memoria Syllanorum temporũ exanimatũ bene ſperare iuſsit, refecitq́;, multa pollicens: inimicis quoq; oſtendens clementiã, exemplo L. Domitij quem in poteſtatẽ redactum, illæſum dimiſerat cum rebus ſuis omnibus. poſt hæc effregit ærariũ, tribuno plebis Metello obſtãti mortem minatus ni deſiſteret, pecuniasq́; ad id tẽporis intactas abſtulit: quas ferunt per Gallicos tumultus depoſitas cum execratione publica, in caput cuiuſcunq; cõtrectare auſi, niſi cauſa belli Gallici. aiebat enim religione ſolutam rempublicam, perdomitis à ſe Gallis, ut nihil inde ſit periculi. Aemiliũ Lepidum Vrbi pręfecit, M. Antonium trib. pl. Italiæ, huiusq́; præſidiarijs copijs: extra Italiam, Curionem Catoni iuſsit ſuccedere in Sicilia: Sardiniam Q. Valerij prouinciam eſſe uoluit, Illyricum C. Antonij, citeriorem Galliam Licinij Craſsi. duas quoq; claſſes ad tutelã ſuperi inferiq́; maris propere fieri mandauit, quarum alteri Hortenſium, Dolobellam alteri præfecit. itaq; ſatis firmata contra Pompei uim Italia, in Hiſpaniã profectus eſt: ubi Petreium Afraniumq́; Pompeianos duces aggreſſus, primũ impar uiſus eſt, circa Ilerdam caſtris prope hoſtem munitis, in loco pręrupto & arduo, frumẽtum cõuehens per pontes Sicoris fluuij. quo hibernis imbribus repente aucto, & abruptis pontibus, & frumentatorum ualidum præſidium excluſum eo caſu, à Petreianis oppreſſum eſt: & Cæſar ipſe non mediocriter laborauit cum reliquo exercitu, cum fame conflictando hiberniſq́; tempeſtatibus atq; hoſtibus, ita ut nihil ab obſeſſo differret, donec æſtas ſuperuenit. tum uero Afranius unà cum Petreio in ulteriorem ſe recipiebat Hiſpaniã ad alium

recens collectum exercitũ:Cæſar uero ſemper itinera præoccupans munitionibus intercidebat, quo minus ulterius procederẽt. atq; etiam partem quandã ad locum caſtris capiendum præmiſſam circumuenit.illi ſublatis in capita ſcutis deditionẽ ſignificabant.Cæſar gratiam aduerſariorum captans,nec comprehenſos,nec telis appetitos permiſit in Afranium redire incolumes.quo factum eſt ut ex utriſq; caſtris ultro citroq; cõmearetur cõtinue, & ſermones in circulis de concordia fierent.iamq; inter alios ductores Afranio quoq; uidebatur concedendam Cæſari Hiſpaniam, modò ad Pompeium permittatur reditus,cùm Petreius reclamauit per exercitũ curſitãs,& quotquot Cęſarianorũ in caſtris inueniret ſua manu confodit,atq; etiam quendam è ſuis tribunis qui furentem cohibere uolebat.qua crudelitate offenſis militibus magis etiam cõmendauit Cæſaris clementiam.forte fortuna euenit ut Cæſar hoſti aquationẽ præriperet: quæ neceſsitas expreſsit ut Petreius Afraniusq́; in medium utriuſq; exercitus prodirent ad eius colloquium. ubi conuentum eſt ut Hiſpania Cæſari decederent,ille deduceret illæſos ad Varum fluuiũ, inde porro ad Pompeium ire ſineret.ad cuius ripas poſtquam uentũ eſt, aduocatis ad concionem quotquot ex eo numero erant Romani Italiciúe nominis Cæſar ſic orſus eſt: Equidem hoſtes,hac enim appellatione utentem intelligetis melius, neq; in eos qui ad locum caſtris capiendum præmiſsi in poteſtatẽ meam deditione uenerunt,ſæuij:neq; in uos excluſos aquationibus : quãuis Petreius meos trans Sicorim interceptos prior ceciderit. quorum beneficiorũ ſi qua eſt apud uos gratia, nunciate hæc Pompeianis militibus omnibus. hæc locutus dimiſit eos innocuos, & Hiſpaniæ præpoſuit Q. Caſsium.

Eodem tẽpore in Africa Actius Varus Pompeianis præerat, opem ferente pro ſocietate ac amicitia Iuba rege Mauritaniæ. contra hos Curio ex Sicilia profectus eſt,cum duabus Cæſarianis legionibus in XII.naues longas & multas onerarias impoſitis.qui exſcenſione ad Vticã facta Numidas quoſdã fugauit paruo equeſtri prælio, moxq́; ab exercitu etiam tum armato imperatorem ſe cõſalutari paſſus eſt. id honoris olim ducibus conferebatur à ſuis militibus tanquam uirtutis teſtimoniũ,quem illi poſt quoduis pręclarum belli facinus admittebant: noſtra autẽ ætate,ut audio, nemini contingit huiuſmodi acclamatio, niſi cæſis hoſtium decem milibus. cæterũ Afri nauigãte adhuc Curione rati tum æmulatione glorię petiturum caſtra Cornelia,ueneno aquam infecerant:nec fefellit eos ſpes ſua . nam & Curio ſtationem ibi habuit,& exercitus mox morbo laborauit,à potũ oculis caligantibus tanquam in nebula,& ſopore grauãte:quem ſequebantur

bantur uomitus uarij & conuulſio totius corporis. quamobrem ad ipſam Vticam trãslata ſunt caſtra, ducto per longas & latas paludes exercitu, ob corporum languorem debili. ut uero uictoria Cæſaris ex Hiſpania nunciata eſt, receptis animis aciem ſecundum mare ſtruxerunt loco anguſto: cõmiſſoq; acri prælio, Curio unum tantum ex ſuis amiſit: ex Vari acie ſexcenti ceciderunt, & multo plures uulnerati ſunt. aduentante autem Iuba falſus rumor allatus eſt, regem à Bagrada flumine, quod non longe diſtabat, reuerſum in regnum ad arcendas uicinorũ incurſiones, relicto in ripa duce Saburra cum exiguis copijs. id credẽs Curio feruida æſtate circa tertiam diei horam duxit robur exercitus contra Saburram, per uiam arenoſam & ſqualidam. nam & torrentes ſi qui erant, ardore ſolis aruerant, & fluuius à Saburra ipſoq; rege occupatus fuerat. falſus igitur ſua ſpe Curio in tumulos curſu ſe recepit, laſsitudine & æſtu ſitiq; preſſus pariter. id ubi animaduerterunt hoſtes ſuperato fluuio erplicuerunt aciem, & ille ualde imprudenter ac inconſideratè debilem exercitum deduxit in planiciem: ubi à Numidis equitibus cinctus aliquandiu retrocedendo ſuſtinuit in arctum ſuos contrahens: hoſte uero pugnam nõ remittẽte, iterum refugit in tumulos. Et Pollio quidem maturè cum paucis refugit Vticam ad exercitum, ne quid per occaſionem cladis Varus ibi moueret. Curio uero temerariè cum hoſte decertans cum omnibus quotquot circa ſe habebat occubuit, ita ut nemo poſt Pollionem reuerſus ſit Vticam. Hoc euẽtu ad Bagradam pugnatum eſt: & caput Curionis reſectum ad Iubam perlatum. quod poſtquam in exercitu ad Vticam relicto eſt cognitum, Flamma pręfectus cum ſua claſſe aufugit priuſquam ullum ex terra militem reciperet. Pollio uero ad negotiatores portum ſubeuntes lembo deuectus orabat ut appellerẽt ad littus, & milites in naues reciperẽt, perſuaſitq; ut aliquot noctu id facerent: ſed cùm cateruatim illi in naues properãdo irruerent, quaſdam depreſſerunt pondere: qui in altum euecti ſunt, propter pecunias quas ſecum deferebant, à negotiatoribus in mare proiecti perierũt. nec mitius relicti in terra tractabãtur eadem nocte. ſequenti uero die Varo ſe dediderunt: quos Iuba ſuperueniens diſpoſuit ſupra mœnia, ſicq; ſublimes telis cõfixit, ut uictorię ſuæ reliquias, nequicquam Varo deprecante. atq; ita duæ Romanę legiones Curionis ductu in Africam dilatæ interierunt, ſimul cum equitibus, uelitibus & calonibus. Iuba ut optime de Pompeio meritus domũ redijt. Per eoſdem dies & Antonius in Illyrico à Dolobella Pompeiano duce ſuperatus eſt, & alius Cæſarianus exercitus ad Placentiam ſeditioſe ſuis præfectis reclamabat, bellum eos trahere, nec ſibi quinas mi-

nas minas reddere, quas donatiui nomine Cæſar eis Brundiſij pollicitus fuerat. ille hoc cognito Placētiam aduolauit è Maſsilia, & turbulētos etiā tum repertos ſic allocutus eſt: Nota eſt uobis ſolita mea celeritas: nunc uero in mora non nos ſumus, ſed hoſtes qui nos fugiunt. Vos qui in Gallia me duce magna percepiſtis cōmoda, & fidem ueſtram non in partem huius belli, ſed in uniuerſum mihi obligaſtis, in medijs conatibus nos deſeritis, in præfectos inſurgitis, imperare uultis his, quorum oportebat imperata facere. cum igitur me ipſum teſtem habeam meæ perpetuæ in hāc uſq; diem erga uos obſeruātiæ, tractabo uos lege Petreia, & nonam legionem decimabo: quandoquidem inde ortum eſt ſeditionis initium. his auditis in legione ipſa fuit comploratio, tribuni uero ſupplices rogabant ueniam. Cæſar ægrè cunctanterq́; exoratus, hactenus tamen pœnam remiſit, ut ex c x x. ſolis, qui pręcipui ſeditionis autores uidebātur, in duodecim ſorte ductos animaduerteret. ex his duodecim unū compertum eſt abſuiſſe ſeditionis tēpore, pro quo Cæſar centurionem occidit, qui eum detulerat. atq; ita Placētina ſeditione finita, Vrbem repetijt: territoq́; populo dictator creatus eſt, nil moratus uel ſenatus conſultum, uel magiſtratus ullius ſuffragiū. ſed quia uidebatur inuidioſum id honoris faſtigium, aut fortaſſe ſuperuacuum, undecimo pòſt die (ut quidam ferunt) ſe cōſulem deſignauit & Seruilium Iſauricum, ſuoq́; arbitratu prouincijs dedit aut mutauit pręſides, Hiſpaniæ M. Lepidum, A. Albiniū Siciliæ, Sex. Peduceium Sardiniæ, Decimum Brutum Galliæ nouæ prouinciæ. populo uero fame laboranti frumentum diſtribuit, eoq́; deprecante reditum conceſsit exulibus, uno Milone excepto. Sed cum is nouas quoq; tabulas peteret, cauſando bella ſeditionesq́;, & inde ſecutam uilitatem rerum uenalium, eas quidem preces repulit: uerùm cenſores creauit qui ſtatuerent pretia rerum uenalium, unde pro pecunijs ſatisfaciendum erat fœneratorum poſtulationibus. his peractis, circa brumam nuncios ad exercitus dimiſit, ut ſibi ad Brundiſium occurrerent: ipſe decembri menſe Vrbem egreſſus eſt, ne magiſtratus quidem ſui reſpectu expectatis calendis ineuntis anni proximis. eum populus frequens honoris cauſa proſecutus orabat ut cum Pompeio rediret in gratiam: ſatis enim apparebat, utercunq; uiciſſet, uēturum in unius poteſtatem rempublicam. ille iter ingreſſus nihil ſibi ad ſummā celeritatem fecit reliquum. Interea Pompeius indeſinēter naues fabricabat, copias augebat, colligebat pecunias: & captis in mari ſupero x L. Cæſaris nauibus, obſeruabat eius traiectū, milites interim exercens decurſionibus, præſens ipſe, & præter ætatem primus laborem quēuis

aggredi

aggrediens: unde ille fauor ingens cõtigit, omnibus ad exercitamenta, eius tanquam ad ſpectacula cõfluentibus. erant autẽ ad id temporis Cæſari decem legiones, & equitum Gallorum decem milia. Pompeio uero quinq; legiones quæ ex Italia cum equitatu ſuo traiecerãt, & duæ Parthicæ Craſsi exercitus reliquiæ: & pars quædam eorum qui Gabinij ductu in Aegyptũ irruperant: omnibus connumeratis undecim legiones Italici generis & equitum circiter ſeptem milia. præterea auxilia ex Ionia, Macedonia, Peloponneſo, Bœotia, & Cretenſes ſagittarij, funditores Thraces, iaculatores Pontici: adhæc Galli quidam equites, & alij Gallatę, Commageniq; miſsi ab Antiocho, Cilices & Cappadoces, & quidam ex minore Armenia, Pamphilijq; ac Piſidæ. quibus non omnibus ad prælia, ſed ad præſidia munitionesq; faciendas, & cętera Italici exercitus miniſteria uti cogitabat, ne Italus miles diſtraheretur à prælijs. & hæ quidẽ terreſtres copiæ. naues autem longæ quidẽ ad plenum inſtructæ ſexcentæ, quarum centum habebant ſocios nauales Romani generis, quæ præſtantiſsimæ uidebantur: onerariarum uero & quæ apparatum ſubuehebant, alia multitudo magna, diuiſa in aliquot præfectos, quibus M. Bibulus prçerat. ubi uero omnia parata fuere accitis quotquot aderant ſenatorij equeſtriſq; ordinis, & cætero exercitu uniuerſo, ſic pro contione locutus eſt: Et Atheniẽſes Vrbem ſuam quondam deſeruere, milites, dum pro libertate bellum gererent, rati uiris ciuitatem conſtare non ædificijs: quo facto, breui receperunt eam multo clariorẽ quàm antea. & noſtri maiores exceſſere Vrbe Gallis irrumpẽtibus, quam Camillus incolumem recepit, accurrens ab Ardea. deniq; omnes qui ſapiunt, ubicunq; libertatem tueri datur, ibi patriam exiſtimant: quod & nos cogitantes hùc traiecimus, nõ doſertores patrię, ſed hic potiſsimum propugnatores inſtructiſsimi, pœnas exacturi ab eo, qui iam dudum inſidiatus ei, tandẽ repente occupauit per homines corruptos largitionibus. qui hoſtis à uobis iudicatus, nũc duces ſuos mittit ad noſtras prouincias, alios urbi præficit, alios per Italiam, tanta audacia imperium Po. Ro. occupat. qui ſi hæc bellum etiamnum gerens, & metuens, & pœnas deo iuuante daturus, perpetrat, quam uiolentiam, quam crudelitatem abſtinebit à patria ſi contingat uincere? ſequuntur eum quidam redempti pecunijs, quas ille ex noſtra ſibi parauit Gallia: maluntq; ſeruire quàm ęquo cum cæteris iure uiuere. at ego nec defeci nec deficiam unquàm uobiſcũ pro uobis ſubire periculoſa certamina, operam omnem offerens uel ad militis uel ad ducis munia: & ſi quid eſt in me uel felicitatis uel peritię in rebus bellicis, quod me hactenus inuictũ prçſtitit, deos omnes

comprecor, ut id uelint nunc eſſe patrię noſtræ cõmodum: utq; iam fauſtus ſim in eius incolumitate protegenda, quàm fui in propagando imperio. nos certe & dijs decet fidere, & cauſæ, qua nulla iuſtior honeſtiórue apud amatores patriæ, reiq; publicæ, præſertim in tam copioſo apparatu terreſtri ac maritimo, & in expectatione quotidianæ acceſsionis, quàm primum rem aggreſsi fuerimus. quotquot enim nationes ad Oriẽtem Euxinumq; pontum ſpectant, ſiue Græcę ſiue barbarę, à noſtris ſtant partibus: tum reges quicunq; Pop. Ro. meiq; ſunt amici ac ſocij, militem, arma, cõmeatus, cæteraq; neceſſaria expedient. Ite igitur, operam nauate qualem patriæ dignitas, ueſtraq; uirtus, ac mea felicitas poſtulat: ſuperbiæ Cæſaris, mandatorumq; noſtrorum celeriter exequẽdorum memores. ultima eius uerba, tum exercitus tum ſenatorũ cæterorũq; nobilium excepit acclamatio, iubentium ut ſe quocunq; opus eſſet duceret. ille conſiderãs tempus anni difficile, putansq; mari importuoſo non nauigaturum Cęſarem antè finitam hiemem, occupatum domi negotijs conſulari bus: præfectis claſsis mandauit maris cuſtodiam, copias in hiberna diſtribuit circa Theſſaliam ac Macedoniã. tam neglectim coniecturam faciebat de futuro tempore. At Cæſar, ut ſupra dixi, circa brumam contendit Brundiſium, ut hoſtem improuiſo aduentu perterrefaceret. cumq; ibi nec cõmeatum, nec apparatũ, nec copias ſuas omnes inueniſſet, tamen eos qui aderant ad concionem uocatos ſic allocutus eſt: Nec tempus hibernum cõmilitones, nec cæterorũ tarditas aut apparatus quàm pro re minor impetũ meum remorabitur, cui in nulla re magis quàm in celeritate ſpes ſita eſt, & in ueſtra uirtute, qui accurriſtis primi omnium. relinquamus igitur hic impedimẽta & mancipia, ut nos expeditos facilius nauigia capiant, & traijciãt hoſtibus non ſentientibus. utamur bona fortuna contra hiemem, paucitatem penſemus audacia, noſtræ inopiæ ſubueniat aduerſariorum copia: quæ in noſtra poteſtate erit quamprimũ terram attigerimus, modò ſciemus nihil noſtrum fore niſi uicerimus. eamus igitur occupaturi apparatũ illorũ & cõmeatus & mancipia, dum tectis arcent hiemem. eamus dum Pompeius putat me quoq; in hibernis degere inter pompas cõſulares & ſacrificia. Noſtis ipſi plurimũ in bellis ualere conatus necopinos: magnificum uero fuerit, me primum futuris rebus proſpicere, & ſecuturis nos præparare tutum receptaculum. equidem mallem hanc ipſam horam nauigationi quàm concioni impendere, ut in Pompei cõſpectũ ueniam, dum me putat adhuc in Vrbe agere conſulem. de ueſtra uoluntate certus ſum, tamen reſponſum expecto. cõclamantibus omnibus, ducere ſe quò uellet,

mox è ſuperiore loco deſcendens duxit ad mare legiones quinq;, & lectiſsimos ſexcentos equites: qui in naues impoſiti in ſalo manſere iactis propter tempeſtatem ancoris, ut fit brumali tẽpore, ubi inuiti uentis reflantibus uſq; primũ ineuntis anni diẽ morati ſunt. cunq; aliæ duę legiones ſuperueniſſẽt, his quoq; in onerarias impoſitis ſoluerunt. nam longæ quarum non magnum habebat numerum, Siciliæ præſidio relictæ ſunt & Sardiniæ. claſsis tẽpeſtatibus ad Ceraunios montes delata, continuo Brundiſium remiſſa eſt, ut reliquum exercitum adueheret. ipſe Cæſar cum expoſitis noctu Oricum petijt per colles anguſtos & aſperos non uno agmine, ita ut ſi quis præſenſiſſet, facile propter difficultatem locorũ arceri potuerit. tandem ſub diluculum ægrè in unum collectis copijs, pręfectus præſidij, negantibus oppidanis prohibendũ aduentantẽ Romanũ cõſulem, claues Cęſari tradidit, & cũ eo poſthac mãſit in eodẽ honore habitus. Lucretius autem & Minutius qui ex altera parte Orici cum octodecim nauibus longis onerarias frumenti Pompeio deferentes cuſtodiebant, ipſis unà cum frumento depreſsis ne caperentur ab hoſte, aufugerunt Dyrrachium. ille ab Orico properàuit Apolloniam: quo ab oppidanis recepto, Tiberius præſidij præfectus urbem deſeruit. Cæſar uero pro concione ſuis admonitis, celeritatis ac fortunę beneficio uictas ſibi difficultates hiemis, tantum maris enauigatum in nauium inopia, Oricum & Apolloniam captas ſine certamine, occupatas res hoſtiũ, ita ut prædixerat, ignorãte etiã tum Põpeio. Quòd ſi, inquit, Dyrrachium promptuarium Pompei & omnis apparatus receptaculum in poteſtatẽ noſtram redegerimus, omnia noſtra erunt quæ illis per totam æſtatem magnis quęſita ſunt laboribus. hęc locutus recta urbem eam petijt, longum iter continuans diebus ac noctibus. hoc cognito Põpeius per diuerſam uiam profectus eſt è Macedonia, concædibus quà ibat factis ad remorandum Cæſarem, pontes intercidens fluminum, cõmeatus incendens in tranſitu, maximũ (ut erat) momentum ratus in apparatus ſui cuſtodia. quòd ſicubi alterutri uidere è longinquo puluerem excitatũ à ſuis aut ignem aut fumum, hoſtem putantes contendebant ut in curſus certamine, nec cibo nec ſomno ſumentes ſatis temporis. ita cum clamore ac feſtinatione urgebãt ſe inuicem prælucentibus facibus: unde multũ pauoris erat tumultusq;, non aliter quàm imminẽtibus ſemper hoſtibus. quidam præ laſsitudine abijciebant ſarcinas, aut ſubducẽtes ſe clàm relinquebantur in uallibus, pręſentẽ requiem pluris faciẽtes, quàm metũ ab hoſtibus. Inter has difficultates utriuſq; agminis, prior tum Pompeius peruenit Dyrrachium, & caſtra poſuit ad mœnia, miſſaq;

claſſe recepit Oricum, & mari diligentiorẽ cuſtodiã adhibuit. Cęſar
ex aduerſo eius caſtrametatus eſt, interfluente Alore flumine: certa-
tumq́; eſt aliquoties equeſtribus prælijs per occaſionem his aut illis
amnem trãſeuntibus, totæ copiæ nunquam deductę in aciem: quòd
Pompeius adhuc exerceret tironem militem, Cæſar expectaret reli-
ctos Brundiſij: qui cogitãs eos ſi primo uere traijciant onerarijs, nõ
fore tutos à Pompeij triremibus, ipſorum cauſa uagãtibus ad cuſto
diam: hieme uero ſi nauigationem tentent, aut falli poſſe claſſem ho-
ſtium in inſularũ ſtationibus: aut etiamſi deprehendantur, perruptu
ros ui uentorum & nauium magnitudine, urgenter accerſebat. illis
uero non ſoluentibus, decreuit ipſe clàm ad eos traijcere, quaſi non
facile ſecuturos alium: celatoq́; cõſilio miſit tres ſeruos ad fluuium
diſtantem duodecim ſtadijs, qui expedirent ſibi lemnunculum cele-
rem, & gubernatorẽ aliquem optimum, quaſi ad mittendum aliquò
nuncium. ipſe è triclinio ſeceſsit languorem ſimulans, iuſsis amicis
manere in conuiuio. moxq́; priuati hominis habitu uehiculum con-
ſcendens cõtendit ad nauiculam, quaſi Cæſaris nuncius. de reliquo
ad mãdanda ſeruis utebaẽ, ipſe ſtragulis ſimul tectus & noctis caligi
ne. cæterũ hibernis uentis flantibus, ſerui hortabanẽ gubernatorẽ,
bono eſſet animo, & occaſionẽ arriperet ad fallẽdos hoſtes in pro-
ximo. is amnẽ quidẽ remorũ ui enauigauit: uerũ ubi ad hoſtia uentũ
eſt, fluctu marino fluenta repercutiente, & urgente hoſtili terrore,
connitebatur in aduerſum totis uiribus: & cùm nihil proficeret, de-
ficiebat laſsitudine. tum conſul capite retecto exclamat: perge con-
trà tempeſtatẽ forti animo. Cæſarem fers & fortunã Cæſaris. hac uo-
ce attonitis unà cùm gubernatore remigibus, nauis magno ardore
omnium eluctata ſuperauit os fluminis, ſed procellis & tumente flu
ctu iactata retrudebatur ad littus, donec inſtante die nautisq́; pauen
tibus ne conſpicerentur hoſti, Cæſar iratus fortunæ ut inuidæ, per-
miſit naui reditum, & ea quidem celeriter ſecundo uento fluuium
retro ſubijt. Cæſaris uero amici mirabãtur audaciam, quidam etiam
incuſabant, ut non tam duci conueniẽtem quàm militi. ille ubi uidit
occultos conatus non ſuccedere, Poſtumium pro ſe traijcere iuſsit
cum mãdatis ad Gabinium, ut mox exercitum per mare adduceret:
aut ſi is recuſet, ad Antonium, aut Calenum deniq́;. quòd ſi horum
trium nemo auderet imperata exequi, literas alias habebat ad ipſum
exercitum, ſignificantes ut quotquot uellent ſequerentur Poſtumi-
um, & ad quodcunq; littus uentus ferret appellerẽt, nil parcentes na
uibus. ſibi enim non nauigijs opus eſſe, ſed uiris. tanto plus fortunæ
fidebat Cæſar quàm conſilijs. Pompeius igitur nõ differendũ ratus,
ducebat

ducebat in eum inſtructam aciem: cumq; duo ex eius militibus prętentarẽt uada medio alueo, unus Cæſarianorũ inuaſos ambos occidit: Pompeius uero omen ut infauſtum auerſatus in caſtra reduxit copias, omnibus amitti occaſionẽ quærẽtibus. cæterũ Brundiſij Gabinius grauatus mandata quę Poſthumius pertulerat, uolũtarios duxit per Illyricum continuato itinere, qui ab eius regionis incolis ad unum oppreſsi ſunt: nec Cæſari per negotia uacauit ulciſci hanc iniuriam. Antonius uero in naues impoſitis reliquis, ui uentorum Apolloniam plenis uelis præteruectus eſt. remittente deinde flatu circa meridiem, à uiginti Pompeianis nauibus mare ſcrutantibus conſpectus & exagitatus eſt. timebat enim roſtra longarum, ne ſuas aut perforarent aut demergerent. Iamq; fundæ expediebantur & tela id genus, cùm uentus ualidior quàm ante irruit. itaq; ex improuiſo magnis uelis oppanſis curſum peragebãt intrepidæ: hoſtiles uero cum æſtu uẽtoq; in anguſto mari cõflictatæ, per importuoſa & aſpera littora diſiectæ ſunt, duabus tantum Cæſarianis captis quæ impegerãt in breuia. reliquæ unà cum Antonio Nymphęum tenuerunt. itaq; Cæſari uniuerſus præſto fuit exercitus, æquè ac Pompeio: & caſtra caſtris oppoſita in arduis tumulis, caſtellis etiam & opere cõmunita ſunt: quæ caſtella crebros utrinq; inſultus patiebantur, dum circumuallare alteri conantur alteros, & in arctum cogere: multaq; cõmittebantur prælia. inter huiuſmodi conatus cum ad quoddam caſtellum Cæſariani ſuccumberent, Scęua centurio multis egregijs tum quoq; inſignis facinoribus, in oculum telo percuſſus ante ordines proſilijt, manu innuens ſilentium, quaſi dicturus aliquid. móxque Pompeianum cẽturionẽ uirtute nobilem appellabat: Serua tui ſimilem, ſerua amicum, mitte qui me manu ducant ſaucium, cumq; tanq̃ ad transfugam duo uiri accurriſſent, alterum occidit priuſquam dolum ſentiret, alterius abſcidit humerum. idq; fecit de ſe ac caſtello deſperans. tum uero cæteri ab hoc caſu receperunt animos, & caſtellũ ſeruatum eſt: multo etiam Minutij præfecti labore, cuius ſcutum ferunt centum uiginti telis confixum, ipſum uero ſex accepiſſe uulnera, & oculum amiſiſſe pariter: quos Cæſar ambos multis donis honorauit militaribus. ipſe ſpe occupandi per proditionem iam cœptam Dyrrachij, portam ædi Dianæ uicinam cum paucis, fruſtra tamen, adijt. Eadem hieme alium exercitum è Syria Pompeio ſocer adducebat: cum quo C. Caluiſius in Macedonia congreſſus uictusq; unam legionem amiſit, elapſis tantùm octingentis militibus. Cęſari ſanè nihil à mari accedebat, quòd hoſtis potiret̃ claſsibus. quare exercitus eius neceſſe habuit herbas in panis uſum uertere: quod genus panes transfu-

transfugæ obtulerunt Pompeio, ut rem lætam. ille uero nihil lætatus. Cum qualibus inquit pugnamus beſtijs? tum Cæſar neceſsitate compulſus omnes copias coegit, uel cum inuito Pompeio conflicturus. at ille multis caſtellis per hãc occaſionem occupatis quieſcebat. quod Cæſar ægerrime ferens, auſus eſt aggredi opus difficillimũ & uix credibile, ut uniuerſa hoſtium caſtra una munitione à mare ducta concluderet: etiamſi conatui ſucceſſus non reſpõderet, laudem laturus animi magnifici. protendebatur enim per mille ducenta ſtadia. cõtra Pompeius alias foſſas munitionesq; obijciebat, atq; ita eludebat alter alterum. ſemel tamen magno prælio certatum eſt, in quo Pompeius Cæſarianos egregie repulit, uerſosq; in fugam uſq; caſtra eorum perſecutus eſt, ereptis multis ſignis, aquila etiã penè potitus, ni aquilifer eã ut propriã Romanis in ſumma ueneratione militi habitam, intra uallum ieciſſet, connixus totis uiribus. in hac fuga Cęſar cum alia manu ſuccurrit, ſed hęc quoq; adeo pauida, ut procul Põpeium cõſpicata, neq; ſiſti potuerit, quamuis portis caſtrorum proxima, neq; induci ſeruatis ordinibus, neq; imperata facere: ſed remoto omni pudore pro ſe quiſq; fugerit, nec alieno hortatu iuuãte, nec ratione propria. tandẽ Cæſare diſcurſante, & cum opprobrijs oſtendente longinquum etiam tum Pompeium, nihilominus aut ſigna inter fugiendum proijciebant, aut defixo in terram præ pudore uultu, ſegnes ſtabant & taciti: tanta fuit conſternatio. unus etiam ſigniferorum cuſpide imperatori ſe moranti minatus eſt, quem ſatellites mox conciderunt. qui uero in caſtra ſe receperunt, ne ad cuſtodias quidẽ præſto fuerunt: ſed omnia remiſſa erant, & uallum nullis firmatum ſtationibus. Et poterat omnium opinione Pompeius tunc cum fugiẽtibus caſtra irrumpere, debellatumq; fuerat, ni Labienus deo ita uolente perſuaſiſſet, ut potius illis inſtaret, quos in acie fuderat: præſertim ſegniori ad imponendam extremam manum uictoriæ, ſiue quòd uallum incuſtoditum ſuſpectum haberet tanquam inſidias, ſiue quòd ut uictor hanc acceſsionem contemneret. cæterum uerſus in eos qui extra uallum erant, aliam ſtragem edidit, & uiginti octo ſigna duobus prælijs cepit eadem die, altera tum occaſione amiſſa abſoluendæ uictoriæ, quod ne Cæſar quidẽ diſsimulauit: eam diem bello finem allaturam fuiſſe, ſi hoſtis ſciſſet uti uictoria. At Pompeius rem bene geſtam exaggerans ſcribebat regibus & ciuitatibus omnibus, ſperabatq; confeſtim ad ſe tranſiturũ exercitum Cæſaris, uel fame preſſum, uel clade perterritum, pręſertim tribunos errati conſcientia pauidos. illi uero diuinitus tacti pœnitentia peccatum agnoſcebant, & imperatore clementer incuſante, ultroq; dante ueniam,

tanto minus ſibi ignoſcebant, mirumq́; in modum mutati depoſcebant decimationis ex more patrio ſupplicium. quod cum remitti ſibi uiderent, eo magis pudebat admiſsi dedecoris in cuius minime oportebat iniuriam: expetebantq́; ad necem ſigniferos, quaſi non fuiſſent fugituri, niſi qua ſigna uerterēt. ut uero Cæſar ne hoc quidem paſſus uix in paucos animaduertit. ad hanc eius moderationem tanta exorta eſt alacritas, ut mox conclamarent, duceret ſe in hoſtē, uictoria noua abolituros ignominiā, & ultrò cateruatim cōiurarent inſpectante imperatore, non niſi uictores ſe redituros è prœlio. quapropter amici hortabant̄ eum, abuteretur in rem ſuā pœnitentia promptitudineq́; exercitus: ſed ille coram multitudine reſpondit, ducturum ſe in hoſtem opportuniore tēpore, hortatus ut eſſent eiuſmodi alacritatis memores. cæterum amicos priuatim monuit, eximēdum prius militi pauorem ex recenti clade contractum, expectandumq́; dum mora langueſcat hoſtium ferocia. fatebaturq́; ſuum erratum, quòd caſtra poſuiſſet ad Dyrrachium, ubi Pompeio parata erant omnia, cum debuerit eum abſtrahere aliò in difficultates ſimiles. quibus dictis mox petijt Apolloniam, indeq́; in Theſſaliam clàm noctu profectus eſt, ubi Gomphos modicum oppidum, quòd ſibi portas clauſerat expugnauit præ ira, diripiendumq́; præbuit militibus. qui famelici explebant ſe affatim & uino ingurgitabant, inſigni Germanorum ebrietate & ridenda cæteris. quare uidetur tunc quoq́; Pompeius occaſionē rei bene gerendæ amiſiſſe, dum contemptū hoſtem non ſequitur, donec Cæſar ſeptem diebus continuato itinere caſtra circa Pharſalum metatus eſt. Fertur Gomphis accidiſſe quiddā memorabile, repertos in officina medici mortuos ſenes nobiles, uiginti humi iacentes cum calicibus nullo affectos uulnere ſimiles ebrijs, unum in ſella ſedentem ceu medicum, potionem porrigentem alijs. Cæterum Pompeius poſt diſceſſum Cęſaris, adhibuit amicos in conſilium: Ex his Afranius cenſebat, naualibus copijs, quibus ipſi præpollebant, urgendum Cęſarem uagum & inopem, & infeſtandū modis omnibus: terreſtres uero ipſius Pompeij ductu mittendas in Italiam propere, fauentem partibus & milite uacuam. qua præſidijs firmata cum prouincijs Gallia Hiſpaniaq́;, domi & in Vrbe rerum domina ſedem belli conſtituendam, & aggrediendum Cæſarē. ſed hoc conſilium quamuis ſalubre non placuit: in eorum magis ſentētiam itum eſt, qui aiebant fore ut Cæſaris exercitus fame coactus mox ab eo deficeret, & alioqui non multū ſupereſſe ad abſoluendam uictoriam, poſt proſperam pugnā ad Dyrrachium. ediuerſo turpiſsimum eſſe omitti fugientem Cęſarem, & uictorem æquè ac uictum fugere.

his ille cauſis permotus, & maxime reuerentia gentiũ orientis à ſuo nutu pendẽtium: tum reſpectu L. Scipionis, cui timebat ne quã cladem acciperet in Macedonia: ante omnia fretus alacritate exercitus geſtientis ad prælium, ſecutus Cæſarẽ caſtra admouit & ipſe ad Pharſalum, loco ab hoſte remoto x x x. ſtadijs, cõmeatus autem ſuggerebantur undiq;. Sic enim iam antè uias, portus, caſtella munierat, ut & terra continue ſubueherentur, & mari quiuis uenti ei conferrent. Cæſar uero id tantum habebat, quod quotidianis ægre parabatur laboribus: ac ne ſic quidem à quoquam ſuorũ deſertus eſt, ſed diuino quodam inſtinctu in hoſtes ferebãtur pugnæ cupidi: ut qui ſe ueteranos & decem annorum militiam expertos longe præſtantiores armis tractandis quàm illos tirones ducerent. quòd ſi operibus bellum trahendum eſſet, munitionibusq; ac laborioſis frumentationibus, ibi ſe inferiores fore ob ætatem iam uergentẽ: & omnino morarum perteſi, cenſebant potius rem ſemel armis decernendã, quàm diutius ferendam famis iniuriam. quod & Pompeius intelligens periculoſum iudicabat, cum uiris exercitatis, tunc etiam deſperatione nihil non auſuris, congredi, & de ſumma rerum dimicare, præſertim ductu feliciſsimi Cæſaris: tutius uero ac facilius poſſe eos rerum omnium egeſtate diuexatos & attritos opprimi, cum nec agrum teneant fertilem, nec importationes maritimas, ac ne nauem quidem ad effugium. itaq; prudẽtiſsimo conſilio decreuerat bellum protrahere, & hoſtem fame exagitatum in aliam famem trudere. Sed cùm eſſet circa eum magnus numerus ſenatorum dignitate parium, & equitum Ro. nobiliſsimus quiſq;, ad hæc reges multi ac dynaſtę, quidam per ignorantiã, quidam ſupra modum elati Dyrrachina uictoria, quidã freti qua pręſtabant multitudine, nõnulli etiam bello feſſi, & celeritatem magis probantes quàm recta conſilia, omnes hortabantur eum ad prælium, oſtendentes Cæſarem ſemper prouocãtem & ſtantem in acie. at ille hoc exemplum in ipſos retorquebat, & aiebat, Cæſarem inopia coactum id facere, ſibi uero eo magis quieſcendum, quo maiore ille neceſsitate prematur. Sed cum totus exercitus proxima uictoria tumens flagitaret prælium, & honoratiores quiq; cauillarẽtur in eum, quòd imperio pręſenti ſibi placens, ideo de induſtria cunctaretur, quo diutius inter tot pares alioquin emineat: iamq; regem per iocum uocarẽt, & Agamemnonẽ, quòd & ille propter bellum imperitaſſet regibus: paſſus eſt dimoueri ſe à propoſito, fortuna iam & alijs in rebus aduerſa toto huius belli tempore. factus enim ſeipſo ſegnior omnino ac tardior, inuitus ſe parabat prælio, tũ ſuo malo, tum eorũ qui id ſuaſere. Ea nocte Cæſar tres legiones frumentatum

mentatum miſerat. laudans enim Pompeij cunctationē, & ratus permanſurum in eo conſilio, curabat frumentum undecunq; conuehi. ſed ubi ſenſit hoſtem contra ſe parari, gauiſus expreſſum id ut conijciebat peruicacia militum, celeriter reuocatis omnibus & ipſe ſuos paratos eſſe iuſsit. de media nocte operatus ſacris Martis & genetricis Veneris. nam à Iulio Aenææ filio Iulia gens ut nomen ita genus ducere creditur. ſimulq; ædem deæ uouit in Vrbe ſacrādam, ſi propitia iuuaret uictoriam. ut uero fulgetrum de cælo à Cæſarianis caſtris ad Pompeiana delatum eſt, ibiq; demum extinctum, Pompeiani ſibi pollicebantur illuſtrem de aduerſarijs uictoriam: at Cæſar ſic interpretatus eſt, extincturum ſe uno impetu gloriam aduerſarij ſimul & potētiam. Pompeio eadem nocte ſacrificanti elapſæ uictimę cōprehendi nequiuerunt: examen quoq; apum inſedit altaribus, animātium tardarum: & paulò ante lucem panicus terror in exercitum incidit: quem ille poſtquam circūcurſando ſedauit, ſomno ſe dedit profundo. excitatus deinde ab amicis, ait ſe in ſomnis ædem in Vrbe dedicaſſe Veneri uictrici. eam à Cæſare uotam neſciētes amici & milites, omnes audito ſomnio gaudebant, & rati ſe iam rem factam habere, contemptim agebant omnia, non tam ratione quàm impetu, adeò ut multi tentoria lauro coronarent, quod eſt inſigne uictorię, & ſerui epulas eis pararent ſplendidiſsimas, quidam etiam de ſummo pontificatu Cęſaris inter ſe contenderent. quæ Pompeius ut rei militaris peritus auerſabatur, indignationem tamen diſsimulans. pigebat enim, nec tutum erat eos reprehendere, qui imperare mallent quàm imperata facere, quorum importunitate omnia faciebat, præter animi ſui ſententiam, adeò uirum magnificum & ad eam diem felicisſimū tūc torpor quidā occuparat, ſiue illum male habebat quòd ſpernerentur ipſius conſilia quàmuis optima, & cogeretur aleam iacere de ſalute tot hominū ſuaq; hactenus incomparabili gloria: ſiue mens propinqui mali præſaga, terrebat amiſſurū uno momento tantam potentiam. Hoc tantùm apud amicos prolocutus, eam diem, uterlibet uinceret, fore populo Romano magnarum calamitatum initium, cœpit aciē ſtruere: quod uerbū per trepidationē tum elapſum quidam æſtimantes, putabant ne Pompeium quidem ſi uiciſſet temperaturum à tyrannide. Fuerunt autē copiæ, ut omiſsis alijs parum inter ſe cōſentientibus, Romanorum grauiſsimos ſcriptores ſequar, qui Italici nominis milites ceu robur exercitus diligēter percenſent, auxiliorum neglectim mentionem faciētes, quaſi acceſsionis modicæ: Cæſari quidem XXII. milia, & in his circiter mille equites: Pompeio uero plus quàm duplum, & in his equitum ad VII. milia: atq;

ita ſide digniſsimi autores produnt, L X X. Italorum milia cõflixiſſe hoc prælio: qui pauciores ſcribunt, L X M. numerant: qui uero multitudinem exagerant, C C C C M. ex his Pompeianos ſeſquialtera parte plures fuiſſe aiunt: alij Cæſarianos partem tantum tertiam. tanta eſt de exacta ueritate diſſenſio. utcũq; ſe res habuit, in hoc genere uterque totam collocabat fiduciam. cæterum in auxilijs Cæſaris erant equites Galli, & alius tranſalpinorũ Gallorum numerus: Græcorum etiam leuis armaturæ, Acarnanes, Aetoli, Dolopes. In Pompeij uero multitudo gentium Orientalium, pars equites, pars pedites: ex Græcia uero Lacones cũ ſuis regibus, & reliqui Peloponneſij, cum eisq́; Bœoti, quin & Athenienſes uenerunt in hanc militiam, quamuis utraq; pars per præconem edixerat, nequis eos læderet, ut ſacerdotes Legiferæ Cereris: attamẽ exſciti ſunt ad tanti belli gloriam, quaſi pugnaturi pro imperio Romani populi. Poſt Græcos deinde om̃es fermè nationes quotquot uerſus Orientẽ per circuitum mare accolũt, Thraces, Helleſpontij, Bithyni, Phryges, Iones, Lydi, Pamphylij, Piſidę, Paphlagones, Cilices, Syri, Phœnices, Hebræi, contiguiq́; his Arabes, Cyprij, Rhodij, Cretenſes funditores, & inſulani cæteri. aderant & reges Dynaſtæq́; cum ſuis auxilijs, Deiotarus tetrarcha Gallogræcorum, & Ariarathes rex Cappadocum. Armenios ciseuphratenos ducebat Taxiles: tranſeuphratenos Megabates legatus Artapę regis. alij quoq; minores Dynaſtæ adiutabãt pro uiribus. fertur et ex Aegypto naues L X. ei miſſas à regibus Cleopatra fratreq́; huius etiamtũ puero: uerum hæ non interfuere pręlio, ſicut nec cętera claſsis, ſed otioſæ ſtabant in Corcyra. apparetq́; Pompeium parum prudenter feciſſe, quòd contemptis claſsibus quibus in tantũ præpollebat, ut poſſet undiq; prohibere, quominus cõmeatus adueherentur hoſti: maluit terreſtri pugna decernere cum uiris ob exhauſtos multos labores magnanimis & forocibus ad pręlia: quos quo minus caueret clade Dyrrachina factum uidetur, qua nihil accidit rebus Cæſaris opportunius. propter eam enim inflati Pompeiani contra ſuum imperatorem peruicaces ſunt redditi, & ſine arte ad certamen ferebantur. Verũ id ei cõſiliũ fuit, ut naſceretur potentiſsimũ hoc quod nunc quaqua uerſum in immenſum patere uidemus imperium. Inſtante uerò pugna, uterq; ſuos pro cõcione cohortatus eſt, Pompeius uerbis huiuſmodi: Vos milites ad hũc laborem imperãtes magis quàm imperata faciẽtes acceditis, uos enim cum ego malim diutius infeſtare Cæſarem, hoc certamẽ depoſcitis, itaq́; ut ipſimet diſpenſatores & arbitri huius pręlij, ſic rem gerite tanquam plures cum paucioribus: ſic eos contemnite, ut par eſt cõtemni uictos à uictoribus,

ſenes

ſenes à iuuenibus, feſſos à recentibus, præſertim cùm potiores ſitis non ſolum apparatu & uiribus, ſed etiam bonæ cauſæ conſcientia. nã pro libertate dimicamus & patria, pro legibus & gloria, pro tot ſenatorij equeſtriſq; ordinis uiris, cõtra unum ad dominatum graſſantem per latrociniũ. Ite igitur cum bona ſpe quò fert animus, memores eorum fugę ad Dyrrachium, quotq́; tunc ſigna una die capta retulerimus. Cæſar quoq; ſuos ſic affatus eſt: Difficilior pars laboris cõmilitones iam profligata eſt, iam enim nõ cum fame inopiaq́;, ſed cum uiris pugnabimus. hæc dies decernet omnia. memineritis modo quid ad Dyrrachium ſitis polliciti, quo pacto me ſpectante coniuraueritis, non redituros uos niſi uictores ex acie. hi ſunt contra quos ab Herculis columnis uenimus: hi qui nos nõ ſuſtinendo profugerunt ex Italia: hi qui nos per decennium cum hoſte conflictatos, poſt innumeras uictorias, poſt quadringentas Hiſpanorum & Gallorum Britannorumq; nationes adiectas imperio, debitis honoribus priuare uoluerunt, & triumpho cæteriſq; cõmodis & præmijs: hi apud quos nec ius meum quicquam ualuit nec gratia. noſtis ipſi quos dimiſerim incolumes, ſperans me ab eis impetraturũ ęquũ aliquid. hæc omnia uobis in mentem ueniant hodie, tum ſi quam in me experti eſtis erga uos fidem ac beneuolentiã, ſi quam liberalitatẽ ac munificentiam. nec eſt difficile à ueteranis uinci tirones & imperitos artium militarium, pueriliter abſq; ullo ordine ruentes cõtempto imperatore ſuo: quem ego ſat ſcio timentẽ & inuitum prodire in aciem, fortuna eius ſeneſcente, ipſum quoq; ſegnẽ ac tardum redditum, nec tam inperantem quàm parentem alienis imperijs. & hactenus de ſolis loquor Italis. nam de auxiliaribus nolo uos eſſe ſollicitos, aut ullo eos in numero ponere, aut armis inuadere mancipia Syra Lydaq; & Phrygia, ad fugam tantum & ſeruitutẽ nata. quibus, id quod ſcio, moxq; ipſi uidebitis, ne Pompeius quidẽ ullum locum aſſignabit in acie. Vos mihi ſolos urgete Italos, & ſi uos auxiliares more canum cõcurſando perturbare uoluerint, illis prius fuſis à cæde ut cognatorum abſtineamus: in hos uero ſęuiamus ad terrorem incutiendum cæteris. antè omnia ut ſciam uos pollicitorũ mẽmores aut mortem optare aut uictoriam, exituri uallum meo iuſſu conuellite ipſimet, foſſaſq; complete aggere, ut nihil nobis reliquum faciamus pręter uictoriam: & hoſtes uidendo nos carere caſtris, neceſſario ſuis uſuros intelligant. Hæc locutus, tamen ad impedimẽtorum cuſtodiam reliquit duo milia ſenum admodum, cæteri exeundo uallum proſternebant magno ſilentio, & in foſſam cõgerebant. id ubi Pompeius animaduertit, quibuſdam putantibus eos fugam adornare, intellexit audaciam, & intra ſe ingemuit, quòd pugnandum eſſet

cum beſtijs, cum haberent ipſi pro ſe famem, dignum aduerſus beſtias remediũ. ſed iam nõ licebat gradum referre, rebus (ut eſt in prouerbio) admotis iam ad nouaculam. quapropter relictis quatuor milibus legionariorum, qui caſtris eſſent præſidio, cæteros deduxit in aciem inter Pharſalum & flumen Enipeum: ubi & Cæſar ex aduerſo conſtitit, ita ut legiones utrinq; frontem occuparẽt trifariam, modicis diuiſę ſpatijs, cornua protegerentur alis equitum, ſagittarij funditoresq; intermiſcerentur omnibus. ita legionibus utrinq; instructis, in quibus erat tota fiducia, auxilia quoq; magis ad oſtentationẽ quàm uſum producta ſunt. erant autem Pompeio cõfuſa ex linguis diſſonis, à quibus ille ſecretos Macedonas, Peloponneſios, Bœotos, Athenienſesq;, ut melius aſſuetos ſeruandis per ſilẽtium ordinibus collocauit prope phalangem Italicam, cæteros, quemadmodum Cæſar coniectura præceperat, extra aciem iuſsit ſubſidere, ut cõmiſſo prælio circumuentum hoſtem profligarẽt pro uiribus, & caſtra Cæſariana iam uallo nudata diriperent. cæterum aciem Pompeij mediã curabat ſocer Scipio, læuum cornu L. Domitius, dextrum Lentulus, Afranius cum Pompeio ſubſtitit in caſtrorum præſidio. apud Cæſarianos præerãt, Sylla, Antonius, Cn. Domitius. ipſe oportuno loco inter decumanos ex more conſtitit. quo animaduerſo hoſtes traduxerunt cõtra eum fortiſsimos equitum, ut numero ſuperiores illum circumuenirent. Cæſar contrà intellecta re tria milia peditum audaciſsimorum collocauit in ſubſidijs, iuſſos ut quamprimum ſentirẽt hoſtem circumuectũ accurrere, coorirentur, & infeſtis haſtis maxime facies eorum peterent: non enim ſubituros iuuenes imperitos & forma ſibi placẽtes, eius deformationis periculum. atq; ita utriq; artibus utebant̃ aduerſus alteros, ducibus ordines obeũtibus, & quod opus erat prouidentibus, ſuosq; ad rem fortiter gerẽdam cohortantibus, & teſſeram dantibus, Cæſarianis Venerẽ uictricem, Pompeianis inuictum Herculem. Inſtructos utrinq; diu ſilentium altum tenuit, cunctabundos & expectantes ut ab aduerſa parte fieret pugnæ initium. miſerebat enim tantas copias Italici nominis, quantas nunquam antea, præſertim utrinq; lectiſsimas, ſemel ſubire aleam ancipitem, idq; Romanis inter ſe confligantibus: & quo propius aberãt à periculo, eo magis remittente ſe ambitione qua hactenus cæcati fuerant, & in uicem eius redeunte timore, ratio iam remoto inſano appetitu gloriæ reputabat magnitudinem cauſamq; periculi, duos uiros de primatu inter ſe contendere, ſalutis cura poſthabita, ne extremo quidẽ loco mãſuros ni contingat uincere: pertrahi propter eos tantam egregiorũ uirorum multitudinem in cõmune periculum. in mentem

mentem ueniebat & illud, nuper amicos & affines, maximis mutuis beneficijs in tuẽda dignitate adiutos,nunc gladios in ſe inuicẽ ſtringere,& minores duces ſequi conatus illorum nefarios,tanta neceſsitudine intercedente inter ciues tribules & cõſanguineos, atq; adeò fratres quoq; nõnullos. nam ne hoc quidẽ deerat.ſed ut fit inter tot milia gentis unius cõcurrentia, multa præter opinionẽ accidebant. Talia cogitantem utrunq; ducem pœnitebat pro tempore, & quòd ea dies primum aut extremum omnium mortaliũ redditura eſſet,pigebat negotium tam dubium priorem aggredi.fertur illachrymaſſe utrunq;.inter has moras dum obſeruãt alteri alteros, die procedente,legiones uniuerſæ conſtanter ſuo loco quieſcebant.cæterum auxilia ſua cum uideret Pompeius parum ſeruare ordines morę tedio, ueritus ne ſuo exemplo antè initium pugnæ turbarent cæterorũ ordines, iuſsit prior ſigna canere.idem exaduerſo fecit Cæſar. moxq; concinentibus claſsicis, caduceatoribus & præfectis diſcurſando ſuos cohortantibus,magno animo aduerſi in ſe inuicẽ ferebantur:nec minore ſilentio,ut ſæpe uerſati in huiuſmodi certaminibus. ut uero intra teli iactum uentum eſt,orto à ferentarijs prælio,procurrerunt & equites,factoq; utrinq; uirtutis periculo, Pompeiani numero potiores circumueniebant legionem decimã, tum uero Cæſar ſignum dat ſubſidiarijs.illi coorti haſtis infeſtis equitum facies fodiunt: qui non ferentes deſperatorum audaciam, & ora oculosq; ſibi configi, fugere turbatis ordinibus:moxq; nudatas eo latere legiones,Cęſariani equites circũuenere, qui prius ne ipſi circumuenirẽtur timuerãt. quo cognito Pompeius iuſsit pedites curſum ſiſtere, nec in aduerſam aciem incurrere,nec tela in hoſtem conijcere,ſed ſtãtes prætentis haſtis in irruentes pugnare cominus. quod eius ſtratagema quidam laudant ut circũuentis cõmodiſsimum:ſed Cæſar in ſuis epiſtolis improbat.iactu enim ictus fieri uehementiores,& curſu uiris augeri animum,contrà langueſcere ſtantibus:quos & facilius propelli dum ſunt palorum more immobiles :quod etiamtũ contigit.namq; decumani, dum ſiniſtrũ Pompeianũ cornu ab equitibus deſertum circumuenitur, & in ueſtigio hærens telis ex aduerſo miſsis obruitur,inuecti in turbatos ui coegerunt eos retrocedere, atq; hoc modo primi fuerunt autores uictoriæ. cæteris partibus edebãtur uariæ uulnerum ac cædis ſpecies,nullo clamore in tot legionum cõflictu, ne ſauciorum quidem aut cadentiũ, ſed fremitu tantũ & gemitu occumbentium,quo quiſq; loco cõſtiterat.auxiliatores interim ſpectatores facti mirabantur ſeruari ordines,ita ut ſtupentes miraculo alienę uirtutis,ne caſtra quidẽ Cæſariana inuaderent,à paucis cuſtodita

ſenioribus,ſed ſtarēt tantū attonitis ſimiles.ut uero ſiniſtrum Pom-
peianorum cornu propulſum cœpit referre pedem pugnando nihi
loſecius,tum uero auxiliares uictos ſe conclamando,effuſa fuga pe-
tebant caſtra, & conuulſis direptisq́; hoſtiliter proprijs tabernacu-
lis,diffugere quà quiſq; poterat,iamq́; cęterę quoq; legiones ut hāc
cladem ſenſere pedem referebant: primò ſeruatis ordinibus & repu
gnantes pro uiribus:cęterum hoſte ut in rebus ſuis proſperis urgen
te,tandem in fugam uerſæ ſunt. tum Cæſar uſus conſilio prudentiſ-
ſimo, ne rurſum inſtaurarent ordines, utq́; non prælio tantùm, ſed
bello etiam uinceret,dimiſsis circumquaq; pręconibus, edixit ciui-
bus parci, & in ſola ſæuiri auxilia : ſimulq́; uictores uictis accurren-
tes iubebant ſtare ſucuros: atq; ita uiritim edicti notitia tradita, hæc
uox, STA SECVRVS,Pompeianis cœpit eſſe pro teſſera, eo facili-
us quòd Itali ſe inuicem noſcitarent pari cultu linguaq́;.Ita Cæſaria-
ni præteritis ciuibus in auxiliares uerſi, cędebant ad reſiſtendum in-
ualidos,quorum ingens ſtrages eſt edita.Pompeius uiſa ſuorum fu-
ga, mentis iam impos,in caſtra ſe paulatim recepit : ingreſſusq́; ten-
torium ſedebat tacitus, Aiacem Telamoniū referēs,cui ſimile quid-
dam fertur accidiſſe Troiani belli tempore. reliquorum admodum
pauci in caſtra ſunt reuerſi : quòd in acie ſecuri ſtare iuſsi, & ab ho-
ſtibus præteriti,cateruatim diſpergerentur. ſub ueſperam Cæſar di-
ſcurrendo per exercitum,ſupplex orabat ne grauarentur tantum la-
boris inſuper impendere, dum caſtra Pompeij capiant:docens ſi pa
tiantur denuo coire hoſtiles copias,unius tātum diei fore uictoriā:
caſtris porrò occupatis, nihil defore quin in uniuerſum uincāt,ſum
ma operi manu impoſita. itaq; ſupplices ad eos manus protendens,
cœpit eò antè alios currere. Illis quamuis feſſa corpora ſubleuabant
animi,conſiliumq́; & autoritas Cæſaris.hùc accedebat & præſens fe
licitas,ſpesq́; caſtra expugnandi,non ignaris rem eſſe momenti ma-
ximi,nec eſt aliud efficacius ſpe,ad ſubleuādam hominum laſsitudi-
nem. ita uallum quoq; aggrediuntur contemptis propugnatoribus.
Pompeius hoc audito,tandem poſt inſolitum illud ſilentium in hāc
uocem erupit: Ergo & ad caſtra noſtra ? & cum dicto mutata ueſte,
conſcendit equum:comitantibusq; amicis quatuor, non prius cur-
ſum intermiſit,quàm ſub lucem Lariſſam attingeret.Cæſar ita ut in-
ſtruendo aciem inter minas prædixerat , intra Pompeij uallum uſus
eſt diuerſorio,paratosq́; illi cibos abſumpſit, ſicut & reliquus exer-
citus hoſtium ſuptu epulatus eſt. deſiderati ſunt utrinq;,tum ex Ro-
manis,tum è ſocijs ( auxiliorū enim nec numerus erat nec ratio præ
multitudine) Cæſariani cēturiones triginta, legionarij ducenti, aut

ut alij

ut alij ſupputant, mille ducenti. ex Pompeianis ſenatores decem, & in his L. Domitius ſucceſſor ipſi Cæſari miſſus in Galliam. equites Romani nobiles circiter XL. de cętero qui plurimos tradũt, XXVM. numerãt. Aſinius Pollio qui inter Cæſarianos duces ei prælio pręfuit, nõ plus ſex milibus ex Pompeianis cecidiſſe ſcribit in ſuis cõmentarijs. hic fuit euentus pugnæ illius ad Pharſalum celeberrimæ. in ea fortiſsime rem geſſerunt primo & ſecundo loco Cæſar ipſe omniũ conſenſu, & cũ eo Decumani: tertio uero Craſtinus cẽturio: qui rogatus dum exit caſtris, qualem euentũ expectaret, clara uoce reſpondit: Vincemus Cæſar, & mihi aut uiuo aut mortuo habebis gratiam. hunc totus exercitus teſtabatur, tanquam furentẽ diſcurriſſe per ſingulas acies, multaq́; egregia edidiſſe facinora. cadauer eius inter cætera iuuentum ornauit Cæſar donis militaribus, atq; ita ornatum ſeorſim ſepelijt inſigni monumento addito, prope cõmunem reliquorum tumulum. At Pompeius è Lariſſa pari curſu delatus ad mare cõſcendit nauiculã, & fortuito nactus nauem præteruehentẽ, traiecit Mitylenẽ: unde aſſumpta Cornelia, rebusq́; ſuis in quatuor triremes impoſitis, quæ à Rodo & Tyro uenerãt, tunc quoq; Corcyrã neglexit & Africam, ubi alium habebat exercitum & claſſem ualidam: maluitq́; in Orientẽ Parthorum regem petere, quaſi ope illius recepturus omnia. quod conſilium celans, circa Ciliciam demũ amicis aperuit. illi cenſebant cauendum Parthum nuper à Craſſo laceſsitum, & adhuc à uictoria recenti tumidum: nec ad intemperantes barbaros ducendam formoſam mulierem Corneliam: præſertim quæ Craſsi uxor fuiſſet. cumq́; is rurſum ad conſiliũ referret de Aegypto & Iuba: hic quidem contemptus eſt, ut parum illuſtris: Aegyptũ uero petere omnibus placuit, regionem propinquam & late pollentem imperio, præterea beatã potentemq; nauibus, frumẽto, pecunijs, cuius reges quamuis pueri, paterna tamen coniuncti ſunt Pompeio amicitia. his itaq; de cauſis ille in Aegyptũ nauigauit. cæterũ quia Cleopatra quæ cum fratre antea regnarat, tunc exul exercitum parabat circa Syriam, Ptolemæus eius frater circa montem Caſsium intra Aegypti fines ſubſedit obſeruans aduentum illius. & forte fortuna accidit ut uentus eò deferret Pompeium. qui conſpecto in littore tanto exercitu, nauigare deſijt: coniectansq́; id quod erat, regem adeſſe, miſit qui eum de rebus ſuis certiorẽ redderet, deq́; patris amicitia. agebat is tum annum tertiumdecimũ, curatores habens Achillam militiæ, pecuniarum Pothinum eunuchũ, qui couſultare cœperũt de Pompeio, adhibito & Theodoto Samio rhetore, qui tum pręceptor erat pueri. is autor fuit nefarij cõſilij, ut ille per inſidias tolleretur, in gra-

tiam Cæſaris. quod ubi placuit, nauicula uilis ad eum miſſa eſt, quaſi id littus uadoſum eſſet, nec capax magnarũ nauium. in eam conſcenderãt miniſtri aliquot regij, ſimulq́; Sempronius homo Romanus, qui tunc regis miles, olim ſub Pompeio meruerat: qui dextram ei regis nomine obtulit, iubens nauigare ad amicum Pupillum. interim exercitus tanquam in hoſpitis honorẽ ſecundum littus totus inſtructus eſt in aciem, rege in medijs uerſante conſpicuo ueſte purpurea. Pompeius quamuis multa ſuſpicabatur conſiderans inſtructam aciem, uilem ad ſe miſsã nauiculam, non regem obuium, non purpuratorum aliquem: tamen Sophocleos illos Iambos ſibi occinens:

Quiſquis domũ tyrãni proficiſcit̃, Seruus ſit illi, ſit licet ingenuus: exſcendit in nauiculam. dein cunctis inter nauigandũ ſilentibus aucta eſt eius ſuſpicio: & ſiue quòd agnoſceret Sempronium Romanum & quondam ſuum militẽ, ſiue id coniectabat quòd ſolum ſtantem uideret ex militari diſciplina non confidentẽ cum imperatore, uerſus ad eum inquit: Te certe noui cõmilito, qui annuit, & mox auerſo primus uulnus inflixit, deinde cæteri. hoc procul uiſo uxor amiciq́; magno eiulatu deos fœderum uindices ſublatis in cælũ manibus implorando, celerrime fugerunt hoſtilia littora. Pompeij caput per miniſtros Pothini reſectum, ſeruatum eſt in aduentum Cæſaris, expectatione maximi præmij. ſed ille nefarium ſcelus pro merito ultus eſt. reliquum truncum in littore quidam ſepelijt, aggeſto exiguo tumulo, cui alius quiſpiam hanc inſcriptionem addidit:

Vix caperet templum, quem parua recondit arena.

Procedente uero ætate ſepulchrum hoc omnino arenis obrutum, ſimulq́; effigies æreas Pompeio dicatas ab accolis, uetuſtate læſas, & in intimum templi ſacrariũ retruſas, inquiſiuit & inuenit noſtro ſeculo Adrianus Auguſtus, dum eam regionẽ inuiſeret, purgatumq́; à ruderibus denuo cõſpicuum reddidit, reſtitutis etiam imaginibus. Ita uir ille uita defũctus eſt, poſt maxima bella geſta feliciter, & auctũ Romanum imperium, unde Magno cognomen inditum, nunquam antea uicto: ſed perpetuis uictorijs felici iam inde ab exacta adoleſcẽtia. ex quo enim uigeſimũ tertium ætatis annum attigit, uſq; ad octauum ſupra quinquageſimũ, potentiã quidem regiam habuit, uerùm exiſtimationem priuati ciuis propter Cæſarem æmulum. Cæterum L. Scipio ſocer illius & cęteri quotquot illuſtres è Pharſalica pugna euaſerant, ad Catonem contenderunt in Corcyram, conſulto ibi relictum cum alijs copijs & c c c. triremibus. ibi claſſe diuiſa inter amicos Pompeij præcipuos, Caſsius in Pontum nauigauit ad Pharnacẽ, exciturus eum cõtra Cæſarem: Scipio cum Catone in Africam, freti

Varo & eius copijs, Iubæq; Mauri auxilijs. Pōpei uero maior filius cum Labieno Scapulaq; & parte exercitus properauit in Hiſpaniā, ut deficientibus ad ſe prouincialibus alias copias ex Hiſpanis & Celtiberis & mancipijs colligerent, maioresq; apparatus facerent. tantę fuere Pompeianorum reliquiæ, quas ſuus imperator mentē dijs adimentibus fugiens neglexerat. At in Africa militibus Catoni imperiū ultro offerentibus, ille recuſauit, cùm adeſſent legati cōſulares in exercitu, ipſe uero nunquam dignitatem ampliorem prætura in Vrbe geſsiſſet. Itaq; L. Scipio factus Imperator, his quoq; locis augebat & exercebat copias: duoq; haudquaquam contemnendi exercitus contra Cæſarem parabantur, alter in Africa, alter in Hiſpania. Ille Pharſali biduo moratus ad celebrandam ſacrificijs uictoriam, reficiendumq; feſſum prælio militem, poſt conceſſam Theſſalis quorū auxilijs uſus fuerat libertatem, Atheniēſibus quoq; ſupplicibus dedit ueniam his uerbis: Quoties tandem uos ueſtrapte culpa pereuntes ſeruabit maiorum ueſtrorum gloria? tertia uero die profectus eſt uerſus Orientem, quò Pompeium fugam intendiſſe didicerat: eo in itinere ob triremium inopiam modicis nauigijs Helleſpontū traijcienti, in medio freto Caſsius cum parte triremiū ſuperuenit ad Pharnacem properans: cumq; poſſet tot triremibus hoſtem longe nauibus imparē opprimere, horrēda Cæſaris felicitate attonitus, ratusq; illum contra ſe nauigare de induſtria, manus ſupplices è triremi tendens orabat ueniam, moxq; claſſem ei dedidit. tantum poterat Cæſarianæ felicitatis opinio. nec enim aliam cauſam facti uideo, nec puto præſentiorem fortunam unquam illum expertum in rebus dubijs, quàm cum Caſsius uir bellicoſus, LXX. triremibus in imparatum fortuito incidens, ne tentare quidem pugnam auſus eſt: & tamē hic qui turpi metu obiter ſe dedidit traijcienti, pòſt in Vrbe iam rerum potentem occidit: quo magis apparet tunc eum territum ceſsiſſe fortunę extollenti Cæſarem. Ita præter expectationem ſeruatus, ubi traiecit Iones & Aeolas cæteraſq; nationes, quæ magnam illam peninſulam quæ minor Aſia dicitur incolunt, per legatos ueniam petētes recepit in gratiam: auditoq; quòd Pompeius in Aegyptum feratur, traiecit Rhodum: ac ne hic quidē expectato exercitu dum in unum côueniret, conſcenſis Caſsianis & Rhodijs triremibus cum eis quas circa ſe habebat copijs, nemini apperiēs quò curſum flexurus eſſet, ſub ueſperam ſoluit, iuſsis alijs gubernatoribus ignem prætorianæ ſequi, & ſignum eiuſdem interdiu: ſuo uero iam longe à terra ſemotus mandauit ut Alexandriam uerſus tenderet, atq; ita die tertia per altum eò deuecti ſunt. ibi receptus eſt à tutoribus regis adhuc hęrentis circa

tis circa

tis circa montem Caſsium. ac primum propter infrequentiam ſuorum dabat ſe otio, comiter excipiẽs obuios, & uiſendi cauſa Vrbem obambulando mirabatur eius pulchritudinem, & ſapientię profeſſores pleroſq; ſtans audiebat: quod otium ei gratiam & bonam exiſtimationem parauit apud Alexandrinum populum. Sed ubi exercitus eius appulit, de Pothino Achillaq; ſumpſit ſupplicium ob ſcelus patratum in Pompeium: Theodotum uero tunc elapſum, Caſsius poſt egit in crucem inuentum in Aſia. Alexandrinis autem ob hanc rem tumultuantibus, & exercitu regio Cæſarem inuadente, uario euentu certatum eſt aliquoties circa regiam & in proximis littoribus, ubi etiam urgente hoſte in mare deſilijt, enatauitq; per longum ſpatium: & Alexandrini paludamento potiti affixerunt id trophæo. extrema pugna aduerſus ipſum regem in Nilo fuit, quę maxime uictoriam attulit. inter has cõtentiones menſes nouem abſumpſit, donec Cleopatram loco fratris reginam fecit Aegypti, in Nilumq; unà cũ ipſa quadringentis nauibus ſubuectus perluſtrauit regionẽ, & alioqui deuinctus fœminæ conſuetudine. uerùm hæc ſingula in rebus Aegyptijs prodemus accuratius. caput autẽ Pompeij oblatum auerſatus ſepeliri iuſsit in ſuburbio, ſacellumq; ibi dedicauit Nemeſeos: quod noſtra ætate dum Traianus Aug. Iudæos exitiali bello perſequeretur, ab eis ob præſentem neceſsitatem eſt dirutũ. His apud Alexandriam geſtis Cæſar per Syriam contra Pharnacem raptim duxit exercitum: qui iam haud inani conatu quædam Romanę ditionis loca occuparat, & cum Domitio Cæſaris legato collatis ſignis egregie uicerat: auctoq; inde animo Amiſum ponticam urbem diripuit, ciueſq; ſub haſta uendidit, impuberibus ad unum exectis omnibus. ſed aduentante Cæſare territus ac factorum pœnitens, legatos de pace miſit à ducenteſimo ſtadio, ferentes ei coronam auream, & ſatis ſtulte regis ſui filiam offerentes in matrimonium. is poſtquam intellexit quibus cum mandatis uenirent, promouit exercitum, & inanibus colloquijs legatos fruſtratus, proceſsit uſq; ad caſtra Pharnacis. tum uero in hanc uocem erumpens, Ergo nõ iam dabit pœnas patricida: in equum inſilijt, & ad primum clamorem editum, in fugam hoſtem uertit, magnamq; ſtragem edidit, adiutus circiter mille equitibus qui primi procurrentem ſecuti ſunt. quo tempore fertur dixiſſe: ó te beatum Pompeie, qui cum talibus bello Mithridatico decertans, Magni & exiſtimationem & cognomen adeptus es. in Vrbem quoq; de hac uictoria ſic ſcripſit: VENI, VIDI, VICI. Pharnaces contentus fuit in Boſporanum regnum à Pompeio ſibi traditum refugere. nec Cæſari uacabat eum perſequi, & in tam paruis negotijs hærere

hærere, tot bellis in diuerſum retrahẽtibus. quare in Aſiam tranſcurrens obiter colligebat pecuniã, magna publicanorum per ſingulos populos acerbe exigentiũ inuidia, ut diximus in rebus Aſiaticis. hęc per nuncios factus certior, agitari ſeditionibus Vrbem, & Antoniũ magiſtrum equitum in foro ſtationem habere cum exercitu, omnibus negotijs intermiſsis, illò properauit. ad cuius aduentum ſeditio quidem Vrbana conquieuit, uerùm alia militaris in ipſum coorta eſt, pollicita ad Pharſalum, necdum exſoluta, repræſentari ſibi flagitantibus, qui eo prælio nauarant operam, & miſsionem poſtulantibus ut emeritis. ille cauſabatur nondum abſolutam uictoriam Pharſalicam, durante bello in Africa: quo confecto ſpem eorũ haudquaquam fore irritam. ſimulq; alias millenas drachmas uiritim promittebat. reſponſum eſt odioſe: non pollicitis ſibi opus eſſe, ſed præſenti pecunia: & Saluſtio Criſpo internuncio fuga ſaluti fuit. hoc cognito Cæſar, legionem Antonianam quæ Vrbi præſidio fuerat, diſpoſuit circum ædes ſuas, & ad uiarum exitus, metuens ne irati ad rapinas uerterẽtur. ipſe omnibus dehortantibus ne ſe cõmitteret furenti multitudini, inſigni audacia tumultuantibus etiamtum repente ſuperuenit in campo Martio, & ſuperiorem locum aſcendit. illi nondum ſedati, ſed inermes accurrerunt, ex more conſalutantes imperatorem, & iuſsi quid poſtularent dicere, de donatiuo quidem præſentem appellare non auſi, ut in re improuiſa, quod modeſtius uidebatur, miſsionem clamoribus petebant, ſperantes eum, quippe qui exercitu opus haberet, ad profligandas belli reliquias, ultrò mentionem donatiui facturum. ille uero præter omnium opinionem nihil cunctatus, dimittere ſe reſpondit. quibus magis etiam attonitis & omnino ſilentibus, adiecit: dabo tamen uobis quicquid ſum pollicitus, ubi triumphauero cum alijs. ad hanc ut expectatam ita clementẽ uocem pudor continuo ſubijt eos & æmulatio, reputantes abſurdũ fore, ſi ipſis imperatorem ſuum tædio bellorum deſerentibus, triumphum eius ſequantur alij: ipſi uero lucris careant quæ ſperãda erant è bello Africano, & inuiſos ſe reddant tam Cæſarianis quàm aduerſis partibus. id metuentes hærebant ſilendo, ſperantes Cæſarem ſibi aliquid remiſſurum, & propter inſtantem neceſsitatem mutaturum ſententiam. ſed cùm ille pariter ſileret, amicis hortantibus ut aliquid inſuper eis diceret, nec paucis eisq; duris uerbis cõmilitones ſuſpenſos relinqueret: rurſus exordiens quirites eos appellauit nõ milites: quod erat ſignum iam dimiſſos eſſe à militia. hoc non tulerunt taciti, ſed cõclamantes oſtenderunt pœnitentiam: rogabantq; ut liceret ſibi cum eo militare diutius. Cęſare uero auerſante & deſcendente è

tribunali

tribunali,magis etiam conclamatum eſt,maneret,& pœnas de ſe ſu-
meret.ſtetit ille nec procedens nec reuertens, fingens ſe non expedi
re conſilium. tandem reuerſus ait, puniendum quidem neminem:
dolere tamē ſibi quod decumani ſemper prælati alijs,tales tumultus
cierent.& adiecit: miſsionē uobis do, reddituros tamen & promiſ-
ſa ſimul atq; reuerſus fuero ex Africa. dabo & agros omnibus finito
bello,non ut Sylla ereptos alijs:& colonos miſcendo ſpoliatis,ad a-
lendam utrorumq; ſimultatem perpetuam:ſed agrum publicum,&
meas priuatas poſſeſsiones diuidam : & ſi hi non ſuffecerint, emam
meis pecunijs. tum uero omnibus applaudentibus & acclamātibus,
ſoli decumani mœſti erant, quaſi pertinaciter infenſum haberēt Cæ
ſarem:poſtulabātq; ut in decimū quenq; capitaliter more maiorum
animaduerteret. ille nolens amplius exacerbare,quòd uideret ſerio
pœnitentes,uniuerſos recepit in gratiam : moxq́; ad bellum Africa-
num profectus eſt:& à Rhegio Meſſanum tranſuectus, à freto Lily-
bæum uſq; duxit exercitum. ibi poſtquam cognouit Catonem cum
claſſe & terreſtrium copiarum parte præſidio eſſe Vticę, in qua ap-
paratus belli erat repoſitus, & ibidem trecentos qui in ſenatus ſpeci
em iamdudum pręerant belli conſilijs.cęterum L.Scipionē Impera
torem cum optimatibus apud Adrumetum habere exercitum,traie
cit contra hunc:quem cum audiſſet ad Iubam profectum,aciem an-
te illius caſtra explicuit, opportunè nactus ipſius imperatoris abſen
tiam.nec Labienus Petreiusq; legati detrectarunt prælium,repreſſe
runtq; Cęſarianos egregiè:iamq́; fuſos perſequebantur cōtemptim,
cum Labienum equus in uētre ſaucius excuſsit. & ipſe quidem ſuo-
rum ſuccurſu ereptus eſt : Petreius uerò contentus præſenti experi-
mento uirtutis militum,& ratus ſe poſſe quandolibet uincere, ceci-
nit receptui,dicens proximis:Non eſt fraudandus imperator noſter
Scipio laude uictoriæ. Ita tunc quoq; plurimum ualuit fortuna Cæ-
ſaris, dum hoſtes in media uictoria ſegneſcentes, fructum eius emi-
ſerunt è manibus.ipſe Cæſar fertur unus ſe oppoſuiſſe hoſti,fugiēti-
bus alijs omnibus:atq; etiam aquiliferum quendam ſua manu retra-
xiſſe in primā aciem, cùm Petreius in caſtra ſe recepit, quem Cæſar
libenter in hoc imitatus eſt. & huius quidem primæ Cæſarianorum
in Africa pugnę hic fuit exitus.nec multo pòſt cum diceretur aduen
tare Scipionē cum octo legionibus, equitum uiginti milibus, quo-
rum magna pars Afri eſſent, magnoq́; cetratorū numero & elephā-
tis x x x.ſimulq́; Iubam regem cum peditum circiter triginta milia,
equitum Numidarum fermè x x. milibus, & multis iaculatoribus,
elephantisq́; alijs L X. in exercitu Cæſariano pauor cū tumultu ſub-
ortus

ortus eſt, partim ob rem ſemel tentatã parum feliciter, partim quòd formidandus uideretur hoſtis,uel numero, uel uirtute,maxime Numidarum equitum : præterq; inaſſuetis cum elephantis cõgredi terror auctus eſt. Sed poſtquam nunciatum eſt alium Maurorum regulum Bocchum,occupaſſe Cirtam Iubæ regiam, domeſtico periculo reuocatus properè in regnum reduxit exercitum, triginta ſolum elephantis apud Scipionem relictis. Cęſariani uero in tantum receperunt animos, ut quintani elephantis ſe opponi depoſcerent, eoq; impetrato egregie uincerẽt : unde hodieq; eius legionis elephantes ſunt inſignia. cæterùm prælium id ex omni parte laborioſum ac uarium circa ueſperam demum uictoria Cæſaris finitum eſt: caſtris etiam hoſtium expugnatis, & nocte demũ abſoluto negotio. hoſtes paſsim diffugere quà quiſq; poterat: Scipio cum Afranio omiſſa rerum cura per mare fugam tentauit cum XII. apertis nauibus. ita hic quoq; exercitus ex LXXX. fermè conflatus milibus, longa duratus militia, & animoſior redditus à pugna proxima, renouato prælio in uniuerſum afflictus eſt, non ſine ingenti gloria Cęſaris, etiam profligatorum confeſsione, qui ſuam cladem illius inuictæ fortunę magis imputabant, quàm ſuæ ignauię. Sic enim iudicabant, res perditas ducum imperitia, qui nec bellum trahẽdo conati ſint hoſtem in alieno ſolo ad cõmeatuum inopiam redigere, nec primam uictoriam curarint abſoluere. his Vticam nunciatis tertia die poſt quàm pugnatum eſt, & Cæſare mox ſecuto nuncios, omnes ad fugã uerſi ſunt, ne Catone quidem retinẽte: qui naues etiam dabat rogantibus nobilibus: ipſe uero conſtanter manebat. & cũ Vticenſes pollicerent̃ prius pro illo quàm pro ſeipſis deprecari, ſubridẽs negauit ſibi opus eſſe ullis conciliatoribus, addens non ignorare id Cæſarem. obſignatis deinde theſauris omnibus, & ſyngraphis ad unam traditis Vticẽſium magiſtratui, ueſpere lotus cœnauit, & ſedens cibum ſumpſit, ut poſt necem Põpeij erat ſolitus, nihil de cõſueta uiuendi ratione mutãs, nec largius nec parcius fruens appoſitis: & familiariter cum his qui aderant garriẽs, de illis qui è portu ſoluerant, interrogabat de uento an ſecundus eſſet eis, quantumq; prouecti eſſent, & an putarent extra conſpectum fore prius quàm mane Cæſar ſuperueniat. ac ne dormitum quidẽ diſcedẽs, quicquam mutauit de more priſtino, niſi quòd filium magis comiter cõplexus eſt. ut uero gladium ad lectum ex more non reperit, exclamauit ſe prodi à domeſticis. quod enim ſupereſſe telum, ſi noctu inuadatur ab hoſtibus? cũq; illi rogarent nequid durius in ſe conſuleret, quieſceret potius ſine gladio, credibilius etiam dixit: quaſi, ſi mori libeat, non poſsim aut parieti caput illidere,

aut ueſtibus me ſuffocare, aut prçcipitare, aut cohibito ſpiritu eneca re. his & alijs dictis perſuaſit eis ut gladium loco ſuo reponerēt. quo facto, popoſcit Platonis librum de Anima, & perlegit: moxq́; ratus dormire qui erant pro foribus, inflixit ſibi uulnus ſub pectore. cum autem inteſtina procidiſſent, & exauditus eſſet quidam gemitus, accurrerunt & alij & medici, qui adhuc recentia in uulnus retruſerūt, conſutumq́; obuinxerunt faſcijs. ille ſe recolligens, ſimulabat errati pœnitentiam, & gratias agebat opem ferētibus, addens ſomno ſibi iam opus. illis uero cum gladio digreſsis, atq; etiam foribus quo magis quieſceret occluſis, dum dormire creditur, ſenſim diſrupit faſcias ſuturasq́; uulneris, & reuulſa è uentre inteſtina more feræ digitis unguibusq́; lacerauit, donec exhalaret animam: anno ætatis circiter quinquageſimo. habitus uir omniū grauiſsimus tenaciſsimusq́; propoſiti, ut qui iuſtum ac honeſtum, nō ex uulgi moribus, metiretur: ſed rectis atq; generoſis rationibus. Marciam tamen Philippi filiam cum uirginem duxiſſet, ualde dilectam, & cōmunium liberorum iam matrem, Hortenſio ceſsit amico, liborum & fœcundę uxoris, quibus eatenus caruerat cupido, donec ex illo quoque matrem factam domum recepit quaſi uſurariam. Huiuſmodi fuit Cato, ab Vticenſibus ſepultus magnifice. cuius morte audita Cæſar ait: inuidit mihi Cato pulchrum ſpecimen. cæterum cum Cicero librum in defuncti laudem edidiſſet inſcriptum CATO, contrà Cæſar accuſationem eius inſcripſit hoc titulo: ANTICATO. At Iuba cum Petreio ubi didicerant quæ acciderant, nullam uidentes reliquam aut fugam aut ſalutem, in cænaculo mutuis conciderunt uulneribus. regnum Mauritaniæ Cęſar tributarium Pop. Ro. reddidit, eiq; Saluſtium Criſpum præfecit: ignouitq́; Vticenſibus & Catonis filio: filiam quoq; Pompeij in ea urbe deprehenſam, cum duobus liberis, ad fratrem mulieris miſit incolumem: ex illis uero trecentis necauit quotquot in eius poteſtatem redacti ſunt. At L. Scipio imperator fluctibus iactatus in hoſtiles naues incidit: quas cum euadere non poſſet, gladio ſe prius manu ſua transfixum, in mare dedit præcipitem. atq; ita in Africa quoq; debellatum eſt à Cæſare. qui reuerſus in Vrbem IIII. ſimul triumphos duxit: de Gallis unum, quorū multas magnas nationes adiecit imperio, deficiētesq́; retraxit ad officium. alium de Pharnace, Ponticū: alium Africanum, de Afris: qui Scipionem bello iuuerant, in quo Iubæ filius Iuba hiſtoricus infans etiam tum traductus eſt. duxit & alium de Aegyptijs, quos in Nilo uicerat nauali prælio, eumq́; inſeruit mediū, Gallicum inter & Poncitū. & quamuis de Romanis triumphatum nō ſit quippe ciuibus, quòd nec ipſi

decorum foret, & populo Romano infauſtiſsimũ, tamen tranſlatæ ſunt in pompa picturæ omnium illarum cladium, atq; etiam uirorũ effigies, abſq; unius Pompeij imagine. hunc enim ſolum oſtentare eſt ueritus, propter recens eius deſiderium publicum. populus tamẽ ne metu quidem cohiberi potuit, quin malis ſuis ingemiſceret, pręcipuè cum agnoſceret L. Scipionem imperatorem in medio mari ſuapte manu ſauciatum in undas è naui cadere, Petreium uero in cœnaculo: Catonem item non ſecius quàm beſtiam unguibus diſcerpere ſuamet ipſius uiſcera. Achillæ uero Pothiniq́; caſus tam plauſibilis fuit, quàm fuga Pharnacis ridicula. ſed & pecuniæ traductæ per hos triumphos LXM. talentorum proditũ eſt, & dimidium talentũ: inſuper coronas aureas MMDCCCXXII. põdo XXMCCCCXIIII. ex quarum pretio mox poſt triumphum perſolutum eſt militi, etiam cũ auctario, quicquid promiſerat, militib. quinquies millenæ drachmæ Atticæ, duplum cẽturionibus, tribunis & præfectis alarum quadruplũ: plebi uiritim mina Attica. edita ſunt & uaria ſpectacula, circenſium, muſicorũ, millenorum peditum inter ſe cõcurrentiũ prælio, ducenorũ item equitum: rurſum aliud equitum et peditum promiſcuè pugnantium. cõmiſsi ſunt & uiceni elephanti, & nauale prælium repræſentatum quadringenis utrinq; remigibus, millenis ſocijs naualibus decertantibus. dedicata & ædes Veneri genitrici ex uoto cõcepto inſtante pugna ad Pharſalum, fanumq́; ædi additum, quod forum Populo Romano eſſe uoluit: non rerum uenalium, ſed agendis litibus, qualia Perſis quoque ſunt fora, ubi redduntur iura, & diſcuntur etiam. ad deæ latus effigiem Cleopatræ ſtatuit, quæ hodiéque iuxtà uiſitur. cenſu deinde acto fermè dimidio minus capitum cenſum eſt, quàm ante huius belli ciuilis initium. in tantum afflixit rempublicam contentio duorum ciuium. Ipſe uero iam quartùm Cos. expeditionem contra iuniorẽ Pompeium fecit in Hiſpaniam, quod unum reliquum erat ciuilium bellorum neutiquam contemnendum. nam optimatium quotquot euaſerant ex Africa, eò cõcurrebant, & exercitus Pharſalicæ Africanæq; cladis ſuperſtes eò conuenerat, ſupplemento addidito ex ualidis ac pugnacibus Hiſpanorũ Celtiberorũq; gentibus: & mancipiorũ quoq; turba ſequebatur caſtra Pompeiana, qui iam quartum annum exerciti, promptiſsimè operam ſuam offerebant ſubituro extremã certaminis aliam: id quod maximè fefellit Pompeium, ut nihil cunctatus auderet uenienti Cæſari occurrere, nequicquam monẽtibus ſenioribus, quos Pharſalica Africanaq; pugna cautiores fecerat, ut bellum trahendo hoſtiles opes attereret, & in alieno ſolo morantes redigeret ad inopiam. Ve-

nerat enim Cęſar ex quo Vrbem exiuit die uigeſimaſeptima, cum im
pedimentis emenſus uiam longiſsimam: nec unquam antè illius ex-
ercitus minus fuit alacris, ut qui exiſtimaret ſibi rem eſſe cum hoſti-
um multitudine armorum perita, & tunc præ deſperatione nihil nõ
auſura. quibus de cauſis ne Cæſar quidem properabat, donec Pom-
peius deliberanti aſſultans exprobrauit ignauiam: quod ille non fe-
rens ſuos in aciem deduxit ante Cordubam, tũc quoq; data Venere
pro teſſera: Pompeianis uero teſſera fuit Pietas. ut uero ſigna collata
ſunt, Cæſarianis præ pauore ſegnius rem aggreſsis, imperator ipſe
deos omnes in uota uocabat, ſublatis ad cęlũ manibus, ne uno igno-
minioſo conflictu abolerentur tot egregiæ uictoriæ: diſcurrensq́;
inter milites hortabatur eos ſublata à facie galea, quo magis agnitus
pudorem eis incuteret: qui nec ſic quidem metũ remiſerunt, donec
ipſe arrepto cuiuſdã clypeo, ſic proximos tribunos increpauit: Iam
nunc & mihi uitę finis erit, & uobis militiæ: ſimulq́; ita procurrit, ut
decem tantum pedes ab hoſte diſtaret, ducentis interim telis appeti-
tus, quorum partẽ declinauit flexu corporis, partem excepit clypeo.
tum uero tribuni certatim texerunt eius latera, & totus exercitus ma
gno impetu prouolãs per totam diem dubio Marte cõtinuauit prę-
lium: ſub ueſperam tandem potitus uictoria. Fertur eius dictum: ſæ-
pe ſe certaſſe de uictoria, tunc uero de uita. poſt eam cladem Pom-
peianis compulſis intra Cordubam, Cæſar ueritus ne hoſtis inde e-
lapſus redintegraret prælium, iuſsit eos circumuallari. at miles iam
feſſus corpora armaq́; cæſorum aggeſta humi haſtis confixit, & ex-
cubauit ad huiuſmodi ualli ſpeciem. ſequenti die urbs capta eſt, ex
Pompeianis ducibus Scapula conſcenſo rogo ſeipſum exuſsit. Vari
& Labieni & cæterorũ nobiliũ capita ad Cęſarem ſunt relata. Pom-
peius è pugna fugit cũ CL. equitibus uerſus Carteiam, ubi claſſem ha
bebat, intrauitq́; in naualia priuato cultu delatus lectica. ſed cũ hos
quoq; deſperare animaduertiſſet, metuens ne dederetur, rurſum na
uicula conſcenſa cœpit fugere. & cum hæſiſſet pedem implicitus fu-
niculo, eum præcidere uolens quidam talum per errorẽ ſecuit: qua-
propter ad uillam quandam appellens, uulnus curauit. ſed cum & il-
lùc ueſtigatores tenderent, fugam arripuit per ſentes & aſpreta ſpi-
nis uulnus pungentibus, tandemq́; laſſus ſub quadam ſedit arbore:
ubi deprehenſus à perſecutoribus ſtrenuè repugnãs occubuit. caput
ad ſe relatum Cæſar ſepeliri iuſsit. ita hoc quoq; bellum uno confli-
ctu, pręter opinionẽ finitum eſt. eis qui cladem hanc euaſere, minor
Pompeij frater prænomine Sextus, fuit receptaculo. uerùm is tum
latitans & fugitans latrocinabatur. At Cæſar in Vrbem properauit:
ſublatis

ſublatis omnino bellis ciuilibus, timendus & illuſtris quantū ad eam diem nemo alius. quamobrem ad emerēdam gratiam omnes humani diuiniq; honores ei congeſti ſunt, ſacrificia, certamina, donaria in omnibus templis & locis publicis, per ſingulas tribus & per omnes nationes, perq; regna ſociorum & amicorum populi Romani: effigies quoq; eius uario habitu proponebantur, nonnullæ querna ciuica ornatæ, quaſi ſeruatoris ſuæ patriæ: quo genere olim ciues honorabant eos qui ſalutem ipſorum protexiſſent. appellatus eſt & pater patriæ, & dictator perpetuus, & conſul in decenniū, & ſacroſanctus: decretumq; ut ius redderet in ſellis eburneis auréiſue, & ut inter ſacrificandum triumphali ueſte uteretur: utq; publice ſolennibus ſacris celebrarentur dies, quibus inſigniores uictorias adeptus fuerat: & ut ſingulis luſtris ſacerdotes ac ueſtales publica uota pro eius ſalute facerent: ut qui magiſtratus inirent, iurarent ſe nullis eius decretis refragaturos. & in honorem natalis eius quintilem mēſem mutato nomine uocari placuit Iulium. templa etiam multa tanquam deo ex ſenatus conſulto decreta ſunt: & in his unū ipſi Clementiæq; cōmune, in quo ſimulacra eorum iungerent dexteras. Ita cuius dominationem timebant, eius expetebant uotis publicis clementiā. nec deerant qui regem appellandum cenſerent, donec ipſe conantibus id interminatus eſt, infauſtum nomen auerſatus, poſt execrationem eius iam inde à maioribus. cohortes etiam prætorias, quibus bellorū tempore pro ſatellitio uſus fuerat, amouit à ſui cuſtodia, contentus ſolis apparitoribus publicis. in eo ſtatu reddenti ius pro roſtris ſenatus præeuntibus conſulibus qua decebat honorificentia decreta ſupradicta obtulit: qui dextram quidem ſingulis præbuit, ſed uniuerſis nec accedentibus aſſurrexit, nec coram ſe ſtantibus: ſed affectationem regni criminantibus dedit anſam hanc quoq;: acceptisq; cæteris honoribus abſq; decenni conſulatu, in annum ſequentem deſignauit conſules: ſeipſum & Antonium ſuum magiſtrum equitum, Lepido iuſſo in Antonij dignitatem ſuccedere, qui tum per amicos adminiſtrabat Hiſpaniam prouinciam. exulibus quoq; reditum conceſsit, exceptis cauſis nefarijs: & aduerſæ factioni ueniā, multisq; qui arma contra ipſum tulerant. eodem tempore alijs annuos magiſtratus, alijs prouinciarum exercituumq; præfecturas credidit: id quod maxime populo ſpem fecit, fore ut reſtituat eis rempublicam, quemadmodum Sylla parem potentiā adeptus fecerat. ſed ea ſpes ipſos fefellit. cæterū quidam ex his qui rumorē de regno confirmatum uolebant, eius ſtatuæ laureā impoſuit, intertextā albis faſcijs: quē trib. pl. Marullus Cæſetiusq; requiſitum & inuentum coniecerunt in carce-

rem,quaſi gratificaturi Cæſari,ſi quis mentionem regni faceret.muta interminatus ille,factum eorũ ęquo tulit animo : atq; etiam alios in comitio ſe regem ſalutantes, ut ſenſit ſecutum inde plebis gemitum,arguto dicto repulit, non Regem ſe eſſe ſed Cæſarem:quaſi erratum eſſet in cognomine . cæterum cum Marullus huius quoq; ſalutationis primos autores tanquam reos per apparitores ad ſuum tribunal trahi iuberet, Cæſar impatiẽtior iam apud ſenatum de Marullo collegisq; eſt queſtus,quòd malo dolo inuidiam affectatæ tyrannidis ei facerent. & addidit: dignos quidem eſſe pœna extrema, ſatis tamen fore ſi à magiſtratu ſimul & ſenatu ſubmoueantur. quæ res maxime confirmauit opinionem affectatæ huius appellationis, quaſi animo tyrannico tentaretur multitudinis patientia.nam & Regem nominaſſe crimen erat, & tribunorum plebis poteſtas ſacroſancta ſacramento antiquo & priſcorum legibus : & augebat indignationem non expectari magiſtratus propinquũ terminum. quod & ipſe ubi ſenſit, facti pœnitens quòd tum primum pacis tempore poteſtatem exercuiſſet moroſius, fertur amicis mandaſſe ut caute agerent, quando inimici anſam quæſitam iam habeant. quibus rogantibus,num permitteret ſe denuo ſtipari Hiſpanicis cohortibus, reſpodit:nihil miſerius continua cuſtodia. id enim eſſe ſemper ſolliciti.nec tamen ceſſarunt conatus regnum illius aſſerentiũ.ſed cum pro roſtris lupercalia ſpectaret in ſella aurea, Antonius ipſius in cõſulatu collega, diſcurrens nudus & unctus, ut mos eſt per id ſolenne lupercis, conſcendensq; roſtra diadema capiti eius impoſuit. ad quod ſpectaculũ cum paucorũ plauſus ſequeretur, pluriũ gemitus, ille abiecit diadema: quod Antonius ei rurſus impoſuit, Cæſar uero iterũ abiecit. his ita cõtendentibus populus ſpectabat ſilens & incertus quònam res euaderet. ut uerò uidit peruiciſſe Cæſarẽ, acclamauit ſuauiter,fauſta illi cõprecans omnia, quòd reieciſſet alterũ. poſt hæc ſiue deſperans ſiue pertęſus ab incepto deſtitit uitans inuidiam: & uel ut Vrbẽ propter inimicos ſuſpectã relinqueret,uel ut firmiori uteretur ualetudine,quæ comitiali malo & repentinis animi deliquijs nunquam magis tẽtabatur quàm in ocio, cogitauit expeditionem longinquam contra Getas & Parthos. Getas duram & bellicoſam uicinamq; gẽtem uolens prior aggredi : de Parthis uero pœnas ſumere,propter ea quæ in Craſſum contra fœdus patrauerant. præmiſit ergo trans ſinum Adriaticum legiones ſedecim,& equitum decem milia:moxq; alius rumor ſparſus eſt, Sibyllinum extare oraculum,niſi regis ductu à Romanis Parthos non poſſe ſubigi.unde quidam auſi ſunt palàm iactare,oportere eum Romanorũ quidẽ Dictatorem

torem Imperatoremq; appellari,aut ſi quod nomen ſit regio plauſi-
bilius: cæterarum uero gentium quæ ſub Romano cenſentur impe-
rio,diſerte regem nominari.Ille hoc quoq; recuſato,omnino cura-
bat ut quàm primũ exiret Vrbem, in qua laboraret inuidia. uerùm
quatriduo ante diem profectioni deſtinatam confoſſus eſt ab inimi-
cis in curia: ſiue ob liuorem tantæ felicitatis ac potentiæ iam nimiæ
comitem: ſiue, ut illi præ ſe ferebant, deſiderio priſtinæ reipublicæ.
uerebantur enim ne deuictis his quoq; gẽtibus citra cõtrouerſiam
rex fieret.itaq; hoc opus aggreſsi uidẽtur per occaſionẽ ſolius nomi
nis, cum reuera dictator nihil à rege differat. eius cõiurationis duo
fuere principes, M. Brutus Cepio, Bruti illius Syllanis temporibus
interfecti filius, qui ad Cæſarem ipſum cõfugerat poſt cladem Phar
ſalicam: & C. Caſsius,qui ei triremes in Helleſponto tradiderat,am
bo Pompeianarum partium.ex ipſius uero intimis amicis,Decimus
Brutus Albinus: omnes ſemper in honore ac fide apud eum habiti,
quorum in maximis rebus opera uſus fuerat: & iturus ad Africanũ
bellum, eis exercitus dederat, Galliasq; prouincias commiſerat, De
cimo Bruto tranſalpinam, Marco ciſalpinam.erant tum deſignati
prætores urbani Brutus & Caſsius, contendebantq; de iuriſdictio-
ne, quæ inter ciues uocatur honeratior quàm altera: ſiue id per am-
bitionem faciebant, ſiue fictè, quo minus uiderentur conſpirare
per omnia.Cæſar delectus arbiter,amicis dixiſſe fertur:æquum qui-
dem poſtulare Caſsium,ſe tamẽ Bruto gratificaturũ. ita in omnibus
rebus eũ honorabat ſumma proſequens beneuolentia. nam & filius
ipſius putabatur, quòd adamatus fuiſſet à Seruilia Catonis ſorore,
quo tẽpore Brutus ex ea eſt genitus. qua propter in Pharſalica uicto
ria diligẽter mãdaſſe ducibus dicitur,ut omnino ſeruarẽt eũ incolu-
mem.ille tamen ſiue ingratus, ſiue ignorãs, aut nõ credẽs, aut pudo
ri ſibi ducens matris impudicitiam,ſiue libertatis amore patriam pa
tri præferens,ſiue quòd eſſet illius priſci Br uti regũ expulſoris pro-
genies: irritatus etiã opprobrijs populi, qui ſtatuis antiqui Bruti, &
huius prætoris tribunali clàm aſſcribebat uerba huiuſmodi: Brute
largitionibus corrumperis, Brute mortuus es,utinam nunc adeſſes:
aut degeneres habes poſteros, aut non es eorum progenitor. his in-
quam & huiuſmodi alijs iuuenis ille accenſus eſt ad facinus, quaſi di
gnum ſuis maioribus. necdũ refrixerat regni mentio, cũ paulo ante
q̃ ſenatus habẽdus eſſet, Caſsius apprehenſo Bruto: Quid faciemus,
inquit,ſi adulatores Cęſaris de regno eius retulerint? tũ Brutus nega
uit ſe interfore ſenatui. cũq; denuo rogaret ille, Quid ſi uocemur ut

prætores, quid tum faciemus ó bone? Propugnator, inquit, ero patriæ ad mortem uſq;. tum Caſsius eum complexus: Ecquem, inquit, ex optimatibus aſciſces ad hoc cõſilium? niſi forte putas opifices aut caupones tuum tribunal occulte inſcribi illa re, & non potius optimum quemq; ciuium, qui ab alijs prætoribus Circenſes aut Africanorum uenationes expectãt: à te uero libertatem, ut rem maioribus tuis debitã. ita quę dudum in animo habuerãt, tum primũ aperuerũt ſibi inuicem, ac mox amicorũ quoq; prætentabant mentẽ, atq; Cæſarianorũ etiã, ut quenq; norãt in utraq; factione audaciſsimũ: pertraxeruntq; in ſocietatẽ è familiaribus duos fratres Ceciliũ & Bucolianũ. Pręterea Rubriũ Regẽ, Q. Ligariũ, M. Spuriũ, Seruiliũ Galbam, Sextium Naſonem, Pontium Aquilam, omnes hos ſuæ factionis: ex Cæſarianis uero amicis Decimũ, de quo iam dixi, C. Caſcam, Trebonium, Tullium Cimbrum, Minucium Baſilum. ut uero uiſi ſunt ſatis ſociorũ habere, non cõmunicandã rem pluribus rati, cõſpirauerunt abſq; iureiurãdo & uictimis, nemo tamen aut mutauit animũ, aut negotiũ prodidit, tempus tãtum captabatur & locus. & urgebat breuitas temporis, inſtante profectione Cæſaris ad diem quartum, quando adhibiturus erat ſatellites ad corporis cuſtodiam. locus aũt curia placuit: quòd exiſtimarent ſenatores quamuis non præmonitos, tamen cõſpecto facinore adiuturos cupide: quod & Romulo accidiſſe fertur, poſtq̃ regiam poteſtatẽ in tyrannidem uerterat. itaq; hoc facinus illi fore ſimile, præſertim non clàm patratum, ſed in ipſa curia, idq; ex re publica: nec periculũ fore à Cæſariano exercitu, ut parte Romani populi: cæterũ præmia manere ipſos autores tanti facinoris manifeſtarios. quapropter cunctis locũ rei gerẽdę Curiã deſtinantibus, de modo aggrediendæ nõ cõueniebat, alijs Antonium etiam unà tollendũ cẽſentibus, collegam Cæſaris & amicorũ potentiſsimũ, militibusq; familiariſsimũ. Bruto uerò cõtradicente, ex ſolo Cæſare tyrannicidarũ decus petendũ, quaſi regẽ occideret: quòd ſi & amicos eius interimerẽt, fore ut inimicitijs priuatis & Põpeianæ factioni facinus id imputet. & uicit hæc ſententia, nec aliud expectabatur q̃ ut ſenatus coiret. pridie uero Cęſar cænaturus apud Lepidũ magiſtrũ equitũ, Decimũ Brutũ Albinũ ſecũ adduxit, ortaq; inter pocula quæſtione, quæ mors homini eſſet optima: alijs aliud genus præoptãtibus, ipſe unus repentinã alijs prætulit. atq; ita ſibimetipſi uates factus, de craſtinis negotijs amplius confabulatus eſt. ab ea cõpotatione languidiorẽ uxor Calpurnia cruentis moleſtata ſomnijs, non ſinebat progredi. ſacrificanti quoq; nec litanti multa ſigna oblata ſunt horrenda: iamq; Antonio mandaturus erat ut ſenatum dimitteret

mitteret, cum Decimus Brutus ei perſuaſit, ſatius eſſe ad euitandam ſuperbiæ contemptiq; ſenatus opinionem, ut ipſe iret dimitteretq;. quamobrem lectica delatus eſt in curiam. Ludi tum erãt in Pompeij theatro, & ſenatus imminentes huic ædes petijt, ut mos eſt ſpectaculorum tẽpore. eò mane Brutus & Caſsius prætores in porticu ante theatrum magna tranquillitate ius reddebant petentibus: ſed ubi cognouerunt Cæſarem non litare, ideoq; ſenatum differri, ualde turbabantur: cum quidam apprehenſa manu Caſcæ: Tu, inquit, me amicum celaſti, ſed Brutus mihi retulit. & Caſca quidem præ cõſcientia repente exhorruit. tum alter ſubridens: Vnde igitur tibi erit ad ædilitatem pecunia? & Caſca ei retulit. ipſos uero Brutum & Caſsium cogitabundos & inter ſe colloquẽtes, cùm ſeduxiſſet unus ſenatorum Popilius Læna ſic allocutus eſt: Deos precor ut bene uertãt quod habetis in animo: ſimulq; iuſsit accelerarent. illi turbati præ metu ſiluerunt. cùm uero iam in lectica deferretur Cęſar, domeſticorũ quidam indicaturus quæ de inſidijs paratis didicerat, curſim uenit ad Calpurniam: nec aliud prolocutus quàm opus ſe habere Cæſaris colloquio, de rebus urgẽtibus: expectabat eius è curia reditum, quia nõ perfectè rem intellexerat. cæterùm hoſpes eius Artemidorus Gnidius in curiam accurrẽs, ſuperuenit recens occiſo. alius tabellas etiam inſidiarum indices ante curiam ſacrificanti obtulit: ſed ille nihil moratus introgreſſus eſt. tabellæ pòſt repertæ ſunt in manu occiſi. exſcendenti uero è lectica occurrit Lænas, is qui paulo antè Caſsio bene precatus fuerat, cum eoq; ſolus ſerio locutus eſt. quo uiſo territi ſunt cõiurationis principes, maximè quòd longior eſſet ſermo: iàq; ſibi inuicem innuebant, ut ſeipſos priuſquam comprehenderentur transfigerent. ſed ùcm magis ac magis obſeruantibus geſtus Lænatis ſimilior uideretur precanti aliquid quàm indicanti, differebant. ut uero poſt ſermonem uiderunt agentem gratias, receperunt animum. eſt autem mos magiſtratibus curiam intraturis, prius uti aruſpicum opera, ac rurſum in prima Cæſaris uictima cor defuit, uel ut alij dicunt, caput extarum. id cùm aruſpex interpretaretur letale ſignum, ridens ille ait, in Hiſpania quoq; cum Põpeio dimicaturo ablatum ſimile. cumq; aruſpex reſpondiſſet, tum quoq; magnum eum adiſſe diſcrimen capitis, nunc uero maius etiam exta minari, Cæſar iuſsit aliam mactari uictimam: & cum ne tum quidem litaret, ueritus ſenatum morari diutius, inimicis amicorũ ſpecie urgentibus, introgreſſus eſt contempto periculo. neceſſe enim erat euenire ei quod euenit. ad Antonium uero pro foribus cõfabulatione diſtinendum relictus eſt Trebonius: cæteri Cæſarem in ſella circumſtiterunt ex

more amicitiæ, ſub ueſte inſtructi paruis gladijs. ibi Tullius Cimber
ex aduerſo ſtãs, fratri exulanti rogabat reditum: & pernegãtis, quaſi
amplius deprecaturus, apprehẽdit togam purpuream: eamq́; in cer
uicem eius retorquendo ac trahendo exclamauit: Quid ceſſatis ami-
ci? Caſca uero primus omnium gladio ſuperne eius iugúlum petijt,
ſed aberrãs pectus uulnerauit. tum Cæſar repulſo Cimbro, & Caſcæ
manu correpta, de ſella deſilijt, & in ipſum Caſcam fecit impetum. in
ea colluctatione alius latus eius perfodit gladiolo, Caſsius uulnus in
flixit in faciem, Brutus femur ſuffodit, Bucolianus ſauciauit occiput:
ita ut Cæſar furens frendẽsq́; feræ modo, nunc in hunc, nunc in illũ
ſe obuerteret. porrò poſt ictum Bruti, iam deficiens ueſte caput ob-
uoluit, & ſinu deducto honeſte cecidit ad Pompeij ſtatuam. illi uero
in iacentẽ etiam pergebãt ſæuire, donec XXIII. plagæ inflictæ ſunt
corpori: ita ut dum certatim appetitur, per errorem alius percuteret
alium. Perpetrato autẽ ab homicidis hoc ſcelere, in ſacrato loco &
in ſacroſanctum hominem, fuga orta eſt & in curia & per totam Vr
bem: ſenatores etiam in eo tumultu uulnerati ſunt aliquot, & occiſi
alij. facta eſt & aliorum ciuium ac exterorum cædes, non conſultò,
ſed ut fit in tumultu publico incertis autoribus. nam & gladiatores
mane armati quaſi futuri ſpectaculo, è theatro excurrerunt ad ſena-
torum podium, & ſpectatorum turba metu attonita curſim diſperſa
eſt. tum res uenales diripiebantur, fores omnes claudebantur, tecta
petebantur ad arcendos impetus. Antonius quoq; ſuas ædes munie-
bat, coniectans & ſe neci deſtinatum unà cum Cæſare: Lepidus item
magiſter equitum, ut factum cognouit in foro, euaſit in inſulam flu
minis, ubi legionem habebat: quam traduxit in campum, quo expedi
tior eſſet ad mandata Antonij. nã ei cedebat ut amico Cæſaris & tum
conſuli. militibus etiam libebat ulciſci necem tam indignã Cæſaris,
ſed uerebantur ſenatum fauentem homicidis, ideoq́; expectabãt am-
plius: circa ipſum uero Cæſarem nihil militum fuerat. nec enim de-
lectabatur ſatellitio, contentus ſolis apparitoribus: & deducebatur
etiam à pleriſq; magiſtratibus, aliaq́; turba tam exterorum quàm ci-
uium, multis quoq; libertis & ſeruis è domo ad curiam proſequen-
tibus: quibus uno momẽto diffugientibus, ſoli tres ſeruuli eum non
deſeruerunt: qui corpus in lecticam impoſitum tranſtulerunt, impa
riter ſuccollantes terræ mariſq́; pauloantè dominũ. percuſſores au-
tem eius uoluerant quidem aliquid in ſenatu dicere: ſed cùm nemo
ibi maneret, togis circum læuas manus obuolutis uice clypei, cruen-
tos gladios tenentes currenteſq́; uociferabantur: regem & tyrãnum
ſe occidiſſe, præferente quodam in haſta pileum, recuperatæ liberta
tis inſigne

tis inſigne: ſimulq; hortabantur populum ad reſtituendam rempublicam, reuocando in memoriam Brutum illum primum, & iuſiurãdum, quo tunc ciues uniuerſos, unà cũ omni poſteritate obſtrinxit. currebant cum eis atiam aliquot alij gladijs arreptis, quamuis nõ eſſent facinoris ſocij, tamen cupientes uideri participes gloriæ: & in his Lentulus Spinter, Fauonius, Aquinus, Dolobella, Murcus, Peticus: quibus gloria quidẽ frui non contigit, ſed pœnas dederunt eaſdem cum ſontibus. quoniã autem plebs eis ſe non adiungebat, hæſitabant inopes conſilij & metuebãt: de ſenatu quidem, quamuis per ignorantiam & tumultum ſtatim diffugerat, bene ſperãtes: uel quòd ipſis cognati amiciq; eſſent pleriq; eius ordinis, uel quòd & illi moleſte ferrent tyrannidem. plebem autem ſuſpectam habentes & emeritos Cæſaris, quorum tũc in Vrbe magnus aderat numerus, partim recens dimiſſorũ & agris donatorum: partim iam ante deductorum in colonias, ſed tunc præſentium ut proſequerentur Cęſarem. Lepidus quoq; timebatur cum urbana legione, & conſul Antonius, ne omiſſo ſenatu ad plebem ſe conferens aliquid damni daret. in hoc rerum ſtatu Capitolium cum gladiatoribus occupant: ubi conſultantibus placuit plebem largitionibus tentare. ſperabant enim, ſi aliqui ex plebe inciperent factum laudare, cæteros exemplum eorum ſecuturos, amore libertatis & deſiderio reipublicę: quòd putarent omnino talem adhuc populum Romanum, qualem audierant fuiſſe quo tempore Brutus reges expulit: nõ intelligentes expectare ſe duas res inter ſe cõtrarias, ut ijdem libertatem ament, qui largitionibus corrumpantur: quarum hæc altera multo erat facilior, ut in deprauata iam dudum republica. nam urbana multitudo iam mixta eſt omnigenis exteris: & libertini æquo iure degunt cum alijs ciuibus, & ſeruus cultu eodẽ utitur quo & dominus, exceptaq; ſenatoria ueſte cęterarum uſus eſt promiſcuus. præterea propter frumentum quod pauperibus in ſola Vrbe diſtribuitur, otioſa, mendica, temerariaq; plebs eò confluit ex Italia. huc accedebat multitudo emeritorum, qui non dimittebantur ut olim in ſuam quiſq; patriam, nimirum non pauci parum innocenter exactæ militiæ ſibi conſcij: ſed cõmuniter in alienos agros domosq; mittendi cateruatim diuerſabantur, per fana & porticus ſub uno ſigno & uno deducendæ coloniæ principe. qui rebus ſuis quo expeditiores ad profectionẽ eſſent diuenditis, uenales erant ad quamuis operam: quare non magno negotio multi id genus à Caſsianis ſtatim in forum contracti ſunt. hi quamuis mercenarij, laudare tamen factum non audebant, ueriti Cæſaris gloriã & aduerſariorum conatus, ſed quaſi amore cõmodi publici pacem acclà-

mabant

mabant,eamq; à magiſtratibus rogabant,hac arte conſulentes homicidarum incolumitati: quòd pax coire non poſſet,niſi per obliuioné iniuriæ. in hoc ſtatu primus omnium eis ſuperuenit Cinna prætor affinis Cęſaris,& præter expectationem progreſſus in medios: exuit purpuram prætoriam, quaſi contẽnens à tyrãno datam: inuectusq; in Cæſarem,tyrannũ uocitabat,& interfectores tyrannicidas,laudibus attollẽs eorum facinus, ut ſimillimum ei quod maiores illorum quondam perpetrauerant: ſimulq; tam egregios uiros ut bene meritos uocari iubebat è Capitolio,& ornari præmijs. in hanc ſentẽtiam Cinna locuto, turba uidẽs plebem incorruptam abeſſe, uocare illos noluit,tantum pacem petebat acclamationibus. Sed poſtquam Dolobella uir iuuenis & clarus,ab ipſo Cæſare abituro deſignatus Cos. in eius anni reliquũ,cum purpura & inſignijs progreſſus,poſt Cinnam in autorem ſuæ dignitatis grauiter multisq; conuitijs concionatus eſt,facinori ſe ignoſcere ſimulans, cui ſe quoq; interfuiſſe cuperet: & ut quidam produnt,rogationem tulit ut in poſterum ea dies natalis Vrbis haberetur: tum uero mercenaria turba animos recepit,quaſi prætore conſuleq; ſibi ueniam dantibus:iuſsitq; Caſsianos ex tẽplo deſcendere. illi uero gaudebant facto Dolobellæ,rati ſe opportune nactos conſulem ętate uigentẽ,& alioquin nobilem, quem opponant Antonio. Sed Caſsius tantum deſcẽdit, & cum eo M. Brutus manum cruentam præ ſe ferens,uulneratã à Caſsio, dum eodem momento plagas infligunt Cæſari. qui ubi uenerunt in mediũ, neuter dixit quidquam humile: ſed quaſi abſq; controuerſia honeſtum facinus laudabat alter alterius, Vrbem fortunatã inde prædicando: & Decimo Bruto præclarum ferebant teſtimonium, quòd gladiatores ſibi præbuiſſet in tempore: hortabãturq; populum ut maiorum ſuorum uellet eſſe ſimilis: qui reges eiecerunt, & quidem non ui regnum adeptos ut Cæſar, ſed electos legitimè. cenſebantq; uocandũ Sextum Magni Pompeij reipublicæ propugnatoris filiũ, qui eo tempore à Cæſarianis impugnabatur in Hiſpania: ſimulq; Cæſetium ac Marullum tribunos plebis à Cæſare magiſtratu priuatos & tunc exules. his dictis reuerſi ſunt in Capitolium: non enim fidebant præſenti multitudini. cumq; iam permitteretur domeſticis eorũ & cognatis in tẽplum ad ipſos cõmeare, electi ſunt, qui legatione pro eis fungerentur ad Lepidum & Antonium de cõcordia, & cura libertatis, præcauendisq; incommodis patrię, quę ſequi ſolent diſcordiam. id quod legati conabantur impetrare, non laudantes quidem factum: (nec enim audebãt apud amicos Cęſaris) ferendũ tamẽ cenſentes, & uenia dignos eius autores, non illius odio prouectos eò, ſed amore

patriæ

patriæ, miſerabanturq́; conditionem Vrbis iam antè exhauſtæ continuis ſeditionibus, ſi ne reliquis quidem parceretur bonis ciuibus. periniquum enim eſſe propter priuatas ſimultates, rempub. in diſcrimen adducere: nec abutendum occaſione ad explenda odia, ſed potius reip. donandas priuatas iniurias. Antonio uerò Lepidoq́; non deerat uoluntas ulciſcendi Cæſarem, ut iam dictum eſt: ſed timebāt cognatos & amicos aduerſariorum, ſenatusq́; erga illos ſtudia, maximè Decimi Bruti, tenentis cum magno exercitu uicinam Galliam, demandatam ſibi à Cæſare. itaq́; placuit occaſionē expectari amplius, & tētari ſi qua arte poſſent Decimi exercitum in partes ſuas pertrahere, iam feſſum longis laboribus. Tum Antonius fecit hæc uerba: Ergo ex odio priuato nihil agamus, ſed propter piaculū & ſacramentum, quod Cæſari omnes diximus, ſeruaturos nos eum incolumen, aut ulturos ſi quid ei ſecus acciderit, religio poſtulat ut ſcelere contacti pellantur: et potius uiuamus cum puris paucioribus, quàm faciamus nos omnes diris obnoxios. & quia uobis ita placere uideo, conueniamus in curiam, & habita ratione religionis publicæ, ualeat ea ſententia, quę omnium conſenſu uidebitur potior cęteris. Sic ille diſerte reſpondit: legati uerò gratijs actis abierunt ſecuri cum ſpe optima, credentes ſibi fauorem ſenatus nunquam defore. Tum Antonius iuſſit cæteros magiſtratus per noctem excubias in Vrbe agere, & uiciſsim in foro pro tribunali ſedere tanquam interdiu, accenſis per totam Vrbem ignibus, totaq́; nocte diſcurrebant familiares homicidarum ad ædes ſenatorias, deprecantes pro ipſis pariter & republica. nec minor fiebat diſcurſus à colonorum præcipuis, multa minantibus niſi obtinerent agros & conceſſos iam & promiſſos inſuper. Iam uerò & ciuium pars incorruptiſsima ſe recollegerat, poſtq̃ coniuratorum paucitatem intellexerunt, & recordatione meritorū Cæſaris ſubeunte animos, ſcindebatur in uarias ſentētias. eadem nocte pecuniæ Cæſaris actorūq́; eius cōmentarij in ædes Antonij trāſlati ſunt, ſiue Calpurnia quærente eis locum tutiorem, ſiue id iubente ipſo Antonio: & ante lucem edicto eius ſenatus in ædem Telluris conuocatus eſt, propinquam domo ipſius. nam neq́; curiam adire audebat ſubiectā Capitolio, in quo gladiatores erant cum cōiuratis, neq́; introducto exercitu Vrbem perturbare, quem tamen introduxit Lepidus. diluculo uerò cū alijs ſenatoribus in Telluris ædē properauit etiam Cinna, reſumpta ueſte quam ut à tyranno datam abiecerat pridie. hunc conſpicati aliquot ex incorruptis ciuibus, qui militarant Cæſari, ferentes indigne quòd licet affinis, primus tamē eius exiſtimationem maledica concione læſiſſet, inſectati ſunt lapidatio-

ne: compulſoq; in domum quandam ligna cōgerebant, exuſturi ni Lepidus cum exercitu ſuperueniens cohibuiſſet. Hoc fuit principium audendi Cæſarianis, quo & mercenaria turba & homicidæ ſunt territi. porrò ſenatus modica pars ab affectibus uiolentis pura indignabatur, plerique uarijs modis iuuabant homicidas: ac primū cenſebant eos, ut bonę fidei, adhibendos in ſuum conſiſtorium, quo ex reis iudices fierent, ne Antonio quidem reclamante, quippe qui ſciret non uenturos: nec uenerunt. deinde ut tentaretur uoluntas ſenatus, alij uehementer & manifeſte laudabant facinus, tyrānicidarum id dicentes: & decernentes eis præmia. alij ſine mentione præmiorum, quæ ne ipſi quidem poſtularēt, gratias tantum eis agendas cenſebant & bene meritis de republica. alij hoc etiam detrahentes, incolumitate tantum eos donabant. his cōmentis ſenatum aggreſſi expectabant quam potiſsimum ſentētiam complexus: faciliorē ſe paulatim præberet ad reliqua. ibi pars ſincerior facinus ut piaculare auerſata, reuerentia tamen nobilium familiarum, non obſiſtebat quominus impunitate donarentur malefici: id uerò moleſte ferebant, ſi illi honorarentur etiam ut bene meriti. alij contradicebant, cum incolumitate concedenda eis & cætera, quo maior adſit ſecuritas. ut uerò unus dixit, horum honores coniunctos eſſe cum contumelia Cæſaris, reclamatum eſt, magis rationem habendam ſuperſtitum quàm mortui. cumq; alter quiſpiam conſtanter dixiſſet, alterutrum neceſſario decernendum, aut Cæſarem fuiſſe tyrānum, aut iſtis ex clementia donandam ueniam: hoc dicto arrepto cæteri poſtulabant, ut ſuffragia ferrentur de exiſtimatione Cæſaris, à iuratis prius ſe ſincere iudicaturos: non obſtante religione anteactorum, quæ neceſſitas expreſſerat: quandoquidē ex quo ille rerū potitus eſt, nihil ſpōte decreuerint, ſed metuentes ſibi Pompeij & multorū aliorum exitum. Ibi Antonius animaduertens rem ex inſidijs, nec ignarus multā & certam materiam inde præberi ſermonibus, auertere eos ſtatuit ab hoc propoſito, ad curam de ſeipſis atq; ſollicitudinem. itaq; cum ſciret magnam eorum partem ad magiſtratus urbanos, ſacerdotia, prouinciarū exercituúmue præfecturas promotā à Cæſare: nam ut in diuturnam expeditionem profecturus, in quinquenniū magiſtratus deſignauerat, ſilētio pro poteſtate indicto: Qui poſcunt, inquit, ſuffragia de Cęſare, ante omnia ſciant, quæ pro legitimo magiſtratu ille egit ac probauit rata fore omnia. quò d ſi ut tyrannus damnabitur, cadauer proijcietur in Tiberim, & acta eius reſcindentur omnia. pertinent autem, ut cōpendio dicam, ad omnes terras & maria, & pleraq; ne ſi uelimus quidem, reuocare nobis erit integrum, id quod paulò

paulò pòſt docebo. nunc quod ſolum eſt in noſtra facultate, quia ad nos ſolos pertinet, primum omniũ ad uos refero, unde facilè coniecturã ſumetis, de negotijs difficilioribus. Nos fermè omnes aut geſsimus magiſtratus demandatos à Cæſare, aut gerimus etiam, nonnulli ad gerendos deſignati ſunt. ſcitis enim in quinquenniũ ordinatos & urbanos & prouinciales, annuasq; dignitates ac præfecturas exercituum. has omnes ſi ſponte deponitis (id enim uobis in manu eſt) tum demum cenſeo iudicia ueſtra examinãda ſuffragijs, deinde alijs de rebus referam. ſic ille iniecto, nõ de Cæſare, ſed de ipſis, ſcrupulo obticuit. moxq; unà omnes exilientes conclamarunt, non eſſe opus negotium faceſſere populo nouis comitijs, ſatius eſſe retinere quæ ſemel acceperant. & erant inter hos qui eo acrius concitarent, quòd per ætatem immaturã, nihil poſſent ſibi polliceri de comitijs: inter quos præcipuus erat ipſe cõſul Dolobella. natus enim XXV. annos conſulatu ſaluis legibus potiri nequibat. Itaq; breui mométo pridianus fauor mutatus eſt, multis deſtomachantibus, ſi in homicidarum gratiam, honores magiſtratibus adimerentur, quo ſpetioſior foret illorum incolumitas. ediuerſo alij tum Dolobellam tum cæteros beneſperare iubebãt, tanquam uſuros beneficio populi, & eaſdem dignitates mox recepturos. non enim perſonarum deſignatarum mutationem fore, ſed comitiorum tantũmodo, legitimis ſuccedẽtibus loco eorum quæ tyrannide preſſa fuerant: idq; futurum etiam ipſis magis honorificum, qui nõ minus digni honoribus uiderentur, ſalua republica, quàm ſub unius dominatione. uix hæc dicta fuere, cũ aliquot prætores inſignia ſua depoſuerunt in ſubſellijs autorũ eius ſententiæ, quaſi cum alijs ea recepturi magis legitime. alijs uerò dolus ſuboluit, ſentientibus rem ſemel omiſſam è manibus, nunquam in poteſtatem eorũ redituram poſtea. Interim Antonius & Lepidus exiuerunt curiam, euocati à quibuſdam, qui in forum confluxerant. ut uerò in loco ſuperiore ſunt conſpecti, ægrè uociferantibus impoſito ſilentio, unus quiſpiam, ſiue ſua ſponte, ſiue ſubornatus exclamauit: cauerent calamitates prioribus ſimiles. tum Antonius dimota parte tunicæ, loricam oſtendit ſub ea, irritans multitudinẽ, quaſi ne conſulum quidem niſi armatorum ſalus in tuto eſſet. ibi alijs ulciſcendum facinus acclamantibus, pleriſq; rogantibus ueniam pacemq;, ad hos poſteriores ita locutus eſt: De pace curabitur ut & fiat, & ſemel facta diuturna maneat. eſt enim difficile eius ſecuritati proſpicere, quando ne Cæſari quidem profuit iuſiurãdum exegiſſe, uel cum diris execrationibus additis. Deinde uerſus ad uindictam expetentes, laudauit ut religionis & pietatis obſeruantiores: adiun-

xitq; hæc uerba: equidem libenter pro uobis facerem, & ante alios idem clamarem, ni conſul eſſem, cui ex officio curandum eſt, non tam quod iuſtum eſt, quàm quod utile. Sic enim iubent qui ſunt in curia. Sed hoc & Cæſarē ipſum perdidit, qui deuictis ciuibus parcens reſpectu utilitatis publicæ, ab ipſis oppreſſus interijt. huiuſmodi artibus Antonio partem utrinq; aggreſſo, qui ulciſci necem cupiebāt, Lepidum ultorem eſſe uolebant. is cum pararet eos alloqui, turba quæ longius conſtiterat, poſtulabat ut è ſuperiore loco in forum deſcenderet, quo facilius exaudiret ab omnibus pariter. cumq; putans mutatos plebis animos, ſtatim pro roſtris gemibundus in omnium conſpectu defleſſet caſum miſerabilem, tādem ſubiecit: Hic heri cum Cæſare ſteti, ubi nunc cogor de eius nece inquirere, quid iubetis? acclamantibusq; multis, ulciſci Cæſarem, reclamarunt mercenarij, pacem publicam. ad hos ille, Placet: ſed qualem pacē dicitis, aut qualibus ſacramentis firmabitur? nam quæ nobis patria ſunt, omnia iurauimus Cæſari, conculcata nunc ab ijs qui iurarunt inter præcipuos. deinde uerſus ad eos qui ultionem poſcebant, Cæſar noſter, inquit, migrauit, ſacratus re uera & honoratus uir: ueremur autē ne ſuperſtes ei reſpub. detrimētum aliquod accipiat. ſed de hoc Patres conſultant, idq; cauendum cenſent pleriq;. acclamatum eſt rurſum: uel ſolus rem aggredere. Volo inquit, & fas eſt mihi uel ſoli: ſed non ſatis eſt me & uos ſolos id uelle aut aggredi. hoc modo & hunc aſtu tergiuerſantem mercenarij quòd ſcirent honoris cupidum laudabant, offerētes ei Cæſaris ſacerdotiū. Ille gauiſus ait: Memineritis mihi huius rei & in poſterum, ſi dignus uidear. iamq; audacius ob hāc ſpem mercenarijs pacem flagitātibus: Quamuis, inquit, ius & fas uetat, faciam tamen quod iubetis. hoc dicto properè in curiam reuerſus eſt, ubi Dolobella interim parum decore contendit, ut magiſtratum retineret, & Antonius expectans quid factura eſſet plebs, cum riſu eum ſpectauit. nam diſcordes erant, & ideo ſpectatorem tātum egit, ac ne plebs quidem quicquam auſa eſt. Ergo coniuratos ſeruare neceſſariò ſtatuit, ſed neceſsitatem hanc diſsimulans, & incolumitatem eis pro magna imputās gratia, acta uerò eius rata habere, eaq; ſenatus conſulto confirmare, indictoq; per præconem ſilentio, rurſum ſic orſus eſt: Equidem diſceptantibus uobis P.C. de errato ciuium, non interpoſui meam ſentētiam, cæterùm poſtquam illis omiſſis ſuffragia popoſciſtis de Cęſare, unum hactenus ex actis eius propoſui, quod unum tantas inter uos contentiones exciuit, nec immerito. ſi enim deponemus noſtros magiſtratus, nos tot ac tales uiros indignos eis fatebimur. conſiderate nunc reliqua, ne recenſeri quidem

dem facilia, in tanto ciuitatum, prouinciarum, regum, Dynaſtarũq; numero, nam fermè omnes populos ab Oriente in Occidentem Cæſar uirtute ſubactos & potentia, legibus & beneficẽtia liberalitateq; ſibi deuinxit: quorum putatis aliquos laturos eripi ſibi quæ ſemel acceperunt, etiam ſi omnia bellis miſcere uolueritis? nihil dicam de longinquis, quos metus hactenus continuit in officio. Reſpicite non propinquos modò, uerùm etiam nobiſcum incolentes Italiam: hos ueteranos emeritos qui adhuc arma tenent, deſcriptos ob operam multis uictorijs nauatam in colonias, & legionatim conglobatos, quorum in Vrbe hærent multa milia: quid exiſtimatis facturos ſi auferantur eis quæ acceperunt? an hi quoq; expectabunt alias colonias & agros alios? uidiſtis certe præterita nocte quoddã huius rei ſpecimen. uobis enim pro alieno peccato deprecantibus, occurrerunt illi minaciter, & putatis neglectim ſpectaturos lacerum Cæſaris corpus trahi unco (ſic enim legibus in tyrãnos animaduertitur) in Tiberim? quaſi id nihil ad ſe quondã eius milites pertineat: & partarum de Gallis Britannisq; uictoriarũ præmia ſperaturos ſibi integra, eorum autore affecto extremis contumelijs? quid Populum Romanum interim facturũ creditis? quid cæteros Italiæ populos? quantam uos ipſos ſecuturam inuidiam hominum atq; deorum, ſi eum tali contumelia dignum iudicaueritis, qui uobis imperium promouit uſq; ad ignota prius Oceani littora? an non omnes damnaturos inſignem noſtram iniquitatẽ, ſi eos qui conſulem in curia, pontificẽ in fano, ſenatu inſpectante ſenatores ipſi ſub oculis deorum interemerunt, prœmijs dignabimur, ipſum uero contumelijs afficiemus qui hoſtibus quoq; propter excellẽtes uirtutes eſt uenerabilis? quare moneo mittamus iſta nefaria, quæ ne, ſi uelimus quidem, efficere ualemus. & pro ſentẽtia dico, acta conſiliaq; Cæſaris debere rata haberi: autores uero ſceleris nullo modo probari (id enim nec diuino humanóue iure licet, nec decet ſaluis actis illius) clementer tamen uenia donari, eos ſi uobis ita uidetur, reſpectu amicorũ quos habẽt & familiarium: ſi modò pro hac erga illos clementia, hi habeant agantq; gratias. poſt hæc Antonij uerba, magna contentione expreſſum eſt S.C. omnibus ſedatis, & hac ſententia contentis: necem Cęſaris ne uocari quidem in iudicium, acta uero eius decretaq; rata haberi, quãdo id uideatur è re publica. hoc enim, ut adijceretur, extorſerunt coniuratorum amici, ad illorum ſecuritatẽ, quaſi propter utilitatem magis quàm æquitatem ſeruarentur acta illius: cedente Antonio tunc quoq; & metum coram patribus ſimulante. Huic S. C. aliud ſimile de colonis deducendis eſt additum. Senatu inde dimiſſo,

L. Piſonem, apud quem Cæſar teſtamentum ſuum depoſuerat, quidam circunſtiterunt rogantes ne id proferret, neue corpus funeraret propalam, ne hinc alia rerum nouarũ materia fieret. quod cum non impetrarent, minabantur ſe diem ei dicturos, quòd P. R. fraudaret tanta hæreditate ærario debita, rurſum ſubinnuentes de tyrannide. Tum Piſo quantum potuit exclamauit, conſules inuocans ut ſenatum nondum digreſſum coire iuberent denuo, dixitq;: Qui tyrannum iactant à ſe ſublatum è medio, tot iam pro uno tyrannidem in nos exercere uolunt: ſepeliri uetant ſummũ pontificem, teſtamentum eius proferenti minantur, bona tanquam tyranni ærario uindicant, acta illius quæ ad ſe pertinẽt rata habent: quæ uero ad ipſum defunctum, uolunt irrita fieri: idq; nõ Brutus facit nec Caſsius, ſed iſti qui cædis autores & inſtigatores eis fuerũt. De ſepultura igitur uos uideritis, ego teſtamentũ curabo, nunquam proditurus, quod mihi eſt creditũ, niſi me quoq; aliquis occiderit. inde omnib. ob rem indignã tumultuãtibus, prę ſertim his qui ſperabãt ex eo ſibi obuẽturũ aliquid, placuit & teſtamentum proferri in medium, & corpus funerari publicè. atq; ita ſenatus diſſolutus eſt. Quæ ubi ſenſerunt Brutus & Caſsius, per internuncios plebem uocabant ad ſe in Capitoliũ: ſtatimq; facto ad eos multorum cõcurſu, Brutus ſic locutus eſt: Hic nunc Quirites agimus uobiſcum, qui in foro heri egimus: non ut ad fanum refugi, nec enim peccauimus: neq; ut ad locum præruptum, quippe qui res noſtras fidei ueſtræ cõmittimus: ſed Cinnę caſus repentinus & indignus huc nos compulit. & quoniam inimici nos calumniantur, quaſi periuros & pacis turbatores, apud uos potiſsimũ libet hanc cauſam agere, cum quibus ſalua republica agemus, quæ agẽda ſunt. Poſtquam Cæſar è Gallia patriã inuaſit hoſtiliter, & Pompeius reip. amãtiſsimus, queadmodũ ſcitis, afflictus eſt, & poſt eum magna bonorum ciuium multitudo in Africam Hiſpaniamq; pulſa perijt, confirmata tyrannide ſecuritatem non temere quærẽti, obliuionem ante actorũ iurati conceſsimus. qui ſi exegiſſet à nobis iuſiurandum, nõ ſolùm patientię præteritarũ iniuriarum, ſed futuræ ſeruitutis etiam, quid nunc inſidiatores noſtri non auderent? equidem uere Romanos non unam mortem laturos opinor, priuſquam ſe iureiurãdo interpoſito ſeruituti addicerent. ergo ſi nihil contra libertatem noſtram Cæſar molitus eſt, periuri ſumus. quòd ſi nec magiſtratus urbanos prouincialéſue, nec prę fecturas exercituũ, nec ſacerdotia, nec coloniarum deductiones alióſue honores in noſtra poteſtate reliquit, non ad ſenatum de his rebus retulit, non populi autoritatem requiſiuit, ſed iuſſa unius Cæſaris omnia poterant in rebus

omnibus: ac ne ſic quidẽ malis noſtris ſatiatus, aut Syllam imitatus eſt: qui ſublatis inimicis reip. adminiſtrationẽ uobis reddidit: longe aliter quàm hic, qui diuturnam expeditionẽ aggreſſus, in quinquennium prçoccupauit comitia: quænã hæc erat libertatis ſpecies, cuius ne ſpes quidem reliqua facta eſt? quid dicam de tribunis plebis, Cæſetio Marulloq;? an non ſacroſanctus magiſtratus contumelioſe pulſus eſt? & leges quidem ac iuſiurandum noſtrorum maiorum, ne in ius quidem uocari tribunos pl. ſinunt, tantiſper dum in magiſtratu ſunt: Cæſar uero ne in ius quidem uocatos egit in exilium. utri igitur ſacroſanctos uiolauimus? niſi forte Cæſar ſacroſanctus eſt, quẽ non ſpõte, ſed coacti, oppreſſa armis patria, tot egregijs ciuibus occiſis, eo honore dignati ſumus: & tribunitia poteſtas ſacroſancta nõ erit, ſecus quàm à maioribus noſtris in libera repub. ultro iuratum eſt, additis diris execrationibus etiam in poſteros, ſi qui unquam cõtrà fecerint. Quid uectigalia Po.Ro. & rationes publicanorũ, quónam conferebantur? quis nobis inuitis aperiebat ærarium? quis cõtrectauit intactas hactenus pecunias? quis tribuno pl. obſiſtenti mortem minatus eſt? Dicent, quod iam iuſiurandum ſupereſt, quo firmetur pacis ſtabilitas? Si nemo tyrãnum agat, ne opus quidẽ erit ſacramentis, ſicut ne antea noſtri maiores opus eis habuerunt. quòd ſi quis aſpirarit ad tyrannidem, nulla fides Romanis erga tyrannos, nulla religio. atq; hçc pro patria loquimur, adhuc cõſtituti in periculo, nec unquam præmonere ceſſabimus. cæterũ quod ad calumnias de colonijs deducendis attinet, quibus conãtur uos exaſperare, ſiqui adeſtis aut deducti aut deducendi, in gratiam meam uoſmet ſignificate. cumq; multi ſignum feciſſent: Bene factum, inquit, quòd cum alijs ueniſtis ciuibus. cæterùm par eſt ut qui æquo honore eſtis & haberi uultis cum reliquis, eundem quoq; affectum rependatis patriç. Vos Pop.Ro. attribuit Cæſari contra Gallos Britãnosq́;, & re feliciter geſta, meriti eſtis militaria dona præmiaq́;. at ille uos ſacramẽto deuinctos, duxit inuitos contra patriã, duxit æquè inuitos contra optimos ciues in Africam. quam in his bellis nauaſtis operã, eius præmia petere puderet uos fortaſſe: ſed quia nec nũc inuidia, nec poſthac tempus aut obliuio poterit obliterare ueſtra egregia facinora, bellis Gallicis Britannicisq; edita, horum uos manent præmia, qualia Po.Ro. dare militibus eſt ſolitus: nõ cum iniuria eorum qui nihil peccarũt, nec alijs adẽpta diuidendo alijs, & prædam uertendo in præmia: ſed hoſtes deuictos agris mulctando, non totis ſed parte tantũ, in quã emeritos deduceret, colonos futuros, & ſubactam prouinciam aut ciuitatẽ retenturos in officio: quibus ſi armis quæſitus ager nõ ſuffi-

ceret, addebatur aliquid de publico,aut parato pecunia publica, ita populus ſine aliorum iniuria,uos in colonias deducebat antea. Sed Sylla & Cæſar ui & armis hoſtiliter oppreſſa republica, ut qui contra ipſam patriam opus haberent ſatellitio,neq; dimiſerunt uos in ſuam quenq; patriam,neq; agros uobis emerunt,aut bello paratos diuiſerunt, neq; priſtinos eorum dominos pretio reddito ſolati ſunt: quamuis multum pecuniarum haberent ex ærario, multum item ex uectigalibus publicis:ſed in ipſa Italia nihil comerita,non iure belli, ſed more latrocinij ueteribus poſſeſſoribus ademerunt, agros, domos,ſepulchra,fana, quæ ne exteris quidē deuictis adimimus, contenti decimis fructuū.at iſti diuiſerunt uobis agros ueſtrorū popularium, auſpicijs ipſius Cęſaris, ſociorū expeditionis Gallicæ,qui uos uotis pro uictoria ueſtra nuncupatis proſecuti ſunt:eoq; uos deduxerunt ſub ſignis inſtructos militariter,neq; ſatis pacatos,& parum ſecuros ab illis,qui coacti ſunt agris cedere.pulſus enim quiſq; & bonis exutus, nō poterat non inſidiari uobis,captando tempus opportunius. atque id erat quod tyranni agebant maximè, non ut agros haberetis,quos aliâs uobis dare poterāt:ſed ut metu inimicorū ſemper ſoliciti,firmi cuſtodes eſſetis poteſtatis in cōmuni uobiſcum hærentis inuidia.tyrannis enim ſuos ſatellites cōmune maleficiū communisq́; metus conciliat.atq; huic facto,prò ſuperi,colonię nomen eſt inditum, quod coniunctū eſſet cum lamentis populariū, & migratione nihil cōmeritorum. Verùm illis hoc curę fuit,ut ueſtræ cū eiuſdem nationis hominibus inimicitię in ipſorū utilitatē cederent: nos uero quibus præſentis reip. præſides ſalutē ſe aiunt clementer concedere:poſſeſsionē ueſtrorū agrorum ratam uobis & nunc uolumus,& in poſterum habebimus, idq́; deum in cuius fano nunc ſumus, teſtamur uel in præſens uel in futurū: nec unquàm uobis quæ ueſtra ſunt,Brutus auferet aut Caſsius, aut omnes qui pro ueſtra libertate non grauati ſunt ſubire periculum. & quod unum in hoc negotio poteſt incuſari, ei quoq; afferemus remedium, quod ut pacis cum popularibus uinculum debet eſſe uobis auditu iucūdiſsimum: uidelicet prima quaq; occaſione curaturos nos pretium ex publica pecunia, ueteribus agrorum poſſeſſoribus, ut in poſterū nō ſolum firma,ſed ſecura etiam fiat ueſtra poſſeſsio. Hæc Bruti dicta, & concionantis,& poſt contionem ſolutā probata ſunt ut æquiſsima, mirantibus eos uiros,ut intrepidos & amantes reipublicę:conciliataq́; in hunc modum beneuolentia, res dilata eſt in diem craſtinam. quæ poſtquam illuxit, aduocata concione per Coss. S. C. recitatum eſt, moxq́; Cicero multa in laudē obliuionis iniuriarum diſſeruit. quibus

bus libẽter auditis populus, uocabat Caſsianos è Capitolio. illis contrà poſtulantibus ad ſe mitti obſides, miſsi ſunt Antonij Lepidiq; liberi. ubi uerò Caſsiani in cõſpectum uenerũt, plauſus cum acclamatione exortus eſt: cumq; Coss. aliquid uellent dicere, conclamatum reconciliarentur prius & ciues ſuos in gratiam reciperent: id quod factum eſt. tum conſules timor cum inuidia ſubijt, quaſi coniurati iam potiores futuri eſſent in adminiſtratione reipublicæ. allato deinde teſtamento Cæſaris, populus id ſtatim recitari uoluit. in eo filius adoptatus eſt ex ſororis filia nepos Octauius. horti publicati ſunt. Po. Ro. uiritim diuiſæ ſunt ſeptuagenæquinæ drachmę Atticæ: quæ res denuo commouit indignationem ciuium, dum ex teſtamento agnoſcunt amatorem patriæ, quem modo tanquam tyrannum incuſari audierant. ſed maximè miſerationem mouit quòd Decimus Brutus inter ſecundos hæredes ſcriptus erat, filius. ſolent enim Romani alteros hæredes aſcribere, ſi forte contingat priores hæreditatẽ non adire. id uerò ut nefarium facinus omnes exhorruerunt, coniuraſſe in Cæſaris caput eum, qui adoptatus ſit in filium. Poſtquam autẽ Piſo corpus in forum intulit, cum armis ingens multitudo accurrit ad eius cuſtodiam, moxq; magnificè pro roſtris eſt depoſitum cum acclamationibus. ibi cõploratio lamentaq; renouata diu tenuerunt, armatis interim ſcuta cõplodentibus, atq; ita paulatim animos eorum tentabat decreti de obliuione pœnitentia. id animaduertens Antonius, non ceſſauit: ſed ex officio habiturus orationem in funere conſulis cõſul, amici amicus, cognati cognatus (nam & cognatione ipſum attingebat) rurſum ad ſolitas artes uerſus, ſic locutus eſt: Non eſt æquum Quirites, ut tanti uiri funebris laudatio per me unum potius fiat, quàm per uniuerſam patriam: quapropter quos illi honores uirtutis ergò S. P. Q. R. de cõmuni conſenſu decreuit uiuenti, publica magis quàm priuata uoce recitabo. moxq; recitare cœpit uultu graui & ad mœſtitiã cõpoſito, diſerte ſingula pronuncians, immorãsq; ei maximè parti qua ſupra hominem attollebatur, ſacroſanctus, pater patriæ, benemeritus, princeps appellatus, & alijs nulli antè conceſsis nominibus. per hæc ſingula Antonius faciem manumq; uertens ad corpus Cæſaris, uerba geſtu adiuuabat. & ad ſingulas has appellationes addebat aliquot uoces ex miſeratione mixtas ac indignatione. cum decretum nominabat eum patrem patriæ, ipſe ſubiunxit: En pietatis erga illum teſtimonium. cum ſacroſanctũ & nemini uiolabilem, imò aliorum etiam refugium, ſubiunxit: Non alius ad hunc refugiẽs, ſed ipſe ſacroſanctus occiſus eſt: quem honorẽ à uobis nec extorſit, nec concupijt. pudenda uerò eſt noſtra illiberalitas, ſi indignis talia

gnis talia decernimus, & quidem non petentibus: ſed ab ea nota ipſi
uos liberatis Quirites, hoc tam eximio & honorifico erga defunctū
ſtudio. tum reuerſus eſt ad recitandū ſacramentum, cuſtodituros
Cæſarē Cæſarisq́; corpus omnes omnibus uiribus: & ſi quis illi ſtru
at inſidias, execrabilem fore, qui non eum defenderit. ad quæ uerba
uocem intēdens, manuq́; porrecta ad Capitolium inquit: Equidem
Iupiter huius Vrbis cuſtos dijq́; cęteri, paratus ſum ulciſci, ita ut iura
ui execratione addita: & quoniam ſenatui magiſtratibusq́; uidetur
hoc decretum è republica, precor ut adiutetis. tumultuantibus inde
ſenatoribus, ob dictum hoc manifeſte ad ſe pertinens, ad eos delini
endos Antonius recantans dixit: Sed uidetur Quirites caſus hic non
tam ad homines referēdus quàm ad fortunam, aut deorum aliquem:
& oportet præſentia magis curare quàm præterita: quandoquidem
inſtat periculum maximum, ne ad priſtinas ſeditiones reuoluamur,
& abſumatur quicquid nobilitatis eſt in Vrbe reliquū. deducamus
igitur hunc conſecratum ad beatorum ſedes, accinēdo cum lamen-
tis, laudes ei more ſolēni debitas. his dictis ueſtē quaſi fanaticus ſub-
ductam accinxit, quo eſſet expeditior, & ſupra lecticam in loco edi-
tiore aſtitit, ſubinde introſpiciens eam & aperiens. ac primum lauda
bat ut aliquem cælitum, & quo inter diuos relatum eſſe fidem face-
ret, manus tendebat ad cęlum, ſimulq́; magna linguę uolubilitate re
cēſebat eius bella, prælia, uictorias, manubias, additas imperio pro-
uincias, extollēs ſingula uſq; miraculum, iterum atq; iterum uocife-
rans: Tu ſolus inuictus diſceſsiſti ex omnibus prælijs: tu ſolus patriā
uindicaſti ab iniurijs, quas per trecentos annos perpeſſa eſt, coactis
ferocisſimis gentibus, quę ſolæ Vrbem captam incēderant. ueniam
ſuppliciter petere. hæc & alia multa ut de uiro diuino locutus, uocē
inde ad lugubrem modum flexit, & multa de indigna morte amici
queſtus cum fletu, precabāt ut uitam illius ipſi liceret ſua redimere:
ampliusq́; indulgens affectibus, eò prouectus eſt, ut Cæſaris corpus
detegeret, eiusq́; ueſtem conto ſublatam excuteret, ſic ut erat perfoſ
ſa & lacera, cruentáque imperatoris ſanguine. ita prouocata plebs,
quaſi præcentorem ſequebatur lamētationibus, & compaſsione ad
iram accendebatur. ut uerò conſulis orationem lugubre carmen ex-
cepit more patrio, choris concinētibus, laudata eius facinora, moxq́;
miſerādum exitium: & ex perſona ipſius Cæſaris nominatim memo
ratis, quos poſt ſimultatē in gratiam receptos, beneficijs inſuper or
nauerat, quaſi per admirationem ad coniuratos ſermone uerſo au-
ditum eſt illud: Men' ſeruaſſe ut eſſent qui me perderent? id popu-
lus non tulit, reputans cōiuratos omnes, Decimo Bruto excepto, fa-

ctionis

ctionis Pompeianæ fuiſſe, & in poteſtatem uictoris redactos, acceptis loco ſupplicij meriti honoribus & prouincijs ac exercitibus cõſpiraſſe, & cum his Decimũ Brutũ paterna charitate dignatũ. Sic affectis pleriſq; & ad uim iam ſpectantibus, unus quiſpiam ceream Cęſaris effigiem ſupra lecticam extulit. nam cadauer ſupinum in lectica non erat conſpicuum. uerùm effigies in machina uerſatili apparebat omnibus, extantibus toto corpore notis uigintitriũ uulnerum, quibuſdam in faciem etiã inflictis immaniter. tum uerò populus ad hunc miſerandum aſpectum uniuerſus congemuit, & impetu facto curiam incendit in qua Cæſar occiſus eſt: & homicidas qui maturè diffugerant diſcurrendo perquiſiuit, eò furoris progreſſus præ ira mœſtitiaq;, ut Cinnam tribunum pl. per errorem nominis pro Cinna qui prætor pro cõcione in Cæſarem inuectus fuerat, nihil morati excuſantem ſimilitudinẽ uocabuli, tam immaniter diſcerpſerint, ut nullum eius membrum ad ſepulturam inueniri potuerit. deinde arreptis ex incendio curiæ torribus in ædes coniuratorũ factus eſt plebis impetus: ſed partim domeſticis propugnantibus, partim uicinis deprecantibus, ab igne temperatum eſt, non ſine minis, quaſi cũ armis redituri eſſent ad expugnãdas craſtino. ideo homicidæ clàm ex Vrbe profugerunt: plebs uerò ad lecticam Cæſaris reuerſa deferebat eam in Capitolium, ſepelitura, ut iam cõſecratum, in templo inter deorũ imagines. ſed prohibentibus id ſacerdotibus rurſum eum in forum retulerunt, quo loco regia quondam fuerat, congeſtóque quicquid lignorũ ad manus erat in toto foro, in rogum coniecerũt: & funeris pompam quamuis ſplendiſsimam, nonnulli priuatim etiam coronas donaq; militaria: ſubiectoq; igne pernoctauit circà totus populus: quo loco primum ara fuit, nunc templum eſt ipſius Cæſaris, ubi diuinis honoribus colitur. nam adoptiuus eius filius Octauius, mutato nomine Cæſar, poſtquam ad rerum adminiſtrationem acceſsit per illius ueſtigia, principatum hunc hodiéque manentem, cuius ille fundamẽta iecerat, cõfirmauit auxitq́;, & ipſum patrẽ inter deos retulit. quo exemplo nunc quoq; Romani ſuos imperatores, niſi quis aut tyrannicus ſit, aut alioqui criminoſus, poſt mortem cõſecrant, qui prius ne uiuos quidẽ uel reges appellari tulerunt. incidit hoc C. Cæſaris exitium in idus Martias, quas fatales ei uates prædixerat. in quem ille ludens eius diei mane inquit: Adſunt idus. atq; is nihil territus reſpondit: at non præterierunt. ille ne hac quidem uatis confidentia motus, contemptis & cæteris prodigijs, in publicũ progreſſus occubuit, annum agens ſextum ſupra quinquageſimum, uir per omnia fortunatus & magnificus, meritoq́; cum Alexandro conferendus.

ferendus. Ambo enim fuere ambitioſiſsimi bellicoſiſsimiq́;,in con-
ſilijs exequendis celerrimi,in periculis aggrediēdis audaciſsimi,mi-
nime parcentes ſuo corpori, nec magis imperatorijs artibus freti q̃
fortuna & audacia. quorum alter per loca ſqualentia,lōgum iter ad
Hammonis oraculum fecit tempore feruentiſsimo, & intimū Pam-
phylium ſinū uadis uento nudatis tranſcucurrit feciliter,fortuna in-
terim marinas undas cohibente,ſicut prius iter faciēti pluuiam tem-
perauerat.apud Indos etiam ignotum mare pertentauit nauibus,pri-
musq́; ſcalis aſcēdit mœnia, & inde ſolus in hoſtes deſilijt, accepitq́;
tredecim uulnera: & ſemper inuictus bellum uno alteróue abſolue-
bat prælio: in Europa multorum barbarorum domitor, & Græco-
rum gentis ſubiugator amantiſsimæ libertatis, quæ nemini antè pa-
ruerat præterquam Philippo, idq́; breui & ſub decoro imperatoris
titulo. Aſiam uerò fermè uniuerſam mira celeritate peruagatus: &
ut compendio dicam eius fortunam atq; potentiam, quicquid terra-
rum uidit,ſubegit:de reliquo inuadendo cogitantem mors interce-
pit. Cæſari uerò & Adriaticum mare nauiganti media bruma tran-
quillum ceſsit, & Britannicus oceanus traijciēti,nunquam tentatus
antea: quo tempore gubernatores ad Britannica ſaxa appulſos coe-
git naues frangere:ſicut alia tempeſtate ſolus in nauicula contra flu-
ctus tendens,gubernatorem uela uentis dare iuſsit, & Cæſaris fortu
nam pluris quàm mare facere.nec ſemel in hoſtem proſilijt ſolus cæ
teris trepidantibus: & unus omnium imperatorum decertauit cum
Gallis triginta prælijs, donec quadringentos eorum ſubegit popu-
los,eatenus Romanis tā formidabiles,ut in lege qua immunitas mili
tiæ concedit ſacerdotibus & natu grandibus, excepta ſunt bella Gal-
lica. horum enim tēpore nec ſenibus nec ſacratis uiris uacatio per-
mittitur. Cæterum in Alexandrino bello ſolus in ponte intercluſus
premente hoſte abiecit purpuram & in mare deſilijt: inſectātibusq́;
regijs diu ſub aquis natauit per interualla tantùm reſpirans prolato
capite,donec ad unicam nauem adnatans, porrectis manibus agni-
tus eſt & ſeruatus. ad hæc uerò ciuilia bella ſiue metu, ut ipſe aiebat,
ſiue ambitione delatus,cum ducibus ſui ſeculi præſtantiſsimis con-
greſſus eſt,cumq́; multis ac magnis exercitibus,nō iam barbaris,ſed
Romanis,tum uiribus,tum rebus geſtis florentiſsimis: omnes tamē
deuicit, uno atque altero prælio ſingulos. Sed non ita ut Alexander
perpetuo fuit inuictus. Nam & à Gallis inſignis clades accepta eſt
ductu Titureij Cottæq́; legatorū: & in Hiſpania Cæſariani à Petreio
Afranioq́; ſic cincti ſunt undiq;, ut ab obſeſsis differrēt minimum.
ad Dyrrachiū uerò & in Africa uerſi in fugam, & in Hiſpania cōtra
Pompeium

Pompeium trepidatum eſt in acie. uerùm Cæſar ipſe ſemper interritus, bello certe nullo uictus eſt, & imperiū Romanum ab Euphrate Occidentalem uſq; oceanum iam tum patens, partim ui, partim beneficētia pertraxit in ſuam poteſtatem, firmius multo quàm Sylla & temperantius. nam inuitis omnibus rex factus eſt, quamquā nomine abſtinuit, dumq; ipſe quoque alia bella parat, è medio ſublatus eſt. quin & exercitus utriuſq; fuit ſimilis, alacris in pugna & ferociſsimus, interdum tamen contumax & ſeditioſus cōtinui laboris tedio. utrunq; certe ſuus defunctū luxit & deſiderauit pariter, & diuinis dignatus eſt honoribus. Ambo etiā pulchri fuere & eximijs corporis dotibus à natura prædití, utriuſq; genus à Ioue, illius per Aeaci Herculiſq; ſtemmata, huius per Anchiſen & Venerem. & cùm contentioſi eſſent erga aduerſarios, tamen erga uictos erant faciles ad ueniam, & gratiam, & inſuper benefici, ſola contenti uictoria. atq; hactenus quadrat collatio, niſi quòd non à paribus initijs exorſi ſunt: ſed ille à regno iam exercitatus Philippi auſpicijs: hic à priuata conditione licet nobili ac illuſtri: pecuniarum tamen admodum indiga. prodigiorum ad ſe pertinētium uterq; cōtemptor fuit: neuter moleſtus uatibus mortem prædicentibus: & ipſa prodigia propemodum eadem utriq; ſunt oblata, euentu quoq; ſimili. nam utriq; bis exta uiſa ſunt ſine capite, primò periculum anceps portendentia, in Oxydracis Alexandro: dum ante alios conſcenſis mœnibus, & ſcalis poſt ſe fractis pondere: in muro à ſuis deſtitutus, & in hoſtem deſilire auſus, in pectus grauiter ſauciatus, inflicta in ceruicē quoq; claua, moribundus ægrè à Macedonibus refracta ob ignominiæ metum porta ſeruatus eſt. Cæſari uerò in Hiſpania, dum ſuis trepide contra iuniorem Pompeium in aciem progreſsis, inter utroſq; procurrens, tela ducenta excepit clypeo: donec exercitus, metu pudori cedente, accurrēs eum protexit. atq; ita priora exta ſine capite extremum periculum eis ſignificarunt: ſecunda uerò præſens exitium. nam Pithagoras uates Apollodoro, & Alexandrum & Hephęſtionem metuenti, extis inſpectis autor fuit bene ſperandi, quando uterq; breui tollendus eſſet è medio. moxq; Hephæſtione defuncto, Apollodorus timens nequa contra regem aleretur conſpiratio, præſagiū id ei prodidit. ille ridens ex ipſo Pithagora quęſiuit, quidnā indicarent exta: qui ubi reſpondit, extremum diem ſignificari: rurſum arridens, & Apollodori ſtudium laudauit, & uatis uocem liberam. Cæſari uerò extremùm in ſenatum eunti, ut paulò ante dixi, idem prodigiū oblatum eſt: quod ille irridens ait, tale ſibi uiſum etiā in Hiſpania. cumq; aruſpex reſpondiſſet: tum quoq; magnum eum adiſſe diſcrimen ca-

pitis, nunc uerò maius etiam exta minari, cedens nõnihil tam confidenter monenti, denuo ſacrificauit, donec moram ſacrorum pertesſus, curiam ingreſſus perijt. Idem & Alexandro accidit. repetentem enim Babylonem cum exercitu poſt uictorias Indicas, iam propinquantem urbi Chaldæi monebant, differret introitum, reſpõdit ille uulgato prouerbio: qui bene conijciet, uatem hunc perhibeto optimum. tum Chaldæi denuo rogabant, ſaltem non Occidentem ſpectans induceret exercitum, ſed ita circũductis copijs ut à fronte urbem & Orientem ſolem habeat. fertur hactenus eum paruiſſe ut cœperit circumducere: ſed offenſum uia cænoſa paluſtriq́;, poſteriora quoq; cõtempſiſſe uatum monita, atq; ita introgreſſum obuerſa in ſolem occiduum facie. nec multò poſt ſecundo Euphrate nauigauit ad Pallacottam fluuium, qui Euphratem excipiens in paludes & ſtagna deuehit, inundaturum alioquin totam Aſſyriam. eum fluuium cum munire cogitaret, nauigans illuc fertur cauillatus in Chaldæos, quòd ſaluus & intraſſet Babylonem & tunc exiret nauigio: ſed mox redituruṁ manebat extrema dies. ſimiliter & Cæſar cauillatus eſt. nam præmonitus à uate, fatales ſibi eſſe idus Martias, ubi ea dies uenit, exprobrauit illi adeſſe idus: & tamen ultra eas non uixit. ita hic quoq; omnia conueniunt prodigia, uatum monita æquo animo audita, cauillatio, prædictionis euentus ineuitabilis. Scientiarum etiam fuere amatores tam patriarum quàm Græcarum externarumq́;. Alexander cum Brachmanis collocutus, qui habentur Indorum ſubtiliſsimi & ſapientiſsimi, ſicut Perſarum Magi: Cæſar cum Aegyptijs, quando præſens Cleopatram reduxit in regnum. quapropter etiam in pace multa apud Romanos correxit: & annum ad id ætatis inæqualem propter intercalares menſes (nam ratione lunari utebantur) iuxta ſolis curſum ordinauit, autoribus Aegyptijs. quin & illud ei contigit, ut nemo ex coniuratis euaſerit: ſed pœnas meritas eius filio dederint, ſicut Alexandro interfectores Philippi. quomodo autem dederint, dicetur in ſequentibus uoluminibus.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Ciuilibus Liber III.

CAESAR quidem in promouendis imperij Romani pomœrijs omnium præſtantiſsimus, ſic ab inimicis occiſus, publice funeratus eſt. quoniam uerò omnes eius percuſſores pœnas dederunt, de præcipuorum exitu hic liber & proximus tractabit, ſimulq; cōplectetur reliqua Romanorũ bella ciuilia. Cum enim ſenatus in Antonium culpam cōferret, quòd eius maximè opera in Cæſaris funere populus concitus, & legis de præteritarum iniuriarum obliuione recens latæ oblitus, cum facibus accurriſſet ad ædes coniuratorum: ille indignationē hanc uno ſuo facto ad rempublicam pertinente mutauit in beneuolentiā. Erat Amatius quidam qui ſe falſo in Marij nomen inſeruerat quaſi filius, gratioſus apud plebem ob C. Marij memoriā. is quoniā hac ſimulatione effecerat, ut uideretur non alienus à cognatione Cæſaris, præ cæteris ægrè ferens eius obitũ, aram ubi crematus eſt poſuit: ſtipatusq; manu iuuenum audacium, terrori coniuratis fuit: quorũ alijs ex Vrbe fuga dilapſis, quotquot à Cęſare prouincias acceperāt, in eas profecti ſunt: Decimus Brutus in Galliam Italiæ finitimam, Trebonius in Aſiam, Tullius Cimber in Bithyniam. Caſsius uerò & M. Brutus qui maximè cordi erant ſenatui, in futurum annum deſignati fuerāt à Cæſare cum prætoria poteſtate pręſides, Syriæ Caſsius, Brutus Macedoniæ. tunc uerò ut prætores urbani ex officio curabant mittendos in colonias, pręter alia cōcedentes eis ut poſſent portiones ſuas uendere, quod lex non permittebat niſi poſt annum uigeſimum. his Amatius dicebatur moliri perniciem, nec aliud quàm occaſionē expectare. quo rumore motus Antonius pro poteſtate iuſsit comprehendi Amatium: moxq; indicta cauſa interfecit per inſignem audaciam. id factum ſenatus miratus eſt ut uehemens & inconceſſum legibus, libenti tamē animo tulit ut perutile: quod alioqui parum tuti fore uidebantur Brutus & Caſsius. At milites Amatij cęteraq; plebs, necati deſiderio mota, & indigne ferens hanc ſibi mercedē ab Antonio redditam, pro honore hactenus illi habito, rem non diſsimulandam cenſuit. occupato igitur foro conuitioſe clamabant in Antoni-

um, flagitantes à magiſtratibus, ut quando Amatij parum ualuiſſet autoritas, ipſi aram dedicarēt ubi ſacra facerēt Cæſari primi omniū. ſed cum inde ſubmouerentur per Antonianos milites, magis etiam exaſperati uociferabantur, nonnulli oſtentantes baſes, unde ſtatuæ Cæſaris auulſæ fuerant. ubi uerò quidam ait ſe oſtenſurum & officinam in qua illę in alias facies refingebantur, ſtatim eum ſecuti, re conſpecta incēderunt eam. cumq; alia manus Antonianorum, ad reſtinguendum ſuperueniſſet, aliquot ex eis occiſi ſunt, alij cōprehenſi, ex quibus quotquot ſerui erant ſuſpenderunt, ingenuos uerò è rupe præcipitarunt. tumultu ſedato beneuolentia plebis erga Antonium in odium uerſa eſt: patres contrà gaudebāt, quod aliâs Caſsianis nulla foret ſecuritas. ut uerò Antonius ad ſenatū retulit de uocādo Sex. Pompeio, Magni omnibus deſiderati filio, qui tum impugnabatur à Cæſarianis in Hiſpania: utq; pro paternis bonis in ærariū redactis darentur ei ex publico quingenties ſeſtertiûm, utq; decerneretur ei, ſicut prius patri, maris imperium, claſsiſq; traderetur ad uſus neceſſarios: patres mirabundi probauerūt omnia: ipſumq; ſentētiæ huius autorem fauſtiſsimis acclamationibus per eius diei reliquum proſecuti ſunt. nemo enim unquam eis uiſus eſt amātior reipublicę quàm Magnus, nemo apud populū deſideratior: ex cuius factione quoniam Brutus Caſsiusq; erāt, & tūc ab omnibus honorabātur, uidebāt tutos fore in poſterum, & approbato eorum facto, partibusq; ipſorum præualentibus, incolumen fore rempublicā. quapropter & Cicero continuè laudabat Antonium, & ſenatus nō ignarus ei plebem infenſam propalam perniciem moliri, permiſit ut ex pręſenti ueteranorum copia ſatellitium ſibi deligeret. ille uerò ſiue quia hoc iam ante egerat, ſiue fortuitam occaſionem libenter arripiens, deligendo ſibi cuſtodes continuè numerum augebat, donec expleuit ſex milia, non ex gregarijs, quos quoties opus eſſet aliunde paraturum ſe putabat facilè, ſed ex centurionibus artium bellicarum peritis longo uſu, quos in cōmuni ſub Cæſare militia familiares ſibi fecerat. ex his ipſis tribunos etiam legit pro cuiuſq; dignitate, habuitq; in honore, conſilijs quoq; præterquam ſecretioribus adhibens. at ſenatus iam ſuſpectos habens uel propter multitudinē nimiam, uel quòd eſſent lectiſsimi, ſuadere cœpit ut ad cauendam inuidiam numerus in modum certum qui ſatis eſſet redigeretur. promiſit ille ſe facturū quàm primum plebs redierit ad quietem priſtinā. Et quia ſenatus conſulto rata erant acta Cæſaris ac cōſilia: quorum cōmentarios habebat Antonius, ſimulq; ſcribam Cæſaris Taberium ſibi obſequentiſsimum, quādo huiuſmodi poſtulata Cæſar ipſe abiturus in arbitriū Antonij reiecerat

reiecerat, multa in multorum gratiam adiecit, ciuitatibus dynaſtisq; gratificãs, & ſuis cuſtodibus, quaſi ex pręſcripto illius: ſed accepto-rum beneficiorum gratia ſoli debebatur Antonio. pari ratione & in ſenatum multos allegit, aliaq; ex ſenatus uoluntate faciebat, quo minus inuidioſa apud eum eſſet ſua cuſtodia. dum Antonius circa hæc ſatagit, Brutus Caſsiusq;, quòd & ueteranos & plebem parum pacato erga ſe cernerent animo, & poſſe aliquem alium exoriri, qui inſidias quales prius Amatius cõtra ſe ſtrueret, ſolliciti de Antonij quoque inconſtantia, tunc ſuffulti militaribus copijs, iamq; ſuſpectũ habentes, quaſi per eum ſtaret, quo minus confirmaretur ſtatus reipublicæ, Decimo Bruto maximè fidebant, in propinquo habẽti legiones tres: ſimulq; Trebonium in Aſia, Tullium in Bythinia clàm per literas monebant, ut occultè pecunias colligerent, & de exercitu diſpicerẽt, ipſiq; feſtinabãt ad prouincias acceptas à Cæſare. Sed quoniam tempus aliter ferebat, indecorum rati ante magiſtratus exitum prouincias ambitioſe inuadere, maluerunt priuati reliquum anni agere, quàm urbanas iuriſdictiones adminiſtrare, cum nec ſecuri eſſent, & minus honorati quàm pro merito. hoc intellecto ſenatus, præfecit eos frumento, undecunq; in Vrbem conuehendo, uſq; ad tempus abeundi in prouincias. quod factum eſt ideo, ne Brutus Caſſiusq; uiderentur fugere: tanta habebatur exiſtimationis eorũ ratio, quando per hos potiſsimum ſenatus Cæſaris percuſſorum partes fouebat. prætoribus deinde Vrbem egreſsis, Antonius iam ſolus potens, diſpiciebat ſibi de aliqua prouincia cum exercitu, Syriæ maximè cupidus, ſed non ignarus ſe magis etiam ſuſpectum fore ſi eam ſibi dari peteret: iamq; ſubornatus erat illi aduerſarius Dolobella ipſius collega, propter ſimultatem ueterem. itaq; ipſi ut iuueni ambitioſo perſuaſit, peteret mitti ſe in Syriam poſthabito Caſsio, & ad exercitum contra Parthos cõſcriptum: peteret autem non à ſenatu, nec enim licebat, ſed rogatione apud populũ. qui lætus & nihil cunctatus rogationem tulit. Senatu uerò cauſante eum diſcedere à decretis Cæſaris, reſpondit: Parthicum bellum nemini deſtinatũ à Cæſare: cæterùm Caſsium qui accepiſſet Syriã, ipſum prius mutaſſe illius decreta, dum contra legem permitteret colonis ante uigeſimum annum portiones ſuas uendere: pertinereq; ad ſuam contumeliam, ſi Dolobellę pręferatur Caſsius. tum ſenatus Aſprenatem tribunum plebis ſubornauit, ut in comitijs obnunciaret malum augurium, ſperans adiuturum ſe hic Antonium, qui & Cos. & augur, inimicus adhuc putabatur Dolobellæ. id ubi fecit tribunus, quod officium erat alterius, Antonius offenſus mẽdacio, iuſsit tribus ferre de Dolobel-

la ſuffragia. Sic Syria obuenit illi prouincia, ſimulq; bellum Parthicum, legionesq; ad id deſtinatæ à Cæſare, unà cum his quæ in Macedoniam præceſſerant. ac tum demum apparuit, fauere collegæ Antonium. his à populo impetratis, ipſe à ſenatu popoſcit Macedoniam, ſciēs quod poſt cōceſſam alteri Syriam, puderet eos pernegare ſibi de Macedonia, præſertim cum ea prouincia careret exercitu. & obtinuit, ab inuitis tamen, mirātibusq; quòd paſſus eſſet prius legiones inde Dolobellam deducere, penes quem malebant eſſe illum exercitum. & cōmodū placuit eis ab Antonio uiciſsim alias Caſsianis prouincias petere, eſtq; impetrata Cyrenenſis atq; Creta: uel ut alij produnt, hæ ambæ Caſsio, Bruto uerò Bithynia. hic tum erat rerum urbanarum ſtatus. Cæterùm Octauius Cæſaris ex ſororis filia nepos, auunculi magiſter equitum in unum annū creatus erat: poſteaquam ipſe Cæſar hūc magiſtratū annuū, quo per plures amicos circūferretur fecerat. ſed quòd adoleſcens adhuc eſſet, Apolloniā quæ Ionio mari imminet, miſſus eſt ut literas ſimul & rē militarē diſceret, expeditionis comes futurus: ad quem alæ equitum è Macedonia uiciſsim cōmeabant, cum quibus exerceretur: & nonnulli tribuni præfectiq; ſæpe illuc ueniebant ſalutaturi ut cognatum Cęſaris: atq; ita comiter omnes excipiendo gratioſus etiam apud exercitum factus eſt. Sexto autem menſe poſtquam eò uenerat, nūciatur ei circa ueſperam, Cæſarem occiſum in ſenatu ab amiciſsimis, & qui tum plurimum poterant: & quia nondum quicquam præterea nunciatum fuerat, expauit quòd neſciret, num de cōmuni ſenatus uoluntate, an paucorum audacia factū id eſſet: & num facinoroſi pœnas dediſſent, an ſuperſtites eſſent, uel etiam grati multitudini. ſic hæſitanti Romani amici ſuadebant, ut ad legiones in Macedoniam ſecuritatis cauſa confugeret: & ubi certior fieret priuatum id eſſe maleficium, reſumpto animo ulciſceretur Cæſarem: nec deerant tribuni qui ad tuendam eius incolumitatem pollicerentur ſuam operam. ſed mater & uitricus Philippus ex Vrbe ſcripſerūt ei, ne nimis extolleret huiuſmodi pollicitis, neue quicquam tentaret audacius: memor quomodo Cæſar ſuperatis omnibus inimicis, per amicos oppreſſus ſit: tutius fore ſi intra priuatam conditionem ad tempus ſe contineat, & ad Vrbem cōferat cum amicorum cohorte. his ille permotus, quòd nondum cognouiſſet quid cædem ſecutum ſit, ualc dicto præfectis exercitus, traiecit, non tamen Brundiſium, quippe incertus de militum eius loci uoluntate cauebat omnia, ſed in aliud oppidum non longe inde remotum, cui nomen Lupię: ibiq; aliquantiſper diuerſatus eſt. deinde ubi literis accuratius ſcriptis factus eſt certior, de dolore ob eam necem

cem publico, de teſtamento & ſenatus conſultis: amici tanto magis timendos cenſebant inimicos Cæſaris, quando & hæres ſit & filius: hortabanturq; ut unà cum hęreditate adoptionem recuſaret. ille nõ minus hoc tempore ratus, q̃ non ulciſci Cæſaris iniuriam, Brundiſium profectus eſt, præmiſsis qui ſcrutarentur, ne forte quis ex illius percuſſoribus ibi lateret in inſidijs. ut uerò ab eo exercitu obuiã progreſſo tanquàm Cæſaris filius exceptus eſt, ad audendum confirmatus ſacrificauit, confeſtimq; cœpit nominari Cæſar. Cum alioquin Romanis ſit mos aſſumere nomen patris adoptiui: hic uerò id omnino mutauit, pro Octauio Octauij filio dictus in perpetuum Cęſar filius Cæſaris. ad quod nomen mox, non aliter quàm ad uerum filium, undiq; magnus concurſus fuit, partim amicorũ Cęſaris, partim libertinorum & mancipiorum, cum eisq; militum etiã, uel qui apparatum & pecunias ferebant in Macedoniam, uel qui uectigalia pecuniamq; aliam ex prouincijs exactã portabãt Brundiſium. ille tum multitudine ad ſe confluentium, tum Cæſar nominis uulgo gratioſiſsimi exiſtimatione factus auctior & confidentior, ad Vrbem iter fecit, cum haud quaquam contemnendo comitatu, indies torrentis modo creſcente, à ui aperta iam tutus propter eam quã circa ſe habebat frequentiam, ſed ob hoc ipſum magis ſuſpicax, ut in recenti familiaritate fermè omnium. ciuitatum uerò aliæ quidem non admodum æquo erga eum erant animo, cæterùm ueterani Cæſaris qui nuper agros acceperant, confluebant è colonijs in adoleſcentis gratiam, deplorantes Cæſarem, Antonio contrà maledicentes, qui tantum ſcelus inultum reliquiſſet: profitentesq; ſe ultores, modò daretur cuius auſpicijs id poſſent efficere. quos Cæſar laudatos, & rẽ differre iuſſos dimiſit. iamq; prope Tarracinam uenerat, ad quinquageſimum ab Vrbe lapidem, cum nunciatum eſt conſules ademiſſe Caſsio Brutoq; Syriam & Macedoniam, pro quibus conceſſas eis in ſolamen alias minores prouincias, Cyrenenſem & Cretæ inſulæ: reuertiſseq; in Vrbem quoſdam exules, & accitum Pompeium, tum ex cõmentarijs Cæſaris allectos aliquot in ſenatum, multaq; alia fieri. poſtquam autem in Vrbem peruenit, rurſum matrem eius & Philippum cæterosq; tutores ſollicitos habuit alienatio ſenatus à Cæſare, & S.C. per quod percuſſores eius non amplius erant obnoxij iudicio, & Antonij tum præpotentis ſuperbia, qui nec filium Cæſaris adijt, nec ſuorum quẽquam miſit ad eum. ipſe uerò hanc eorum indignationem ſedabat, iturum ſe dicens ad Antonium, ut decebat iuniorem ire ad ſeniorem, & priuatum ad conſulem: ſenatui quoq; ſe exhibiturũ obſequia debita. addebat, S.C. id conditũ cum nemo exſtaret accuſator

 homicidij:

homicidij: quòd ſi quis accuſationem ſuſceperit, nec ſibi defore plebis auxilium, nec ſenatum legibus, nec deos immortales iuſticiæ, ac fortaſſe nec ipſum Antonium: qui ſi pergat teſtamentũ ſimul & adoptionem cõtemnere, id cum iniuria tam Cæſaris facturũ quàm Ro. Populi, cui ex legato uiritim debeatur pecunia. abrupit deinde ſermonem his uerbis: ſatius eſſe non periculum adire modò, ſed emori etiam, quàm poſtquam ſemel prælatus ſit omnibus, indignum uideri iudicio Cęſaris, qui nullo unquam territus fuerit periculo. uerſus deinde ad matrem uſurpauit illa, quæ tum ex recẽti lectione ſuccurrebant, Achillis uerba ad Thetidem:

Diſperеam cæſi ni iam fuero ultor amici,

addiditq;, in hoc uerſu extare immortale Achillis monumentum ornamẽtumq;, maximè poſtquam uerbis effectus reſpondit. ſibi uerò Cæſarem fuiſſe non amicum, ſed parentem, ſed cõmilitonem, ſed imperatorem: non belli iure interemptũ, ſed in ſenatu oppreſſum conſpiratione nefaria. tum mater metu uerſo in gaudium iuuenem complexa eſt, ut ſolum dignum Cæſare: & quem hactenus loquentem ægrè tulerat, hortabatur ut decreta exequeretur dijs iuuantibus. monuit tamẽ ut adhuc arte tolerantiaq; uteretur, potius quàm aperta audacia. laudauit Cæſar conſilium, & facturum ſe ita pollicitus, mox accitos ſub noctem amicos, iuſsit uniuerſos mane ſibi pręſto eſſe in foro cũ comitatu idoneo. ubi Caium fratrẽ Antonij Prætorẽ urbanũ accedẽs, ait ſe adoptionẽ accipere: qui mos Romanus eſt, adoptioni autoritatẽ Prętoris interponere. hoc uerbo relato per ſcribas in acta publica, ſtatim è foro Antonium adijt. is erat in hortis Pompeianis quos à Cæſare dono acceperat. inde moratus aliquantiſper in ueſtibulo, hoc quoq; ſignum alienati animi & contemptus interpretatus eſt. tandẽ admiſſo, ſecutæ ſunt ſalutationes mutuæ, cum percontationibus amicis de rebus utriuſq;. cumq; iam dicendũ eſſet de his quæ præſens negotium poſtulabat, Cæſar ſic locutus eſt: Ego pater Antoni, ſic enim te appellare fas eſt, ob Cęſaris erga te merita tuamq; mutuam gratiã, ea quæ poſt illius obitũ egiſti, partim laudo habiturus ſemper tibi gratiam: partim incuſo, ut ingenue dolorem animi fatear. dum interficeretur nõ aderas, ab homicidis circa fores detentus: alioquin aut ſeruaſſes eum, aut incidiſſes in idem periculum. horum duorum hoc poſterius ſi ſecuturum erat, bene factũ quòd nõ aderas. deinde cùm quidam conarentur percuſſoribus præmia tanquam tyrannicidij decernere, cõtradixiſti cõſtanter: & hoc quoq; nomine gratias tibi habeo maximas. quamuis cõpertum eſt illos decreuiſſe te ſimul tollere, non ut ultorẽ Cęſaris, quòd nos opinamur, ſed ut

ſed ut ipſi dicunt, ne ſupereſſet ſucceſſor tyrannidis: cùm tamen illi egregium tyrannicidæ, haud ſecus ac homicidæ, refugerint in Capitolium, uel religione loci ſuum protecturi facinus ſupplices, uel tanquam hoſtes arcem occupaturi: quomodo igitur obliuionem eius ſceleris impetrarunt & ſecuritatem à iudicijs, niſi largitionibus corrupta ſenatus aliqua parte atq; populi? atqui cùm conſul eſſes debueras uidere quid placeret pluribus, præſertim cum in conſulari poteſtate maximum eſſet momentum in partem alteram, ſi libuiſſet à ſceleratis pœnas repoſcere, & deceptos in meliorem uiam reducere. tu uerò impunitatis obſides domeſticos miſiſti homicidis in Capitolium. eſto, compulerint te huc mercenarij, certe cum lecto teſtamẽto, oratione funebri ante dicta populus recenti etiam tum memoria Cęſaris percitus, cum facibus ad ædes eorum accurrit, & uíciniæ tum parcendo ſequenti die bis armis correptis in forum confluxit, cur non adiuuiſti eum? cur non faces armáue in homicidas inferẽtibus adſtipulatus es? an amicus Cæſaris expectabas ſentẽtiam iudicũ contra obnoxios ſceleri manifeſtario, cum & conſul eſſes & Antonius? ſed Marium pro poteſtate iuſsiſti necari, homicidas diſsimulanter paſſus es euadere, nonnullos etiam fugere in prouincias, quas nunc contra ius fasq; tenent, cęſo à quo illas acceperũt. nam quod Syriam & Macedoniam uos Coss. tu & Dolobella rempublicam ordinando illis eripuiſtis, bene factum eſt: haberemq́; gratiam, niſi mox Cyrenen & Cretam eis decreuiſſetis, & præfecturis prouinciarum dignati eſſetis exules, quo munitiores poſthac contra me fierent. Decimus etiam citeriorẽ Galliam obtinet uobis conniuentibus, & ipſe unus ex mei patris percuſſoribus. Dicat aliquis ex S. C. id factũ, ſed te approbante, te ſenatus præſide: qui unus omnium maximè uel tui cauſa reclamare debueras. nam impunitatẽ illis cõcedere pertinebat ad ipſorum gratiam: cæterùm prouincias eis & præmia decernere, hominum eſt cum iniuria Cæſaris tuam quoq; ſentẽtiam irritam facientium. Hæc ut præter decorum ætatis eiusq́; qua te proſequor reuerentia loquerer, dolor compulit: nõ pœnitet tamẽ locutum me apud amiciſsimũ Cæſaris, & auctum ab eo honoribus ſummis ſummaq; potentia, & fortaſſe iam filium adoptiuum, ſi ſciuiſſet te æquo animo ex Heraclidarum gente tranſiturum ad Aeneadas. id enim fecit ambigere illum, dum de ſucceſſore cogitat. quod ſupereſt Antoni per deos, amicitiæ præſides, perq; ipſum Cæſarem te obteſtor, ut ex anteactis etiam quædã mutes in melius ſi libet. potes enim, ſin minus, ſaltem in poſterum me patris percuſſores perſequẽtem fauente populo & his quos uides in paterna perſeuerãtes amicitia, tu quoq; adiutes

adiutes. quòd ſi aut illos aut ſenatum uereris, ne me graues. ſcis ipſe quomodo ſe mea res familiaris habeat, quandoquidem reddēda eſt populo pecunia legataria, idq; primo quoq; tempore, ne beneficium cunctatione perdat gratiam: néue hi qui in colonias deducendi ſunt, propter me diutius in Vrbe hæreant. ex rebus autē Cæſaris ſtatim poſt eius cædem in domum tuam ut tutiorem translatis, pretioſiora quæq; & ad ornatum pertinentia uolo eſſe tua, & ſi quid inſuper à nobis habere cupis: cæterùm ad reddenda legata populo, dari mihi aurum ſignatum, quod ad bella quæ parabat collegerat: & contentus ero nunc accipere quantum trecentorū uirorum milibus ſufficit in portiones debitas: reliquū eius ſumptus à te mutuo peterem ſi auderem, aut te fideiuſſore ſumerem ad uſuram ex ærario, ſi concederes. bona etiā uendentur continuo. Obſtipuit Antonius ad inexpectatam iuuenis in dicendo libertatem & audaciam, & offenſus quaſi parum reuerēter appellatus, maximè ob repetitam pecuniam, durius in hunc modum reſpondit: Si Cæſar tibi mi fili cum hæreditate & nomine imperium quoq; reliquit, æquum eſt reipublicæ adminiſtratæ rationē te poſcere, me reddere. quòd ſi nemini unquam Pop. Ro. principatum dedit ex ſucceſsione, ne regum quidem: quibus pulſis iureiurando ſe obſtrinxit, non paſſurum quenquam regnare in poſterum, id quod maximè patri tuo percuſſores obijciūt, dicendo à ſe interfectum regem non imperatorem, ne opus quidem eſt à me tibi reſponderi de actis publicis. pari ratione te quoq; leuo hoc onere, ne mihi ullam gratiam eorum nomine debeas: quando non in tuam gratiam, ſed pópuli ea feci, uno excepto egregio erga te ac Cæſarem merito. nam ſi propter meam ſecuritatem & ad uitandā inuidiam diſsimulanter paſſus fuiſſem præmia decerni percuſſoribus tanquam tyrannicidis, Cæſar factus eſſet tyrannus, cui nec gloria, nec honor, nec actorum confirmatio deberetur, non teſtamentum haberet, non filium, non bona, ne corpus quidem uel ad priuatam ſepulturam. leges enim corpora tyrannorum inſepulta extra fines proijciunt, memoriam abolent, bona publicant. quę ego ſingula timens, ſuſcepi cōtentionem pro Cæſare, eiusq; immortali gloria & ſepultura publica, nihil ueritus uel periculum uel inuidiā, quamuis mihi res eſſet tam cum uiris cruentis & ad cædem prōptis, qui ut ſcis, iam & in me cōſpirarant: quàm cum ſenatu male erga tuum patrem animato propter uſurpatum ab eo imperium. malui tamen & hoc periculum ſubire, & quiduis ultro pati potius, quàm permittere ut honore ſepulturæ careret Cæſar, uir ætate ſua præſtantiſsimus, & plerunq; feliciſsimus, omniq; honore digniſsimus, mea quidem ſententia.

ſententia. quæ quidem mea pericula & tibi præſentem felicitatem pe perere, quòd habes nomẽ & familiam Cæſaris, quòd dignitatẽ eius, quòd bona: pro quibus omnibus æquum erat te mihi gratiam habe re potius, quàm ſi quid conceſſum eſt ad leniendũ ſenatum, aut poſcentibus repenſum pro meritis, aut alia quapiam ratione neceſſaria factum, id incuſare, præſertim cum ſis iunior. & de his quidẽ ha ctenus. quod uerò ſubindicas me principatum cupere, equidem ut eum non affecto, ita nõ indignum me illo iudico. nec moleſtum eſt non eſſe inſertum teſtamento Cæſaris, contento familia deducta ab Hercule. quod uerò in tuos uſus dixiſti te uelle pecuniã ex publico mutuo ſumere, ludere te putarem, ni credibilius eſſet te ignorare q̃ exhauſtum reditibus publicis tuus pater reliquerit ærariũ: qui poſtquam principatum adeptus eſt, nõ eò ſed ad ſe publicam pecuniam afferri uoluit, inueniendam mox in bonis illius, quando earum inquiſitio decreta per nos fuerit. nec enim id fiet cum iniuria Cæſaris iam mortui, & ſi uiueret etiam non recuſaturi rationem ut æquum eſt reddere. & ſunt priuati quoq; homines, quorũ ſingulos uidebis de horum bonorum poſſeſsione litem ac controuerſiam tibi facere. cæterùm pecuniæ ad me translatæ non tantus eſt numerus quantum putas, nec eius quicquam penes me eſt reliquum, quãdo in magiſtratus & poteſtates, excepto Dolobella & fratribus meis, diuiſæ ſunt tanquam bona tyranni, quamuis poſtea me adnitente S. C. factum eſt in fauorem Cæſaris. tu uerò ubi quod reliquum eſt acceperis, non in plebem, ſed in eos qui offenſi ſunt conferes, ſi ſapies. nam illi, ſi ſapient, mittent plebem in colonias. plebs autem, ut ex Græcis literis nuper didiciſti, eſt res inſtabilis, inſtar marinorũ fluctuum accedentium ac recedentium: quemadmodum & in noſtra republica ſæpe cultores ſuos plebs in altum ſublatos deiecit in genua. His uerbis, ut magna ex parte cõtumelioſis, offenſus Cæſar diſceſsit, patrem identidem nominatim inuocãs: moxq; bona uenum propoſuit, quę ei ex hac hæreditate obuenerãt: hortatusq; eſt Quirites ut ſibi adeſſent cõtrà inimicum Antonium, qui manifeſte præ ſe ferebat quàm moleſte pateretur hoc eius erga plebem ſtudiũ. Cumq; ſenatus decre uiſſet perquiri pecunias publicas, multi timuerũt iuueni Cęſari, propter patris benignitatẽ in milites & populũ, & propter largitione paratum egregium fauorem populi, qui ut pleriſq; uidebatur, eum intra priuatum modum cõtineri non ſineret: ſed magis timebant Antoniũ, ne Cęſare iuuene illuſtri ac diuite in ſocietatẽ aſcito, ipſe ſummam potentiã ſicut prius Cæſar uſurparet, qui tum gaudebãt eorum ſimultate, quaſi alter impedimẽto futurus eſſet alteri. Cęſarem quoq;
poſt

poſt inquiſitionem cariturum diuitijs,& inde abundaturũ ęrarium, quòd ſe putarent apud illum inuenturos magnã partem pecuniæ publicæ. de agris etiam paſsim lites ei mouebãtur, alijs alios repetentibus priuatim, bona etiam eorũ parte ſpectãte ad rempublicã, ut qui proſcriptorum fuiſſent aut exulum. de his iudicem poſcebãt ipſum Antonium, aut collegã eius Dolobellam. quòd ſi quid & apud alios magiſtratus iudicabatur, ubiq; pariter Cæſar in Antonij gratiam diſcedebat inferior, quamuis quid pater emiſſet indicabat inſtrumentis publicis, & proferebat S. C. ultimũ, quo omnia Cæſaris acta probata ſunt. quin & extra iudicia multæ illi inferebantur iniuriæ intantum ut nec à Pedio Pinarioq; abſtineret. nam & his hæreditatis portio quædam ceſſerat. qui cum de cõmuni iniuria quererentur apud Antonium, proferrentq; S. C. cenſentes luenda tantum ſiqua iniuſtè ablata ſint, cætera uerò acta Cæſaris tuenda: reſpondit ille, fortaſſe non conuenire cum S.C. quæ tum fierent, ſed ne ſcriptum quidem illud conueniſſe cum ſenatus uoluntate. cũ enim ſolius iniuriarum obliuionis ratio haberetur præcipua, nihil mutatũ eſſe de præteritis, non quòd omnia probarentur, nec in defuncti gratiam, ſed quòd ita tum deceret, quodq; leniẽdus eſſet eo S. C. populus. iuſtũ autem eſſe, mentẽ potius ſenatus conſulti ualere quàm uerba: nec tot ciuibus, qui per ſeditiones excidiſſent poſſeſsionibus, uel ſuis uel maiorum ſuorum, reluctari: idq; in unius adoleſcentis gratiã: qui maiores quàm pro conditione priuata diuitias præter ſpem nactus, nõ ad ſplendorem fortuna uteretur, ſed ad audaciam. ipſis tamen ſe uelle parcere, ubi portionem ſuam recepiſſent à Cęſare. poſt hoc Antonij reſponſum, ſtatim cohæredes portionem debitam abſtulerũt, ne & hanc perderent, nõ tam ſuapte culpa, quàm propter aduerſariorum liuorem & potẽtiam: alioqui largituri ei paulopòſt omnia. iamq; inſtabant ludi quos pro Bruto prætore Caius Antonij frater editurus erat, & in cæteris rebus collegæ abſentis uicarius: eratq; apparatus ſumptuoſus admodum, ea ſpe, quaſi ſpectaculis delinita plebs reuocatura eſſet Caſsianos. Cæſar contrà ut ſibi plebẽ conciliaret officijs, quantum pecuniæ colligebatur ex bonis diuenditis, aliam poſt aliam tributim diuidebat, ut quiſq; primus petebat: & obeundo fora rerum uenalium præcones iubebat omnia minimo, quantum res pateretur, addicere, propter incertum periculoſumq; iudiciorũ euentum, & propter ipſius feſtinationem, quæ omnia profuerunt ad beneuolentiã populi miſerãtis eum, ut indignũ talibus iniurijs. ut uerò præter hanc hæreditatem etiam proprium patrimoniũ, & quicquid etiam aliunde habebat, inſuperq; materna & Philippi bona, portiones etiam

nes etiam Pinarij Pedijq́; uenum propoſuit, ut ad legata perſoluēda ſufficeret, quaſi deficientibus in hunc uſum bonis Cæſaris, propter inimicorum importunitatē, plebs reputans hanc liberalitatem non huius ſed maioris eſſe Cæſaris, mirifico affectu complectebatur hominem, collaudans eius tum patientiā, tum magnificētiam, & præ ſe ferens non ſe laturam diutius Antonij ſuperbiam. id quod declarauit in Bruti ludis maximo ſumptu exhibitis. cum enim quidā ad hoc conducti uociferarētur, reuocandos eſſe Brutum & Caſsium, quia hoc modo reliquæ ſpectatorū multitudini mouebatur exulum cōmiſeratio, in curſu frequētiſsimo plebis ſpectaculum eſt inhibitum, donec ceſſaret hæc poſtulatio. tum Brutus & Caſsius ubi uiderunt ſe hac ſpe demerendæ per ludos plebis fruſtratos per Cæſarem, ſtatuerūt Syriam Macedoniamq́;, ut à ſenatu decretas ſibi prius quàm Antonio Dolobellæq́;, per uim inuadere. quod conſiliū poſtquam detectū eſt, Dolobella properauit in Syriam, obiter inuiſurus Aſiā, ut inde pecunias colligeret. at Antonius ratus ſibi opus fore copijs, nec ignarus Macedonicas legiones tum uirtute pręſtare, tum numero: erant enim ſex: eisq́; adiunctam magnā manum ſagittariorum & armaturæ leuis ac uelitum, equitatum præterea cæterumq́; apparatum abſolutiſsimū, qui uidebatur deberi Dolobellæ propter decretum ei bellum Parthicum, quando Cæſar hæc contra Parthos parauerat, cogitauit eas ad ſe pertrahere: quia propter propinquitatē ſtatim traiecto mari ſupero poterant adeſſe in Italia. ſed repente fama nunciauit, Getas audita morte Cæſaris, incurſionibus uaſtare Macedoniam: & Antonius à ſenatu exercitum petijt, quo de hoſtibus pœnas ſumeret, dicens eum à Cæſare contra Getas prius quàm contra Parthos paratum, & parata eſſe inpræſentiarum omnia circa limitem Parthicum. non neglexit eam famam ſenatus miſsis qui prouinciam inſpicerent. Antonius quo magis metum ac ſuſpicionem eximeret, legem tulit, nequis ullam ob cauſam de dictatore creando referret, néu quis dictaturā oblatam acciperet. qui contra fecerit, eum liceret à quouis impune interimi. atq́; ita maximè deceptis patribus, & pactus cum Dolobellæ amicis, traditurum ſe illi unam legionem, imperator Macedonicarū copiarū electus eſt. quo impetrato mox Caium fratrem cum S. C. properare iuſsit ad exercitū. exploratores uerò inde reuerſi negabant ſe ullos Getas uidiſſe in Macedonia: & addiderunt, ſiue uere, ſiue ab Antonio moniti, metum eſſe ne, ſi deducatur inde exercitus, excurrāt in prouinciam. Dum hæc in Vrbe fiūt, Caſsius Brutusq́; exercitum & pecunias colligebant: Trebonius Aſiæ præſes urbes eorum receptaculo muniebat, Dolobella & à

Pergamo & à Smyrna excluſo, foro tãtùm extra mœnia ei præbito, tanquam cõſuli. cumq; miles iratus oppugnationẽ fruſtra tentaſſet, Trebonius pollicitus eſt ſe intromiſſurum eos in Epheſum. mandauitq; ſuis ut conſulem illuc proficiſcentẽ ex interuallo ſequerentur. qui conſpicati eum ſub noctem diſcedere, nihil amplius ueriti, paucis ad eum ſequendũ relictis, Smyrnam reuerſi ſunt. Dolobella paucos illos inſidijs circumuẽtos deleuit: & eadem nocte Smyrnam incuſtoditã nactus, ſcalis euaſit in mœnia. Trebonius in cubili deprehenſus, rogabat ut ad conſulem duceretur, ſe ultro ſecuturum eſſe. tum quidam centurionũ irridens: Ibis, inquit, ſed relicto capite. nos enim iuſsi ſumus non te ſed caput afferre. & cũ dicto caput illi abſcidit. id Dolobella prima luce proponi iuſsit in ſella prętoria, in qua ille ſolebat ius reddere. ſed milites & lixæ irati ut coniurationis participi, & quia dum Cæſar occideretur, Antonium ſermone circa curiæ fores diſtinuerat, tum reliquum eius corpus uarijs affecerunt cõtumelijs, tum caput per uias lapide ſtratas, ſibi inuicem pro pila mittentes per ludibrium ita contriuerunt ut non appareret facies. itaq; primus hic luit pœnam homicidij. At Antonius cogitabat exercitũ è Macedonia tranſportare in Italiam: & cum nullam ad id occaſionẽ haberet, petijt à ſenatu, ut permutatis prouincijs liceret ſibi obtinere citeriorem Galliam, cui D. Brutus Albinus tum præerat, memor etiam Cæſarem ex hac prouincia bello illato, de Pompeio conſecutũ eſſe uictoriam. ut uerò uiſus eſt uelle reuocare eas copias, non in Italiam, ſed in Galliam, ut ibi quaſi arcem contra ſenatum conſtitueret, Patres tum primũ ſentientes eius inſidias moleſte tulerunt, adeò ut pœniteret conceſsiſſe Macedoniam: & quidam ex hoc ordine priuatim ſcripſerunt Decimo, ut conſtanter retineret prouinciam, augeret exercitum, pecunias colligeret, ne forte uim inferret Antonius. adeò timebant eum ſimul & oderant. ille uerſus ad plebem, rogationem tulit de Gallia, ſicut Cæſar prius impetrauerat eam prouinciã, nuper Dolobella Syriam. & ut ſenatui timorem incuteret, Caio fratri mandauit, traijceret confeſtim Brundiſium, quod ille facturus erat ita ut iuſſus eſt. Interea tempus ludorum inſtabat, quos editurus erat ædilis Critonius, & Cæſar patri ſellam auream atque coronam parabat, id quod illi ex ſenatus cõſulto in perpetuum ludis omnibus decretum fuerat. cumq; ædilis negaret ſe paſſurum, honorari Cæſarẽ in ijs ludis quos ipſe ſumptu ſuo faceret, Cæſar illum ad Antonium duxit, ut ad conſulem. conſul ad ſenatum ſuper ea re ſe dixit relaturum. Cæſar indignatus: Refer, inquit. ego interim ſellam proponam. id Antonius exaſperatus prohibuit. nec hoc cõtentus, pro-

hibuit

hibuit etiam ludis proximè ſecutis,quos Cęſar ipſe celebrabat,in honorem Veneris genitricis inſtitutos, quando ædes ei in foro & forum ipſum à patre dedicatum eſt. quod Antonij factum exceptũ eſt publico odio,quaſi non tam ad æmulationem quæ illi intercedebat cum Iuniore Cæſare,quàm ad ingratitudinẽ erga parentẽ eius pertinens: & ipſe Cæſar in ſatellitij modum ſtipatus diſcurrebat per plebem, beneficiarios patris & ueteranos prehẽſans ſupplex ad mouendam inuidiam aduerſario, oransq; ne contemptim negligerẽt ſuam ultroneam patientiã,néue ferrent Antonium ſic impune imperatori optime de ipſis merito illudere. agerẽt potius ſuum negotium, & propugnarent accepta ab illo cõmoda,quæ rata eſſe nõ poſſent, niſi ſaluis honoribus, ei ex ſenatus conſulto conceſsis.paſsimq; è ſuperioribus locis uociferabatur in hũc modũ: Cauete Quirites ne propter me iniquiores ſitis in Cæſarem, néue iniuriam ei repẽdatis pro beneficijs,præſertim tu Antoni qui frueris eis maximè.in me contumelias uſq; ad ſatietatẽ effunde,à bonorũ eius direptione tempera, tantiſper dum ciuibus diſtribuat,quod ex pecunia legata debetur reliquum. mihi quantumuis inopi ſuffecerit decus paternæ liberalitatis,modo populo ea frui per te liceat.quo factum eſt ut ſine intermiſſione uoces omnium in Antonium iactarẽtur,propalàm indicantes indignationẽ publicam. cumq; ille acrius interminatus eſſet Cęſari, & eæ minæ uulgatæ eſſent, magis accenſi ſunt omnium animi: ipſi quoq; tribuni Antoniani præſidij qui ſub Cæſaris patre militarant, & apud ipſum conſulem in ſummo erant pretio,conabant̃ eum reddere mitiorẽ uel ſuametipſorum gratia militum quondam illius, cui deberetur quicquid tum in bonis haberẽt. his uera monẽtibus ceſſit Antonius, eo facilius quòd Cęſaris apud plebem gratioſi opera indigeret in permutandis prouincijs, aſſeuerabatq; iureiurãdo,nec ſuum eſſe id cõſilium:& in hoc tantum uideri uoluiſſe mutatum ſuum animum,ut adoleſcens ante maturam ætatem feroculus, & grandiorum ac magiſtratuum parum reuerẽs, ita ut opus habebat, fieret caſtigatior. ſe in gratiam deprecantiũ remiſſurum iram, & redituram ad naturam ac uolũtatẽ priſtinã, modò ille fiat modeſtior. hoc reſponſo tribuni gauiſi ambos deduxerunt ad colloquiũ. ſicq; poſt mutuas expoſtulationes reconciliati ſunt: ac mox de Gallia prouincia lex promulgata eſt,magno metu ſenatus: cogitãtis ſiquidẽ de ea Cos. ad ſe referat, prohibere: quòd ſi incõſulto ſenatu rogationem tulerit ad populum, per tribunos plebis intercedere. nec deerãt qui cenſerent libertate donãdam totam eam prouinciam.tam formidoloſa erat eius uicinitas. Antonius uerò exprobrabat eis quòd cõmi-

ſiſſent eam interfectori Cæſaris Decimo: ſibi cõmittere grauarẽtur,
quòd nõ interfecerit labefactatorẽ & ſubuerſorẽ ipſius prouinciæ:
manifeſte taxans uniuerſos, quaſi probarent quæ ibi fiebant. poſtq̃
autem dies præſtituta uenit, ſenatus uolebat ut eſſent tributa comi-
tia: Antoniani uerò ante lucem in forum collecto populo, centurias
ex cõpoſito uocabant ad ſuffragia. tum plebs quamuis infenſa An-
tonio, promouebat tamen eum propter Cæſarem ſeptis adſtantẽ &
deprecãtem pro illo, qui id faciebat ea potiſsimũ de cauſa, ne Deci-
mus prouinciæ tam opportunæ cum exercitu præeſſet, unus ex pa-
tris percuſſoribus: præterea ut Antonio nuper reconciliato gratifi-
caretur. nam & ipſe ab illo expectabat aliquam mutuam gratiam. &
quia tribunos plebis Antonius corruperat, ſilentib. eis & lege per-
lata, exercitus mox honeſto iam prætextu trãſportatus eſt in Italiam.
defuncto deinde uno ex tribunorum pl. collegio, comitijs tribuni-
tijs Cæſar Flaminio fauebat: plebs uerò ipſum rata eius honoris cu-
pidum, quamuis propter immaturam ætatem non profiteretur no-
men inter candidatos, uolebat Cæſarem tribunum declarare ſuis ſuf
fragijs. ſenatus uerò inuidebat ei hanc honoris acceſsionẽ, timẽs ne
poteſtatem adeptus, inimicos cædis paternę reos citaret in iudicium
populi. Antonius quoq; cõtempta noua Cæſaris amicitia, ſiue in gra
tiam ſenatus conſolationémue, moleſte ferentis legem de Gallia, ſi-
ue ex colonorum ſententia, propoſuit edictum conſulare, ne cui Cę
ſar quicquã in manus daret niſi legitime, aut animaduerſurũ ſe in
eum pro poteſtate. id edictum ingratitudinẽ erga Cæſarem cum in-
iuria plebis coniunctam pręferens, indignationem mouit multitudi
ni: & apparebat magnam contentionẽ imminere proximis comitijs,
ita ut timeret Antonius, contentusq́; præſenti tribunorum nume-
ro, comitia tolleret. At Cæſar ſe iam manifeſte impugnari uidẽs, mit-
tebat circa patris ſui colonias, qui nunciarẽt quãtum patiatur, & ſin
gularem uoluntatem explorarẽt. miſit & ad Antonij exercitus non-
nullos intermixtos commeatum illuc ferentibus, qui audaciſsimum
quenq; ſolicitarent, libelloſq́; in turba clàm ſpargerẽt. dum Cæſar in
his rebus occupatur, ijdem qui antea tribuni militares impetrata ab
Antonio dicendi copia ſic eum allocuti ſunt: Nos Antoni & quan-
tum ueteranorum eſt, qui Cæſaris ductu imperiũ auximus, promo-
uemusq́; etiamnũ quotidianis laboribus, ſcimus nos æquè inuiſos
eius percuſſoribus & inſidijs illorũ obnoxios, idq́; conniuente ſena
tu. ſed poſtquam populus eos eiecit recepimus animos, dum uide-
mus res Cæſaris non omnino deſtitutas amicorũ grata memoria,
multumq́; ſecuritatis repoſuimus in ea quæ tibi cum illo interceſsit

amicitia

amicitia,& in rei militaris peritia, qua ad illum accedis proximè, imperator nobis cõmodiſsimus.cæterùm quia inimici renaſcuntur, & occupare conantur Syriam ac Macedoniã,parantq; contra nos pecunias & exercitus,ſenatu tecum cõmittente Decimum,te curam omnem inſumente in contentiones cum iuuene Cæſare, merito ueremur ne ad bellum,quod eſt pro foribus accedat etiam inter nos ſeditio,& inimicis ſuccedant omnia quæ illi moliũtur contra nos. quapropter poſtulamus, ut uel pietatis erga Cæſarem gratia, uel incolumitatis noſtrûm,de quibus hactenus nihil queſtus es,& ante omnia utilitatis tuæ propriæ cauſa,dũ licet, Cæſari adſis duntaxat in exigẽda pœna à percuſsoribus:id enim ſat erit:deinde ſecurus potentia fruaris,ſecuritate tibi nobisq; parta, qui nunc tam pro nobis ipſis,q̃ pro te ſumus ſolliciti.Ad hæc Antonius ita reſpondit: Quanta beneuolentia,quantoq; fauore Cæſarem uiuum proſecutus ſim, in tuenda eius dignitate ad omnia pericula prõptiſsimus,ſcitis ipſi qui expeditionibus eius & rebus geſtis interfuiſtis.rurſum quãta ille me gratia,quanto honore præ cęteris dignatus eſt,liquet uel abſq; teſtibus.neutrum horum paricidas etiã latuit,qui decreuerant me quoq; cum illo tollere, quaſi me ſuperſtite nunquam ſperarent ſe fore uoti cõpotes:quod quiſquis eis diſſuaſit,non amore mei fecit id:ſed quo magis accederent ad tyrannicidarum ſpeciem, ut uiderent non tam uoluiſſe inſectari multos inimicos, quàm tyrannum unum tollere. quis igitur crederet me Cæſari præclare de me merito præferre inimicos illius, & cædis pœnam ultro inſidiatoribus meæ ſalutis remittere,ut opinatur Cæſar iunior? unde igitur decreta iniuriarũ obliuione præfecturas acceperunt? hanc enim culpam à ſenatu in me reijcitis.audite unde.Occiſo in curia Cęſare,continuo terror inuaſit ex omnibus me maximè, quippe qui & amicus eram illius, nec intelligebam rem exactius,incertus qui conſpiraſſent & quamobrẽ. plebs tumultuabat,homicidę occupato Capitolio admittebant neminem. ſenatus eis fauebat, ut nũc magis compertum eſt, interfectoribus ut tyrannicidis præmia parabat decernere.id ſi ſucceſsiſſet, pereũdum erat nobis omnibus,ut tyranni amicis.In ea trepidatione,metuq; ac ſolicitudine quamuis non mirum eſſet me deſtitui cõſilio, tamen ſi recte rem perpendatis, intelligetis nec audaciam mihi defuiſſe in periculis,nec artes ad ſimulandum quoties opus fuit.præcipuum erat, ut unde reliqui penderent, obſtare quo minus decernerentur percuſſoribus præmia, id quod pertinaci contentione obtinui etiam inuito ſenatu paricidisq;, ſed non ſine magno meo periculo : quòd uos Cæſari ſuperſtites nequaquam tutos fore putarẽ, ſi ille tyrannus

declararetur.cumq́; pari metu ſenatus & inimici tenerẽtur, ni Cæſar pro tyranno habeatur,fore ut homicidas pœna maneat, tanto contentioſius agentibus ceſsi,ut non præmia decernerẽtur ſed obliuio: idq́; ut ipſe impetrarem quæ opus erant.at quanta & qualia? ne Cęſaris quidem nomen aboleretur,mihi omnium iucũdiſsimũ. ne bona eius publicarentur.ne adoptio,qua nunc iſte inſoleſcit,irrita fieret. ut teſtamẽtum eius ratum maneret, regali funere corpus ornaretur, honores ſemel ei decreti manerent in perpetuum,acta rata eſſent,filius eius, nosq́; amici, duces & milites ſalutẽ in tuto haberemus, & pro ignominia gloriã.ecquid pauca hæc aut parua uidẽtur pro obliuione à ſenatu mihi repenſa? aut conceſſurus hæc erat niſi obliuione impetrata? & hæc quidem permutatio non iniqua erat,etiamſi facta eſſet ſincere,ſerio uenia homicidis reddita pro immortali Cæſaris gloria:proq́; incolumitatis noſtræ ſecuritate.atqui non hoc animo id à me factũ eſt, ſed ut differretur pœna. certe quamprimũ à ſenatu obtinui quæ uolebã,homicidis iam uacuis ſolicitudine,ad priſtinam audaciam reuerſus obliuionẽ antiquaui, nõ plebiſcitis aut ſenatus conſultis,quod non licebat, ſed diſsimulanter conciliata mihi plebis beneuolentia, prolato in forum uelut ad ſepulturam corpore Cęſaris,detectisq́; uulneribus,quiritando & cruentam perfoſſamq́; ueſtẽ oſtentando,uirtutibusq́; illius & in primis charitate erga patriam,cõmemorandis, mouendo affectus multitudinis: ad hæc deplorando ut cæſum,& precibus inuocãdo ut cælitem.his enim factis dictisq́; irritata plebs ignem accendit, & nihil morata obliuionẽ, eum in ædes inimicorum immiſit,ipſos Vrbe expulit.hoc autẽ inuito dolenteq́; ſenatu eſſe factum ſtatim apparuit,dum me criminant̃ ut plebis captatorem,dum homicidas cum poteſtate mittunt in prouincias,Brutum uerò & Caſsium in Syriam & Macedoniam, magnis refertas exercitibus,iuſſos propere & ante pręſtitutũ tempus ſuccedere annonæ prætextu. ibi ego magis etiam timebã nullo proprio munitus exercitu, ne tot armatis inermes obijceremur, præſertim cùm collega eſſet mihi ſuſpectus & ſemper diſcors,quiq́; uideri uellet cõiurationis cõſcius,ut qui die cædis in Vrbe eſſe curauerit. in tam dubio rerum noſtrarũ ſtatu,cupiens exarmare aduerſarios,& eorũ arma nobis uſurpare, Amatium occidi, reuocauiq́; Pompeiũ, ut hoc modo rurſus deuinctus ſenatus in partes meas trãſiret:ac ne ſic quidem ei fidens,perſuaſi Dolobellę ut Syriam non ab ipſo,ſed à populo peteret,petẽtiq́; faui,ut homicidis ex amico inimicus redderetur, & ſenatum puderet poſt rationẽ collegæ habitam, me repulſam pati de Macedonia. attamẽ ne tum quidem eam dediſſent mihi, uel poſt

Dolobel-

Dolobellam,propter exercitum qui erat in ea, niſi prius eum collegæ attribuiſſent, cui cum Syria decretum fuerat bellum Parthicum. Sed neq; Caſsianis abſtuliſſent uel Syriam uel Macedoniã, niſi illis ſecuritatis cauſa proſpectum fuiſſet de alijs loco ademptarũ prouincijs.id cum opus eſſet facere,uidete quales pro qualibus datę,Cyrenenſis & Cretenſis,nudæ præſidijs,quibus cõtemptis inimici quaſi parum ſibi tutis,ademptas conantur per uim inuadere.atq; ita exercitus imperiũ ab inimicis ad Dolobellam trãslatũ eſt, artibus & aſtu atq; permutatione.nondum enim prolatis armis,oportebat abuti legibus.poſthæc inimicis nouos delectus habentibus,opus mihi erat legionibus Macedonicis, ſed occaſio deerat: & rumores increbuerant,uaſtari à Getis Macedoniam, quod quia nõ credebatur, miſsis qui rem explorarent,legem tuli de dictatura, nequis eam uel nominet,uel decernat, uel oblatam accipiat. qua re maximè deliniti dederunt mihi exercitum,ac tum demum uiſus ſum mihi par eſſe aduerſarijs,non his manifeſtis,ut putat Cæſar:ſed alijs tum pluribus tum potentioribus, & latere adhuc uolentibus. his rebus cõfectis reliquus ſupererat mihi unus homicidarum hærens lateri Decimus Brutus, opportunæ prouinciæ magnoq; exercitui præfectus:quẽ ego ſciens audaciorẽ,ut honeſto prætextu priuarẽ Gallia,pollicebar pro ea Macedoniam deductis inde legionibus. indignante uerò ſenatu, ut cui ſubolerent inſidię,multisq;,ut ſcitis,per literas multa Decimo ſignificantibus, & cõſules deſignatos mecum cõmittere parantibus,ego iam audacius ſtatui, prouinciã quidem poſthabito ſenatu per rogationem à populo accipere, exercitum uerò è Macedonia Brũdiſium tranſportare,utendum ad res neceſſarias, quo etiam utar dijs uolentibus,ad quæcunq; opus fuerit. Sic ex magno timore priſtino ad certam ſecuritatem redijmus,atq; inſuper ad audendum contra inimicos,qui poſtquam extiterunt,apparuit ſimul ſtudium erga eos multorum. Videtis enim quàm eos præteritorum ſenatus conſultorum pœniteat, quanta contentione hoc agant, ut ſemel cõceſſa mihi adimatur Gallia.ſcitis quid ſcribant Decimo,quid conſulibus deſignatis ſuadeant, de mutando S. C. quod ad eam prouinciã attinet. Ego uerò dijs huius urbis præſidibus meaq; pietate fretus,& fortitudine ueſtra,qua Cæſar ſemper uictor euaſit, operam dabo ne inultũ eum ſinamus, quantum uel uirium uel conſilij nobis ſuppetit. hæc conſilia cõmilitones celari hactenus oportuit,quæ nunc apud uos proferuntur, quos ego & rerum gerendarũ & conſiliorum meorum arbitros facio, uoloq; cõmunicetis alijs qui eadem perſpiciũt, excepto uno Cæſare,cuius ingratitudinẽ ſenſimus. his uerbis perſuaſum eſt

præfectis militum, omnia pertinaci erga paricidas odio facta ad circumueniendum ſenatũ: nihilo ſecius peruicerunt ut recõciliaretur Cæſari, redieruntq; ambo in gratiã in Capitolio. nec ita multo poſt Antonius ſatellites aliquot in amicorũ cõſiſtorio ſtatuit, tanquam operam ad ſe tollendũ pollicitos Cæſari, ſiue calumnia fuit hæc, ſiue re uera id credidit, ſiue quia miſſos quoſdam circa exercitus cognouerat, inſidijs peti ſuum corpus putabat. quod ubi uulgo innotuit, tota urbe tumultuatũ eſt magna indignatione. pauci enim qui altius rem introſpexerant, intelligebant Antonium, quamuis iniquum Cæſari, conferre tamen plurimum, quòd formidini eſſet percuſſoribus: quo ſublato illos nihil non auſuros, præſertim adiuuante ſenatu. & hæc quidem erat prudentiorum coniectura: ſed maior pars uidens quotidie Cæſarem detrimenta pati & iniurias, facilius credebat calumnijs, quòd indignum ac nefarium uideretur, Antonium in ſummo magiſtratu de uita periclitari. tum Cæſar & ad hos excurrit furibundus, imò ſibi Antoniũ inſidias ſtruere uociferans, quando alienaret à ſe populum, cuius ipſe fauore hactenus ſubſiſteret: procurrensq; ad fores Antonij hæc eadẽ clamitabat, deos obteſtãs, & diris ſe deuouẽs, ſimulq; iudices poſtulans. cumq; nemo prodiret, tuos, inquit, amicos arbitros facio. & cum dicto conatus eſt irrumpere. Sed rurſum repreſſus, cõuitia iaciebat in eum cũ gemitu, iratus excludentibus, ne coargueretur Antonius. moxq; diſcedens populum teſtabatur, ſi quid ſibi accidiſſet, id imputandũ cruentis inſidijs Antonij. ad has miſerabiles uoces uulgus mutauit animũ, prioris opinionis pœnitens. nec deerant qui ambigerent utri credendũ eſſet, alij criminabantur utrumq; fingere hæc in perniciem inimicorũ, quando inter ipſos recens ſarta ſit gratia. rurſum alij credebant, hoc commentum Antonij, ut hac occaſione augeret ſuum ſatellitiũ, aut alienaret ueteranos à Cæſare. cui poſtquam occulte renunciatũ eſt, tum legiones Brundiſiũ aduectas, & tũ ueteranos in colonias diuiſos, indignari quòd Antonius inultam ſineret necem Cæſaris, pollicerique operam ſuam ad hoc pro uiribus: conſul ea de cauſa Brundiſiũ profectus eſt. Cæſar autem ueritus ne ille cum exercitu reuerſus ſe opprimeret deſtitutum præſidio, cum pecunijs properauit in Campaniã, ueteranos à patre in colonias deductos ad ſuam militiam reuocaturus. moxq; primam ad ſe pellexit Calatiam, dein Caſsilinum, ſitas ex utroq; latere Capuæ. repræſentatisq; in ſingulos quingentis ſeſtertijs, contraxit circiter decem milia uirorum, neq; iuſta armatura inſtructorum, neq; digeſtorũ in militares ordines, omnes ſub uno ſigno ductans tanquam ſatellitium. at urbani territi redeũte cum exercitu

ercitu Antonio, ubi audierunt & Cæſarem aduentare cum alio, partim duplicauerũt metum, partim libenter id acceperunt, quaſi uſuri Cęſare contra Antonium. alij qui uiderant eos in Capitolio redijſſe in gratiam, fictæ hæc fieri putabant: mutuasq; præſtari operas, ut Antonius potiretur cupita potentia, Cæſar de paricidis pœnas ſumeret. in hac trepidatione Carnutius tribunus plebis inimicus Antonio, Cæſari uerò amicus, huic obuiam profectus, & eius uoluntate cognita, renunciauit populo, Antonium profeſsis inimicitijs à Cæſare peti, & oportere metu tyrannidis hunc cõtra illum aſciſci in ſocietatem, quando nullus alius præſto ſit exercitus. his dictis introduxit Cæſarem, qui tum ad Martis ſecundo ab Vrbe lapide diuerterat. ille ad ædem Caſtorum ſe cõtulit, quam mox ueterani circũſteterũt cum occultis pugionibus. ibi prior Carnutius pro concione inuectus eſt in Antonium. mox ipſe renouabat patris memoriã, iniurias ab Antonio acceptas cõmemorans, propter quas contraxiſſet exercitum, ut eſſet tutior. pollicebatq; patrię operã et obſequiũ, & in alijs rebus omnibus, & in præſens cõtra Antoniũ. His dictis approbatis concione digreſſa, milites qui diuerſum putarant, ſe ueniſſe ut Cęſar cum Antonio rediret in gratiam, aut certe ad cuſtodiã Cæſaris & ultionem de percuſſoribus, ægrè ferebant pollicitum operam contra Antonium, ducem quondã ſuum, tunc uerò conſulem: horum aliqui petebant reditum ad ſuos tanquam arma paraturi, non enim ſe poſſe ferre alia quàm quibus aſſueuiſſent: alij uerò id quod erat præ ſe ferebant. Cæſar ut uidit rem in diuerſum cedere, turbatus nonnihil, ſperans tamen uerbis potius quàm ui ſe traducturũ eos in ſuam ſententiam, petita conceſsit, alteros ad arma paranda mittens, alios domum ſimpliciter: diſsimulatoq; dolore laudauit eos quòd ſe deduxiſſent, denuoq; donatis promiſit poſthac liberaliorem gratiam: quandoquidẽ in quauis neceſsitate illis mallet uti, nempe amicis paternis, quàm alio milite. his uerbis ex X M. tantum M. (uel ut alij produnt M M M.) flexi permanſerunt cum eo. cæteri tunc quidem abierunt, ſed mox reputando labores agriculturæ & lucra militiæ, tum promiſſa Cæſaris & facilitatem in concedendo quæ poſtulauerant, & gratiam tam redditam ſibi quàm ſperatam in poſterũ, ut ſunt mores uulgi mutabiles, pœnitentia ducti honeſtã occaſionem arripuerunt, & quaſi in hoc tantum diſceſsiſſent ut ſe armarent: cum armis ultro ad eum reuerſi ſunt. qui iam Rauẽnam & propinqua loca obeundo cum alia pecunia, continuatis delectibus indies augebat copias, iuſſas coire ad Aretium. Interea Brundiſium è V. Macedonicis legionibus quatuor uenerunt ad Antonium: quæ incuſantes eum ob

ceſſationem

ceſſationē in perſequendis homicidis, ſine acclamationibus deduxe
runt ad tribunal,quaſi rationem audituri ante omnia. id ſilentiū ille
iniquo animo ferens, non continuit ſe quin eis exprobraret ingra-
titudinem,non agnoſcentibus quanto pręſtaret in Italiam ire quàm
in Parthiam,nec ullum ſignum grati animi edentibus.præterea que-
rebatur, quòd miſſos ab aduleſcente petulante(ſic enim appellabat
Cæſarem) concordiæ turbatores non adducerent ad ipſum.ſe tamē
eos inuenturum:Exercitum uerò ducturū ad decretam ſibi prouin-
ciam,fortunatā illam Galliam,& uiritim cētum H—S daturum.hæc
in promittendo parcitas riſu excepta eſt. quem cum moleſte ferret,
aucto tumultu deſerebatur.tum ſurrexit & ipſe,hoc tātum profatus,
Diſcetis imperata facere.cumq; à tribunis ſeditioſos expetiſſet(ſuus
enim cuiq; in Romano exercitu locus nominatim aſcriptus eſt) ex
militari diſciplina ſorte duxit decimum quenq;: nec tamen in hos
omnes, ſed in partem tātum animaduertit, putans ſe eos territurum
paulatim: quamuis hoc facinore irritauit eos magis q̃ terruit. quod
ubi uidere Cæſariani qui ad eos corrūpendos miſsi fuerant,tum ma
ximè libellos ſpargebāt per exercitum,pro Antonij ſordibus & cru-
delitate reuocantes ſuperioris Cæſaris memoriā,& ad Iunioris libe-
ralitatem inuitantes: quorum indicibus cùm conſul magna præmia
propoſuiſſet, celatoribus contrà interminatus eſſet pœnam, nemi-
ne prodito ægrè ferebat,quaſi exercitus eos tegeret. cumq; renunci
arentur quæ tū in colonijs tum in Vrbe Cæſar agebat, turbatus rur-
ſum ad milites prodijt, dicens ſe dolere quòd neceſsitate coactus a-
nimaduertiſſet, licet in pauciores quàm pro ratione militaris diſci-
plinæ, & ipſos ſcire quàm nec ſordidus nec ſæuus ſit Antonius. Sed
faceſſat,inquit,inuidia,& ſatis ſit tum erratorum,tum pœnarum.cę
terùm centenos illos ſeſtertios accipietis,nō dono,nec enim id An-
tonij fortuna patitur,ſed quo primus noſter congreſſus ſit auſpica-
tior.poſthac iuxta patriam & militarē diſciplinā parendum eſt impe
ratis & nunc,& de cætero.hæc locutus nihil ad donatiuum addidit,
ne uideretur imperator ceſsiſſe militibus: illi oblato cōtenti fuerūt,
ſiue metu,ſiue pœnitentia.ipſe tribunos eis mutauit,ſiue ob ſeditio-
nem iratus,ſiue aliqua ſuſpitione motus:cæteros quoties opus habe
bāt tractauit comiter,& alios poſt alios per maritimas regiones Ari
minum miſit: habitoq; delectu præſtantiſsimi cuiuſq; uel corporis
dotibus uel animi, confecta ex eis prætoria cohorte,Romam iter fe-
cit, inde porrò iturus Ariminum.intrauit autem Vrbem magno fa-
ſtu, relicta equitum ala in ſuburbijs, ſtipatus accincto milite: noctu
uerò armatas cuſtodias circa ædes diſpoſuit,data eis teſſera diſtribu

tis caſtren-

tis caſtrenſi more in quatuor uigilias. conuocato deinde ſenatu ut quereretur de Cæſaris conatibus, in aditu curiæ nuncium accepit, è quatuor illis legionibus unam cognomine Martiam in itinere ſigna ad illum tranſtuliſſe. cumq; cogitabundus cõſtitiſſet, ecce alius nuncius affert quartã quoq; legionem pariter ad illum tranſijſſe. quare territus, intrauit quidem curiam, ſed quaſi alia de cauſa Patres conuocaſſet, pauca locutus, ad portam recta properauit, & inde porrò Albam, uerbis ut putabat, milites reducturus ad officium. ſed cum peteretur telis è mœnibus, alijs legionibus uiritim quingenos miſit ſeſtertios: quas uerò circa ſe habebat copias Tibur duxit. eo apparatu quo ad bellum iri ſolet. iam enim certũ erat bellũ, quòd Decimus Galliam nollet tradere. ibi agenti fermè totus ſenatus preſto fuit honoris cauſa, & equitum Romanorũ pars maxima, tum è plebe præſtantiſsimus quiſq;. qui quoniam ſuperuenerũt exigenti ſacramentũ à militibus quos circa ſe habebat, & à ueteranis emeritis (nam & horum magnus numerus eò confluxerat) ultrò cum eis iurabant manſuros ſe in fide Antonij, ut dubitari poſſet, ubinam eſſent qui paulò ante Cæſare concionante cõuicia in illum iecerant. itaq; ſplendido comitatu deducẽte petebat Ariminum, ſitum in primo aditu Gallię, habens præter tirones legiones Macedonicas tres: iam enim & reliquum earũ uenerat: ueterani quoq; ſeniores uidebãtur tamen duplo prę ſtare tironibus. atq; ita quatuor legiones ei adfuerunt uirorũ exercitatorũ, unà cum ſolitis eas ſequi auxilijs, præterea prætoriani cum tironibus. In Hiſpania Lepidus cum quatuor legionibus, Aſinius Pollio cum duabus, & Plancus in ulteriore Gallia cum tribus, uidebãtur ſecuturi partes Antonij. in Cæſaris exercitu robur erat duæ illę legiones, quę ad eum tranſierant, una tironum, duę ueteranorũ, hæ quidem non integræ, ſed ſuppletæ ex tironibus. his omnibus Albam conuenire iuſsis, rem ſignificauit ſenatui. qui lætus, ut rurſum non facile agnoſceres eos qui modo Antonium deduxerant, dolebat tamen legiones ad Cæſarem potius quàm ad ſe tranſiſſe. nihilominus tum illius tum legionum uoluntate collaudata, polliciti ſunt S. C. de rebus gerendis, quàm primum noui magiſtratus acceſſerint ad rempublicam. nec dubium erat quin uſuri eſſent his copijs cõtra Antonium, quando nullum proprium haberẽt exercitum, nec poſſent abſq; conſulibus delectus facere, ideoq; differrent in nouos magiſtratus omnia. Cęſari autem exercitus ſecures cum lictoribus obtulit, rogans ut uellet eſſe proprætor, atq; ita eos pro imperio duceret, aſſuetos parere magiſtratibus. ille laudauit eos pro honore ſibi habito, rem tamẽ totam in arbitrio ſenatus reliquit, & militibus obnixus eſt

xus eſt ſerio, nec paſſus eſt legatos mitti ad ſenatum, quaſi ultro ſibi eum honorem delaturum, præſertim ſi ueſtrũ, inquit, ſtudiũ, & meam cunctationẽ ſenſerint. hoc ægrè impetrato, & ducibus contemptos ſe querentibus, rationem ſui facti ſic reddidit, ut diceret ſenatũ in ſuis partibus eſſe, non tam ulla erga ſe beneuolentia, quàm Antonij metu, & militum inopia, idq; tantiſper dum illo ſublato, percuſſores amici patrum & cognati, copias eis collegerint. hæc intelligẽs, inquit, miniſtrũ illorum me ſimulo. non eſt igitur à nobis detegenda hæc ſimulatio: quos, ſi magiſtratũ uſurparemus, accuſarent ut iniuſtos & uiolẽtos: quòd ſi modeſtè nos geſſerimus, ultro fortaſſe dabunt, timentes ne à uobis accipiam. hæc locutus ſpectauit decurrentes duas legiones transfugas, inter ſe cõmiſſas, & repræſentantes omnia quę in ſeria pugna ſolẽt fieri, niſi ꝙ abſtinebatur cędibus. quo ſpectaculo delectatus, & libenter occaſionẽ liberalitatis arripiens, alteros quingenos H—S inſuper eis addidit. quòd ſi certamine opus fuerit, quinquies millenos uictoribus eſt pollicitus. atq; ita donatiui largitate deuinxit ſuos mercenarios. eodem tempore in Gallia Decimum Antonius iubebat migrare in Macedoniam, uel ut pareret populo, uel ut ſibimetipſe parceret. ille remiſit ad eum allatas ſibi à ſenatu literas: quaſi nihilo minus apud ſe uoluntas ſenatus deberet ualere, q̃ apud Antonium populi. cumq; conſul ei præfiniſſet diem, ad quam ni prouincia ſibi decederet, pro hoſte haberetur, Decimus poſtulauit proferri ſibi eum terminum, ne forte ille citius hoſtis à ſenatu iudicaretur. tum Antonius qui facile potuiſſet delere eius exercitum, etiam tum in caſtris agentem, maluit ad urbes promouere copias: nec illę excludebãt eum. Decimus ueritus ne ulla earum ſibi pateret, finxit ſe cum exercitu à ſenatu in Vrbem reuocari per literas, ingreſſusq; iter uerſus Italiam, omnibus ut abeuntẽ excipientibus, ubi Mutinam urbem opulẽtam peruenit obiter, portas clauſit, & annona Mutinenſium uſus eſt ad alendum exercitum, mactatorumq; iumentorũ carnes ſaliuit, ſi forte cõtingeret diuturnior obſidio: ibiq; expectabat Antonium. habebat autem in exercitu gladiatores multos, & legiones tres, quarum una ex tironibus cõſtabat, reliquæ duę antea quoq; militarant eius auſpicijs, ipſi fidiſsimæ. Antonius uerò cum ira eò delatus Mutinam circũuallauit. Dum ita obſidetur Decimus, calendis ineuntis anni conſules noui Hirtius & Panſa mox à ſacrificio in ipſum templum cõuocarunt ſenatum contra Antonium. ibi Cicero eiusq; amici cenſebant eum hoſtem iudicãdum, quando Galliam inuito ſenatu armis occupaſſet, ceu arcem cõtra patriam: & exercitum in Getas ſibi datum trãſuexiſſet in Italiam. addebant eum
poſt

poſt Cæſarem noua de dominatione agitare conſilia, quòd in Vrbe propalàm centurionibus ſe ſtipaſſet more ſatellitij, ædesq; ſuas tanquam arcem muniſſet armis & teſſeris, omniaq; ſuperbius egiſſet q̃ deceat magiſtratū annuum. At L. Piſo, qui erat abſentis Antonij uicarius, uir cū primis illuſtris, & alij qui uel ei uel Antonio ſtudebāt, nonnulli uero ipſi ita ſentiebant, cenſebant diem illi dicendā, quando alienum eſſet à maiorum inſtitutis, ciuem indicta cauſa damnare: & alioqui parum deceret, eum qui pridie cōſul fuiſſet, pro hoſte haberi poſtridie, præſertim toties laudatū & ab alijs & ab ipſo Cicerone. ita ſenatus ea die ad noctem uſq; mãſit animi ambiguus. ſequentis uerò diei primo mane Patres rurſum coierunt in curiam: & prægrauante Ciceronis factione, ex ſenatus conſulto hoſtis iudicatus fuiſſet Antonius, ni Saluius tribunus plebis rem integram differri iuſſiſſet in craſtinū. ſemper autē in hoc collegio potior eſt intercedentis autoritas. id Ciceroniani admodum grauiter ferentes, non temperabant ſibi à conuicijs, & procurrentes in forum concitabant contra eum populum: ipſumq; ad cauſam reddendam uocabāt. & prodijſſet intrepide, ni retentus fuiſſet à ſenatu, uerito ne concione ſua mutaret animum populi, renouata Antonij memoria. norant enim damnare ſe iniudicatum uirum perilluſtrē, & prouinciam ei datam eſſe à populo: ſed quia timebāt percuſſoribus, infenſi erant ei quòd primus irritam feciſſet obliuionem ſenatusconſulto decretā. ideoq; prius Cæſarem contra illum ſibi aſciuerant: quòd is non ignorans, facile inductus eſt ut primùm Antonium tolleret. Sic affecto erga illum ſenatu, ſuffragia tunc ex tribuni plebis uoluntate dilata ſunt: interim tamen ex S.C. laudatus eſt Decimus, quòd Gallia nō deceſſerit Antonio: additumq; decreto ut cum Hirtio Panſaq; pari imperio Cæſar præeſſet eis quas tum habebat copijs, & aurata ei poneretur ſtatua: utq; ſententiam poſthac inter Cōſulares diceret, & ius petendi conſulatus haberet decennio ante ætatem legitimam. utq; duabus legionibus quę ad eum ab Antonio tranſierant, donatiuū quantum ipſe Cæſar poſt uictoriam ſe daturum pollicitus eſt, redderet ex ærario. poſt hæc ſenatus cōſulta Patres dimiſsi ſunt: quaſi iam reipſa hoſtis iudicatus eſſet Antonius, tribuno plebis nil amplius contradicturo in craſtinum. cæterùm Antonij mater & uxor cum filio admodum adoleſcentulo, alijsq; familiaribus eius & amicis, per totam noctem ad ædes potentum diſcurrebant ſupplicatum, & interdiu euntes ad curiam præhenſabant, atratæ accidentes eis ad pedes cum lamentis eiulatuq;, & uociferãtes pro curiæ foribus. iamq; ad uoces earum & aſpectum tantamq; repentinam mutationem flectebantur

nõnnulli,cum Cicero exitum rei metuens in hanc ſententiam Patres allocutus eſt:Quæ decernenda erant de Antonio,heri decreuimus. nam hoc ipſo quod inimicos eius honorauimus, hoſtis iudicatus eſt. Saluius uerò,qui ſolus interceſsit,oportet ut aut plus cæteris omnibus ſapiat,aut propter amicitiã hoc faciat,aut propter præſentis rerum ſtatus ignorãtiã:quorum illud turpe nobis fuerit, ſi uidebimur uniuerſi minus quàm unus ſapere: hoc uerò ipſi Saluio, ſi amicitiã præferet reipublicæ. quando igitur ſupereſt,ut rem præſentem nõ intelligat,debuerat nõ tam ſibimet credere,quàm conſulibus, prætoribus,tribunis ſuis collegis,cæteriſq; ſenatoribus: qui cum ſimus tot numero tantaq; dignitate, uel per ætatem, uel per experientiam, melius quàm Saluius nouimus Antonium.eſt autẽ in ſuffragijs & iudicijs ſemper maior pars iuſtior. quòd ſi nũc etiam cupit cauſas ſibi reddi, præcipuas paucis commemorabimus. pecunias noſtras poſt mortem Cæſaris uſurpauit ſibi Antonius,impetrata à nobis Macedonia prouincia, Galliam abſq; S. C. inuaſit: exercitũ contra Getas acceptum, illis omiſsis contra nos adduxit in Italiam: utrunq; horũ cum in fraudẽ noſtrã petiſſet nec obtinuiſſet, autoritate effecit propria. cohortem regiam Brundiſij ſibi aſciuit,propalàm in urbe ſtipauit ſe armato ſatellitio, quod pro ædibus noctu excubaret accepta teſſera. cæteras quoq; copias ad Vrbem acciuit à Brundiſio, omnia uehemẽtius affectans, quæ prius Cæſar, quem lugebat. ſed à iuuene Cæſare & alio exercitu præuentus extimuit,uertitq; ſe in Galliã,tanquam opportunam ſedem belli gerendi contra nos:quando & Cæſar illinc eruptione facta,nobiſq; oppreſsis rerum potitus eſt. In hos uſus ſæuicia perterrefecit milites, quo magis ad omne facinus impigros redderet. decimauit non ſeditioſos aut præſidiorũ ordinũmue deſertores,in quos ſolos ex militari diſciplina tã ſeuere animaduertitur,qua tamen pœna nõ niſi pauci,ægrè ut in periculoſiſsimis bellis neceſsitate exigente uſi ſunt. iſte uerò ob unam quampiam uoculam aut riſum ciues morte mulctauit,idq; ſorte nõ iudicio. quapropter qui potuerunt defecerũt ab eo,quibus uos ut re bene geſta, decreuiſtis heri præmia. qui uerò non potuerunt aufugere, metu coacti peccant cum eo, cuius ductu hoſtiliter inuadunt ueſtram prouinciam,ueſtrũ exercitum oppugnãt,ueſtrũq; prætorem:quem uos per literas hortamini ut maneat in prouincia, Antonius uerò iubet decedere. utrum igitur nos hoſtẽ iudicamus Antonium, an ille nos bello impetit? & hæc noſter tribunus adhuc ignorat,donec ſublato Decimo prouincia tanta nobis finitima,& cum ea Decimi exercitus in ſpem opprimendi nos accedat Antonio. tum demum tribunus ui-
detur

tur hoſtem iudicaturus, ubi ille ſuperior nobis euaſerit. uix ea finierat Cicero, cũ tantus ab eius amicis ſtrepitus excitatus eſt, ut diu nemini præberetur ſilentium, donec Piſo ipſe prodijt in mediũ. cuius reuerentia & alios ſenatores & Ciceronianos tantiſper ſedauit, dum uerba faceret in hunc modum: Leges P. C. poſtulant, ut reus ipſe accuſationem audiat, & dicta pro ſe cauſa expectet iudicum ſententiam, quod nec Cicero negabit accuſator uehemẽtiſsimus. quẽ quoniam piguit contra præſentem Antonium agere, mauultq; in abſentem heîc pręcipua certaq; crimina cõgerere, in medium ego prodij, ut paucis ea refellerem. Publicas pecunias ait Antonium poſt Cæſaris mortem ſibi uſurpaſſe. leges certe furi ſuam pœnam intẽtant, hoſtem eum non iudicant. & Brutus quidem ſublato Cæſare, pro concione illum accuſauit, quaſi dilapidaſſet pecunias publicas exhauſto ærario, Antonius uerò paulo pòſt retulit de inquiſitione earũ, uos acceſsiſtis ad eius ſententiam, & præmiũ indicibus propoſuiſtis partem decimã, cuius nos duplum repræſentabimus, ſi quis poteſt Antoniũ huius fraudis cõuincere. hactenus de peculatu reſponſum ſit. cæterùm Galliam prouinciã non nos Antonio decreuimus: plebiſcito eam obtinuit præſente Cicerone, quẽadmodũ alij ſæpe alias prouincias, & hanc ipſam Cæſar antea. ei plebiſcito aſcriptum eſt, ni Decimus prouincia decedat, licere Antonio illum bello perſequi, & ſi Getæ nihil noui moliantur, exercitum contra pertinacem transportare. Sed Cicero Decimum pro hoſte non habet, arma contra leges ferentem: Antonium uerò habet, armis utẽtem legitime. quòd ſi legem accuſat, autores eius accuſat, quibus diſſuadere debuerat potius, quàm nũc poſtquam ſemel aſſenſit, eos contemnere: & Antonio potius populi beneficium credere, quàm prouinciam Decio, quem populus propter homicidium expulerat. nec enim cõſultum eſt diſſidere à populo, præſertim periculoſis tẽporibus: aut obliuiſci hoc ipſum iudicium olim penes eum fuiſſe, quinam habendi eſſent, uel pro amicis, uel pro hoſtibus. nã antiquo iure ſolus populus eſt belli pacisq; arbiter: quod ius ſibi aſſereret, nobisq; indignaretẽ, ſi ducẽ ac patronum haberet. Sed occidit aliquot milites Antonius. occidit pro imperio, quod ueſtris conſecutus eſt ſuffragijs: nec ullus unq̃ imperator huius facti rationem reddidit. nec enim legiſlatoribus uiſum eſt è repub. eſſe, militibus rationẽ reddi à ducibus: nec eſt quicq̃ in exercitu peius cõtumacia, qua factum eſt ut multi perierint in ipſa uictoria: nec unquã uel Decimatorũ cognatis fuit reddita ratio, ſicut ne nunc quidẽ eam poſtulant. At Cicero cædis crimen obijcit Antonio, nec contentus uulgari homicidarum pœna, facit eum hoſtem

publicum:quamuis ſatis appareat in quanto ille contemptu apud milites fuerit,quandoquidem duæ legiones, ueſtro decreto ei militare iuſſæ,contra diſciplinam militarẽ transfugerunt,non ad uos, ſed ad Cæſarem:quod tamen eorũ factum Ciceroni placet,& præmium eis ex ærario dari heri cenſuit. quod exemplũ ſuperi faxint nequãdo nobis triſte fiat. cæterum Ciceronem ad hanc iniquitatẽ trãſuerſum egit inimicitia.accuſat enim Antonij tyrannidem & animaduerſionẽ in milites, cùm ſolitũ ſit reipublicæ inſidiatoribus, obſequijs & indulgentia potius emereri fauorem exercituũ, quàm alienare animos eorum à ſe per ſæuitiam. Quoniam autem non piguit eum calumniã Antonio ſtruere,quaſi poſt Cæſarem molienti nouam tyrannidem, age diſquiramus hoc pacto ſingula. quem indicta cauſa ut tyrannus occidit,qui nunc abſens hæret in hoc periculo?quem ex Vrbe expulit?quem unquam apud nos calumniatus eſt? an ſingulis nihil moleſtus,uniuerſorũ libertati inſidiatus eſt? quando tandem Cicero? an cùm legem de obliuione anteactorũ pertulit?an cùm Se xtum Pompeij ueſtri filium reuocandum, bonaq; paterna ex ærario perſoluenda ei cenſuit? an cùm Pſeudomarium turbatorẽ pacis cõprehenſum capite mulctauit uobis laudantibus? quod ſolũ calũniari Cicero nõ auſus eſt propter uos:an cùm de dictatura in perpetuum tollenda legem tulit? Hæc enim ſunt eius acta publica duorũ menſium, quibus ſolis in Vrbe manſit poſt necem Cæſaris,modo populo interfectores perſequente,modo uobis de futuro ſollicitis,quo tẽpore,ſi malus ciuis fuiſſet, quod aliud expectare poterat ſibi opportunius? At ſecus magiſtratum geſsit quàm debuit.quid?an non ſolus remp.adminiſtrauit profecto Dolobella in Syriam?an non præſidium à uobis acceptum in Vrbe habuit? an nõ nocturnis Vrbem muniuit cuſtodijs?an excubias circa ſe diſpoſuit ob aliud q̃ inimicorum inſidias?an ei deerat occaſio, Cæſare ſublato, amico benemerito, & apud populum gratioſiſsimo? nónne aliam propriam nactus eſt capitalibus inſidijs appetitus ab his,quorũ neminẽ uel occiderat, uel in exilium egerat:quibus tamen quantum licuit ignouit,nec inuidit eis dari prouincias.Hæc ſunt ut uidetis P.C.illa pręcipua certaq; crimina, quæ obijcit Cicero.& quoniam quidã criminatione non cõtenti diuinationes addunt,uenturum fuiſſe in urbem hoſtiliter cum exercitu,ſed id cõſilium mutaſſe metu Cæſaris qui eam præoccuparat:qui fit igitur ut cùm ſolum huiuſmodi conſilium hoſtile uideatur,non pro hoſte habeatur qui & uenit,& tantũ non obſidet nos? aut quid obſtabat ne ille ueniret ſi uoluiſſet? niſi fortè iuſtum exercitum circiter triginta milia uirorũ habens, timuit tria milia Cæſarianorũ ſe-

mermium nullos ordines ſeruantium, qui in hoc tantũ uenerant ut ei conciliarent Cæſarem, quem ut primùm cognouerũt moliri bellum, confeſtim deſeruerunt. quòd ſi nõ auſus eſt uenire cum triginta milibus, quomodo poſtea cum mille ſolis uenit? cũ quibus ex urbe Tibur petentem quàm multi deduximus? quàm multi ſponte ſacramentum ei diximus? quantas & Cicero laudes in eius acta uirtuteſq; cõgeſsit? aut quomodo Antonius ſiquid tale cogitabat, hos nobis reliquit obſides, qui nunc uerſantur ante curiam? matrẽ inquam & uxorẽ & filium adoleſcentulũ, qui nunc flent ac timent, non propter ſecus quàm oportet adminiſtratam per eum rempublicam: ſed propter inimicorũ potentiã. Habetis ſpecimen defenſionis Antonij & Ciceronis incõſtantiæ: ſupereſt ut horter quotquot recte ſapiũt, ne populum offendant néue Antonium, ne in ciuitatem ſimultates & pericula inuehant, repub. nondum planè reſtituta & egente maturo auxilio. utq; Vrbi parato idoneo præſidio, priuſquam externus aliquis tumultus ingruat, tunc proſpiciatis utcunq; res poſtulauerit, & tum demum decernatis quicquid placuerit, ubi decreta exequendi facultas affuerit. quomodo igitur fient hæc? Si Antonio relinquamus Galliam quam accepit gratia beneficioq; populi: Decimum uerò cum tribus quas habet legionibus huc euocatũ mittamus in Macedoniam retentis hic eius copijs. quòd ſi illæ legiones quæ Antonium deſeruerunt, ad uos tranſierũt, ut ait Cicero, has quoq; à Cæſare in Vrbem reuocemus. ſic enim freti quinq; legionibus, ſenatus conſulta conſtanter faciemus quæ placuerint, nullius ſperantes gratiam. & hæc quidẽ dicta ſint his qui audiunt me abſq; inuidiæ contentioniſq; affectibus: cæterũ hos qui incõſiderate incogitãterq; propter proprias ſimultates ac cõtentiones uos perturbant, hortor ne præcipitent iudicium contra uiros egregios, & præfectos magnis exercitibus, néue inuitos ad bellum cogant, meminerintq; Marcij Coriolani, & huius nuper extincti Cæſaris: quem quia pariter imperantẽ exercitui, & nobis optimas conditiones pacis offerentem, temere hoſtem iudicauimus, ut reuera hoſtis fieret perpulimus. parcant etiam populo, qui paulò antè impetũ fecit in percuſſores Cęſaris, ne uideamur in ipſius contumeliam eis dare prouincias, Decimum laudare quòd plebiſcitum irritum faciat, Antonium hoſtem iudicare, quòd Galliam à populo acceperit. quapropter debẽt qui recte ſentiunt errantes in uiam reducere, conſules uerò & tribuni plebis præ cæteris ſuccurrere periclitanti reipublicæ. Hæc Piſo pro Antonio, exprobrans ſimul & terrens, effecitq; proculdubio ne hoſtis iudicaretur, nec tamẽ ei ualuit impetrare prouinciam Galliam. nam Cæſaris per-

cuſſorũ cognati & amici præ metu obſtiterunt, ne fortè pace illi red
dita necem eius ulciſceretur reuerſus in gratiã cum eius filio: ideoq́;
ſemper alebant eorum diſsidium. decretumq́; eſt ut offerretur Anto
nio Macedonia pro Gallia: cætera mãdata, uel decepti, uel uolentes,
cõmiſerunt Ciceroni perſcribenda, & mittenda per legatos ad eum.
quæ is pro ſententia conſcripſit in hunc modum: Antonius à Muti-
na confeſtim abſcedito, Decimo Galliam relinquito, intra Rubico
nem Italiæ Galliæq́; terminũ ad præſtitutã diem ſe recipito, resq́; ſu-
as cunctas arbitrio ſenatus permittito. Ita tum contentioſe nec ſatis
ex ſenatus ſententia Cicero mandata conſcripſit, nõ tam propter ſi-
multatem, ut uidetur, quàm ad nutum fortunæ rempublicam muta-
turæ, ipſiq́; Ciceroni meditantis perniciẽ. quo tempore allatis Tre-
bonij reliquijs, cognitisq́; ludibrijs quibus affectus eſt, facile ſena-
tus adductus eſt, ut Dolobellam hoſtẽ iudicaret. cæterũ legati miſsi
ad Antonium, quos pudebat mandatorum tam inſolentiũ, nihil ali-
ud præfati, ea ipſa tradiderunt illi. qui iratus multa in ſenatum & Ci-
ceronem effudit. Mirari ſe Cęſarem quidem optimè de Romano im
perio meritum, haberi pro tyranno regeq́;, Ciceronem uerò non ha
beri: qui à Cæſare iure belli captus, nec tamen necatus nihilo minus
percuſſores eius amicis ipſius pręferat, & Decimum quandiu fuerat
illius amicus ſibi inuiſum, nunc paricidam diligat: illi qui à ſolo Cæ-
ſare prouinciam acceperit, faueat: ſe uerò oppugnet, qui eam benefi
cio populi habeat. ex legionibus, inquit, quas ſenatus conſulto acce-
pi, transfugis decernit præmia, manentes in officio corrumpit, non
magis meo incommodo, quàm diſciplinæ militaris & reipublicæ.
præterea paricidis obliuionẽ conceſsit, cui & ego aſſenſi propter du
os uiros honoratos: Antonium uerò & Dolobellam habet pro ho-
ſtibus, quia retinemus ſemel nobis tradita. hæc enim eſt cauſa præci
pua: & ſi deceſſero de Gallia, tũ nec hoſtis fuero nec affectator mo-
narchiæ. Hoc tamen proteſtor, irritam me facturum illam qua con-
tenti eſſe nolunt obliuionem. Talia multa locutus Antonius reſcri-
pſit ad ſenatus mandata, futurum ſe in eius poteſtate amore patriæ:
Ciceroni uerò qui formulã præſcripſerit, ita ſe reſpondere: Populus
lege lata Galliã dedit mihi, permiſit ut Decimũ ni legi pareat, armis
perſequar, & pœnas ab ipſo uno pro omnibus percuſſoribus expe-
tam, ut ſenatus tandem purus fiat à piaculo, cui nunc obnoxius eſt
propter Ciceronem fauẽtem Decimo. His Antonij dictis ſcriptisq́;
ad ſenatum relatis, continuo hoſtis iudicatus eſt, ſimulq́; exercitus,
ni cõfeſtim eum relinqueret. Macedonia cum Illyrico & copijs quę
in utraq; prouincia ſupererant, M. Bruto data eſt, donec cõſtitueret

reſpublica

reſpublica: qui iam proprium habebat exercitum,& inſuper ab Apuleio nonnihil militũ acceperat,habebatq; naues tum longas, tum onerarias, & pecuniæ circiter ſedecim milia talẽtorũ,armorũq; magnũ numerũ, quæ Demetriade Cæſari multo antè parata inuenerat. quæ omnia tunc ex S. C. accepit ad tuendam rempublicam. Caſsius quoq; ex eodem S. C. præfectus eſt Syriæ,belloq; contra Dolobellam gerendo : aſcriptumq; ut quicquid prouinciarũ exercituũq; ab Ionio mari Orientem uſq; Romano imperio pareat, Caſsij Brutiq; imperata faciat.atq; ita breui momento res Caſsianorũ præclare auctæ ſunt.quibus ſingulis cognitis Cæſar perplexus fuit cõſilij, quòd obliuionem duceret ſpeciem habere humanitatis,& miſerationis erga uiros cognatos honoresq; pares, & minores prouincias eis ſecuritatis cauſa datas: cæterùm in Galliam confirmato Decimo, Antonio impingi opinionẽ tyrannidis, quo cõmento & ſe cogi in partes illi aduerſas.Iam uerò Dolobellam hoſtem iudicatum propter occiſum unum ex homicidis:Bruto Caſsioq; imperium datum in ampliſſimas prouincias & exercitus,magnãq; uim pecuniæ,ſubiectosq; illis cæteros tranſmarinarum prouinciarũ præſides, manifeſte pertinere ad augmentum Pompeianarũ partium, & detrimentũ Cæſarianarum. ueniebant in mentẽ & artes quibus contra ſe tanquam adoleſcentem uterentur,ſtatuam ſibi delatam & præſidentiã, honorẽq; proprętoris,ſed reuera ablatum proprium exercitũ.dum enim pariter in exercitu pręſunt conſules,autoritatẽ proprętoris euaneſcere. deinde præmia ſolis Antonianis trãsfugis decreta pertinere ad ſuorum militum ignominiã: deniq; bellum hoc coniunctum eſſe cum ipſius dedecore, & ſenatum abuti ipſo contra Antonium, tantiſper dum illum tollat è medio. has cogitationes intra ſe cõprimẽs, ſacris ſui magiſtratus aditialibus peractis, ſic appellauit exercitum: Hunc quoq; honorem uobis cõmilitones fero acceptum, nõ nunc,ſed ex quo obtuliſtis.nã ſenatus propter uos dedit: quare ſcitote me & hãc uobis debere gratiam, cumulate referẽdam ſi dij cœpta fortunauerint. ſic ille comitate demerebatur exercitum. conſulum uerò alter Panſa per Italiã parabat auxilia,alter Hirtius copias partiebatur cum Cæſare: & ut à ſenatu clàm mandatũ acceperat,poſcebat pro ſua portione duas legiones quæ ab Antonio trãſierãt, quòd ſciret hoc eſſe robur exercitus. id totum ubi Cæſar cõceſsit, cum ſuis quiſq; in eiſdem hibernis manſerunt. exacta autem hieme Decimus fame laborabat, ad quem obſidione eximendum Hirtius Mutinam properauit cum Cæſare. quæ cùm arcte obſideretur ab Antonio,ſignis collatis dimicare cum eo non placuit,donec Panſa ueniret, equitũ tan-

tum crebra fuere certamina, Antonianis numero ſuperãtibus: quod tamen eis parũ proderat, quia planities ea crebris interrupta erat torrentibus. Dum hæc ad Mutinam geruntur, in Vrbe per conſulũ abſentiam Cicero populum regebat quotidianis ferè concionibus, arma parabat gratuita fabrorũ opera, pecunias colligebat, uexans Antonianos grauiſsimis exactionibus. hi alacriter conferebant quo minus paterent calumnijs, donec P. Ventidius qui ſub Cæſare ordines duxerat, tunc amicus Antonij, nõ ferẽs importunitatẽ illius, excurrit in deductas à Cæſare colonias: & quia ob uirtutẽ notus apud ueteranos erat, duabus legionibus reuocatis ad Antonij militiam, ad Vrbem properauit Ciceronem cõprehenſurus. tum uerò tantus tumultus exortus eſt, ut rebus deſperatis paſsim migraretur cum uxoribus & liberis, & Cicero ex Vrbe profugeret: quo cognito, Vẽtidius iter uertit ad Antonium. ſed cùm intercluderetur à Cæſare & Hirtio, in Picenum ſe contulit, ubi nouo delectu habito ad unius legionis modum, obſeruabat quò res uergeret. at Cæſariani Panſæ propinquãti Carſuleium obuiam miſerunt cum prætorianis Cæſaris & legione Martia, quo facilius penetraret uiarũ anguſtias, quas Antonius occupare cõtempſit, quòd morã tantum afferrent cupido decernere: & quia nullam egregiam operam expectabat ab equitibus in planicie plus ſatis paluſtri & foſsis interciſa, duas robuſtiſsimas legiones in arundinetis paludis ex utroq; anguſti aggeris, per quem uia erat, latere diſpoſuit in inſidijs. ubi uerò Carſuleius cum toto exercitũ ſuperatis noctu faucibus euaſit, & ſola Martia legio cũ quinq; alijs cohortibus aggerem ingreſſa eſt, qua parte nihil erat hoſtium, circumſpectantibus utrinq; paluſtria, primum arundinum motus ſuſpicionem iniecit, mox & galearum clypeorumq; fulgor intermicuit, cùm repente prætoriani Antonij à fronte exorti ſunt. ibi Martij circũuenti undiq;, nullo patente effugio, iuſſerunt cæteros abſtinere à conflictu ne ordines ſibi turbarẽt per imperitiã, prætorianis Antonij prętorianos Cæſaris oppoſuerunt: ipſi bifariam diuiſi utrinq; paludem ingreſsi ſunt, hinc Panſa, inde Carſuleio ducibus. ſic in duabus paludibus duo ſunt commiſſa prælia, medio aggere conſpectum utrinq; adimente, in quo prætoriani partium propriam pugnam inierãt. Antoniani de Martijs ſui deſertoribus pœnas tãquam de proditoribus conabantur ſumere: hi contrà de illis tanquã neglectim paſsis commilitones ſuos contrucidari ad Brundiſium. conſcijq; ſibi quòd in ipſis ſitum eſſet robur utriuſq; exercitus, ſperabant hoc uno conflictu de ſumma rerum decretũ iri: alteros pudore incitante ne uni legioni duæ cederent: alteros laudis cupidine, ut ſoli duas uincerent.

Sic mutuis incitati odijs & ſuos affectus magis ſequentes quàm ducum imperia, & rem ſuam agi putãtes, ut ueteranos decebat, nec clamore militari in primo congreſſu uſi ſunt ad perterrendos aduerſarios, nec in ipſo conflictu quiſquam uocem emiſit, ſiue uinceret, ſiue ſuccumberet. cumq; in ſolo paluſtri & foſsis nulla poſſet eſſe cõcurſatio, pugnabant in ueſtigio, neutris alteros propellentibus, cominus ut in lucta inferẽtes ictus nunquam fallente dextera: ita ut cõtinuarentur uulnera, cædes, & pro clamore gemitus, alijs in cadentium locum ſuccedentibus. nec opus erat monitis aut cohortationibus, quòd ob diutinum rei militaris uſum quiſq; ſibi dux eſſet. quoties uerò laſsitudo oborireẽ, ſicut in gymnicis certaminibus, utrinq; paululum pedem referebant tantiſper dum reſpirarent, moxq; pugnam redintegrabant, magno ſtupore tironum, dum ſic ſeruari ordines ſimul & ſilẽtium inſpiciunt. ita ſupra uires omnibus laborem perferẽtibus prætoriani Cæſaris ad unum deleti ſunt. ex Martijs uerò hi qui ſub Carſuleio erant aduerſam aciem propulerunt, non turpiter cedentem, ſed ſubducentem ſe paulatim. qui uerò ſub Panſa erant eodem modo urgebantur, ſuſtinebant tamẽ fortiter, donec cõſul ueruto per ilia ſauciatus, ex pugna elatus eſt Bononiam. tum uerò hac parte cœperunt pedem referre paulatim, moxq; cõcitatius ut in fuga: quo uiſo tirones turbatis ordinibus refugerunt cum clamore intra uallum: quod Torquatus quæſtor uſui fore credens, dum acies dimicant perfecerat. atq; ita trepide tirones in unum confluxerunt, quamuis & ipſi eſſent Italici generis æquè ac Martij. tanto plus ad uirtutem confert exercitatio quàm genus. at Martij non ſe receperunt intra uallum metu ignominiæ, ſed in proximo ſtantes quamuis defeſsi, expectabãt ſiquis aggrederetur, parati ad ultimum euentum decernere. ſed Antonius ab his abſtinuit, uitans laborem: tirones uerò adortus magnam cędem edebat. Hirtius uerò ad Mutinam certior factus de eo prælio, octauo inde lapide, curſim eò peruenit cum altera legione quæ ab Antonio defecerat: iamq; ueſper appetebat, & uictores Antoniani uitulantes reuertebãtur: quos Hirtius inordinatos ex improuiſo nactus eſt, ipſe legionem ducens & inſtructam & uiribus integram. illi uerò pro tempore inſtauratis ordinibus, tũ quoq; pugnarunt egregie, ſed ut feſsi à recentibus uicti ſunt, maiore ex parte cæſi hoc poſteriore pręlio, quamuis Hirtius eos nõ perſequeretur timens loca paluſtria: & quia crepuſculum iam erat, receptui cecinit. palus autem magna ſui parte plena erat armis & cadaueribus, inter quę ſemineces iacebant & ſaucij, quidam etiam integri collapſi præ laſsitudine. equites uerò Antoniã circũcurſantes ſuos

ſuos per totam noctem recolligebant, alios equis ſuis imponentes, alios aſſumentes in terga, quoſdam apprehenſa cauda gradum celerare hortabãtur, & ſibi non deeſſe ad effugium. Sic Antonius poſt egregiam pugnam profligatus ſuperuentu Hirtij, diuertit in uicum ei campo proximum, nullo uallo munitũ, cui forum Gallorum nomen eſt. cecidit utrinque circiter dimidium exercitus, & tota prætoria cohors Cæſaris, ex Hirtianis uerò pauci. ſequenti die omnes petierunt caſtra poſita ad Mutinam. Antonius poſt hanc cladem ſtatuerat abſtinere à prælio, etiam hoſtibus laceſſentibus, & tantum quotidianis equitum incurſationibus hoſtem infeſtare, donec Decimus ad extremam famem iam redactus deditionem faceret. contrà Hirtius & Cæſar eo magis feſtinabant manus conſerere: & quia non potuerunt hoſtem in aciem elicere, ad diuerſam Mutinæ partem leuius propter naturam loci obſeſſam ibant, quaſi per uim euaſuri intra mœnia. his Antonius tũc quoq; ſolos immiſit equites. cumq; etiam ex aduerſo his occurriſſet ſolus equitatus conſulis, reliquus exercitus quà occeperat pergeret, Antonius ne amitteret Mutinã, duas legiones produxit. tum agmen cupide ſe in hoſtem uertit, atq; ita cõmiſſum eſt prælium. Antonius interea legiones reliquas ciebat è caſtris alijs: quæ cum ad repentinum motum cunctantius ut è longinquo procederẽt, Cæſarianis obtigit uictoria. Hirtius etiam in Antonij caſtra irrupit, & circa prætoriũ pugnans cecidit: tum Cæſar accurrens corpore ſimul & hoſtiũ caſtris potitus eſt, ſed mox repulſus ab Antonio. utriq; in armis pernoctarunt. Antonius altera iam clade accepta, confeſtim amicos in conſilium aduocat. qui ſuadebant perſtare in continuandæ obſidionis propoſito, abſtinẽdo à certamine. nam & cladem non maiorẽ eſſe acceptam quàm redditã, & Hirtium cecidiſſe, Panſam uerò laborare ex uulnere: ſe equitatu præſtare, Mutinam extrema fame coactã, breui deditionẽ facturã. Antonius fortuna aduerſante timens ne Cæſar, ſicut pridie conatus fuerat, euaderet intra mœnia: aut ſe circumuallaret, ut facile poterat, in tanta operarum copia, atq; ita equitatum inutilem redderet: periculum eſt inquit, ne Lepidus & Plancus me pro uicto contemnãt. quòd ſi abſcedamus à Mutina, continuo nobis præſto erit Ventidius ducens è Piceno tres legiones, & Lepidus ac Plancus pro ſocietate ualidas opes ad hoſtẽ debellandũ nobis conferent. hæc locutus uir in periculis intrepidus, ſtatim iter uerſus Alpes ingreſſus eſt. Decimus obſidione exemptus metuere ſibi cœpit à Cæſare. ſublatis enim cõſulibus ut inimicum timebat. itaq; ante diem rupto ponte fluminis, in lembo ad Cæſarem miſit, qui gratias tanquam ſeruatori agerent, poſtularentq;

larentq; ut in ripam aduerſam procederet ad colloquium arbitris ciuibus. ſe enim declaraturū, infelicitatis ſuæ magis quàm culpæ fuiſſe conſpirationē illam cum cæteris. cumq; Cæſar hoc audito irate reſpondiſſet, nullam ſe repoſcere gratiā: nec ad eum ſeruandum ſe ueniſſe, ſed ad bello perſequendū Antonium, nefarium & perpetuum hoſtem patriæ. cæterùm ut in colloquium admittat Decimum, pietatē non ſinere. ſe tamen nō obſtare quominus ſit incolumis, quamdiu magiſtratib. urbanis placuerit. his cognitis Decimus prodijt ad fluuium, uocatoq; nominatim Cæſare, clara uoce de ſcripto recitauit ſenatus conſultū, quo Galliam prouinciam acceperat, eiq; denunciauit ne traiecto fluuio ſine cōſulibus alienam prouinciam inuaderet, néue contra Antonium ulterius procederet. ſe enim ad eum perſequendum ſufficere. ille quamuis ſciret ſenatum ei hos animos addere, poſſetq; unico iuſſo eum in ſuam poteſtatē redigere, tamē adhuc abſtinuit: & ad Panſam profectus Bononiam, rem omnem ſenatui perſcripſit. Idem & Panſa fecit. Cicero in Vrbe has literas pro cōcione recitauit ut conſulis, alteras Cæſaris in ſenatu ſolùmodo. retulit etiā ut ob profligatū Antoniū ſupplicationes quinquaginta dierum decernerent ex S. C. quot neq; Gallico tumultu unquam, neq; alio bello decretę fuerant. exercitum conſulum Decimo dandū cenſebat, quamuis Panſa etiam tum ſuperſtite (iam enim deploratus fuerat) & imperium ſoli Decimo cōmittendum cōtra Antonium, uotaq; publicè nuncupanda pro eius uictoria. tāto furore præter decorum concitus erat in Antonium. rurſumq; poſtulauit ut duabus legionibus, quæ ab Antonio defecerant, ex ærario repræſentarentur illi promiſsi quinquies milleni ſeſtertij uictoriæ nomine, quaſi iam debellatum eſſet: utq; perpetuum ius haberent coronas frondeas geſtandi feſtis diebus. Cæſaris autem nec nominetenus facta eſt mētio in eo S. C. ita ſtatim cōtemnebatur, quaſi ſublato iam Antonio. Lepidum etiam & Plancum atq; Aſinium per literas iuſſerunt bellum inferre Antonio. Interea Panſa ex uulnere moriturus, accerſito Cæſari hæc dixit: Ego tuo patri tam amicus fui quàm mihijpſe, mortuū autem ulciſci non fuit mihi integrum, neq; non conſentire cum pluribus, quorū autoritati tu quoq; ut debuiſti obſecutus es, quamuis haberes exercitum. qui principio timētes te ac Antonium, & ipſum Cæſaris ſtudioſiſsimū, ueſtra diſſenſione gauiſi ſunt, putātes utrūq; mutua conflictatione periturū. ubi uerò etiam te exercitū habere uiderunt, alliciebant ſpetioſis & exigui momenti honoribus, ut adoleſcentulum: ſed poſtquam animoſum te ac moderatū ſenſerunt, tum cum oblatum ab exercitu magiſtratum accipere noluiſti, territi iuſſerunt

runt te pari nobiſcũ iure habere imperium, ut duas legiones rebus gerendis aptiſsimas à te diſtraheremus, quòd ſperarẽt altero noſtrũ uicto, alterum debiliorẽ & ſolum fore: atq; ita ſublatis omnibus Cæſarianis, Pompeianos redituros ad tractationẽ reipublicę. hæc enim eſt eis conſiliorũ ſumma. Ego uerò & Hirtius mandata fecimus doce nec reprimeremus Antonij nimiam ſuperbiam: uictum autẽ cogitabamus tibi recõciliare, ut hanc amicitiæ gratiam referremus Cæſari, & partibus noſtris cõſuleremus in poſterum. hoc conſilium indicari tibi non expediebat antea: nunc uicto Antonio, Hirtio mortuo, me in fata concedente, opportune prolatum eſt: non ut mihi defuncto habeas gratiã, ſed ut felici genio natus, ſicut conijcere licet ex tuis geſtis, ſcias quid tibi ſit utile, ſimulq; meam ac Hirtij tum uoluntatem tum neceſsitatem. exercitum igitur quem nobis dediſti, æquum eſt reddi tibi, idq; facio. tirones autem ſi potes retinere, etiã hos tibi tradam. quòd ſi nimis uerentur ſenatum, quãdo præfecti eorum ut obſeruarent nos miſsi ſunt, & inuidioſum parumq; tempeſtiuum tibi uidetur eos accipere, Torquatus accipiet. his dictis, & tironibus quæſtori traditis, expirauit. porrò quæſtor ex mandato ſenatus Decimo eos tradidit. Hirtium & Panſam Cæſar illuſtri honoratoq; funere in Vrbem miſit. Per idem tẽpus in Syria Macedoniaq; hæc geſta ſunt. C. Cæſar cum per Syriam iter faceret, legionem in ea reliquerat, iam tum de Parthico bello cogitãs: huius curam Cecilius Baſſus habebat, præfecturæ uerò dignitas erat penes Sex. Iulium gentilem Cæſaris adoleſcentem, qui uoluptatibus uacans legionẽ indecenter ſecum circũducebat. id reprehendentẽ Baſſum aliquando reiecit cũ contumelia: & aliquanto pòſt cum uocanti obediret tardius, iuſsit eum attrahi. in eo tumultu cum ad manus uentum eſſet, exercitus nõ ferens inſolentiam, iaculis confixit Iulium: moxq; ſecuta eſt pœnitẽtia & metus à Cæſare. itaq; cõiurarunt, ni uenia fidesq; ſibi daretur, uſq; ad mortem ſe decertaturos: coacto etiam Baſſo ut fieret eius cõiurationis ſocius, ex nouo delectu alteram legionẽ confecerunt, & aſſuefecerunt eiſdem quibus ipſi utebantur exercitijs. Hæc de Baſſo quidam produnt: Libo uerò, militaſſe illum Pompeij auſpicijs: quo uicto priuatum egiſſe Tyri, corruptiſq; quibuſdam legionarijs effeciſſe ut interfecto Sexto ipſum ſibi ducem aſſumerent. utcunq; eſt, Sextius Murcus cum tribus legionibus à Cæſare contra eos miſſus magna ui repulſus eſt, donec Minucius Criſpus è Bithynia cui præerat uocatus cum alijs tribus legionibus uenit in eius auxilium. ab his cùm illæ duæ legiones obſidione premerentur, ſuperueniẽs repente Caſsius obſeſſos in fidem recepit: ſimulq; alias ſex earũ oppugnatrices

trices in partes ſuas & amicitiam pellexit, quibus proconſulari poteſtate præeſſet. nam ſenatus conſulto edictum fuerat omnibus, ſicut iam diximus, ut Caſsij Brutiq; imperata facerent, nec multò antè Albienus à Dolobella miſſus in Aegyptum, reduxerat inde quatuor legiones Pompeij Craſsiq; cladis reliquias, aut ex eorum numero, qui Cæſare diſcedente apud Cleopatram reſederant. hunc Caſsius in Palæſtina ex improuiſo circũuenit, coegitq́; ſuis partibus accedere, nõ auſum quatuor ſuas opponere octo legionibus. atq; ita præter opinionem duodecim in uniuerſum potitus, Dolobellam cum duabus ex Aſia uenientẽ, & Laodiceæ tanquam amicum receptum, obſedit & oppugnauit: id quod ſenatui auditu pergratum fuit. De Macedonia uerò Caius Antonij frater cum Bruto contendebat fretus una legione, & quod impar eſſet ei ſtruxit inſidias: quas cum euaſiſſet Brutus, uicisſim eum excepit inſidijs, cum toto exercitu, nec tamen ulla re lęſit: ſed ſuos iuſsit, ut conſalutarent aduerſarios. cumq́; illi nec reſalutarent, nec ſalutationem acciperent, incolumes paſſus eſt elabi ex inſidijs. circũductoq́; per alias uias exercitu, in pręruptis locis deprehenſos rurſum non eſt aggreſſus, ſed ſalutauit. tum uerò ut parcentem ciuibus, & dignum exiſtimatione qua habebatur mitis & ſapiens, admirati ſunt & reſalutarũt, tranſieruntq; ad eũ. Caius quoq; ſe dedidit, & erat apud eum in pretio, donec conuictus ſæpe ſollicitaſſe exercitũ ad defectionẽ, occiſus eſt. ita & Brutus copias auxit ad ſex legionum numerum: laudataq́; uirtute Macedonum, duas ex eis legiones uno delectu confecit, & Romano more in armis exercuit. Dum hæc in Syria Macedoniaq; geruntur, in Italia Cæſar putans ſe affectum contumelia, quòd non ipſe, ſed Decimus electus ſit imperator ad gerẽdum bellum cum Antonio, diſsimulata ira triumphũ ob rem feliciter geſtam petijt. contemptus autem à ſenatu, quaſi maiora quàm pro ętate appeteret, ueritus nè deleto Antonio magis etiam contemneretur, cupiuit cum eo redire in gratiam, iuxta Panſæ morientis monita. quapropter captiuos ex eius exercitu tam duces quàm milites comiter habuit, & allegit in ſuorũ numerũ: aut ſi mallent ad illum redire, dimiſit: ne uideretur eum implacabili odio proſequi. cumq́; caſtrametatus eſſet prope Ventidium, amicum Antonij, præfectum tribus legionibus, contentus ei timorem incuſsiſſe, nihil hoſtile egit præterea: ſed poteſtatẽ ei fecit uel tranſeundi ad ſe, uel intrepide abeundi ad Antonium cum exercitu, opprobraturum ei cõmunis utilitatis ignorantiã. his intellectis ille ad Antoniũ profectus eſt. Cæſar uerò etiam Decium quendam ex Antonianis ducibus ad Mutinam captũ, & in honore habitũ, permiſit ſi uellet redire

ad imperatorem ſuum: percontantiq́; quo animo eſſet erga Antonium, ait ſe iam multa ſigna oſtendiſſe recte ſapientibus, cæterùm imprudentibus ne plura quidem ſatis fore. his Antonio ſignificatis, Lepido Aſinioq́; apertius etiam de illata ſibi contumelia, deq́; parricidarum promotione repentina ſcripſit, inijciēs eis metum, ne in gratiam Pompeianæ factionis alius poſt alium affligerentur ſicut Antonius, qui per imprudentiam nihil tale metuens, in eam calamitatē inciderat. monebat etiam, debere eos in ſpeciem parere ſenatui, inter ſe autem ſecuritatis cauſa conſpirare dum licet, & Antonio hęc exprobrare: imitandosq́; legionarios, qui ne finita quidem militia diſpergantur, quo minus pateant inimicorū inſidijs, malintq́; coniunctis uiribus deduci in aliquam coloniam, quàm ſinguli frui patria. Dum ita literis Cæſar pertentat Lepidum & Aſinium, Decimi uetus exercitus laborabat, quòd ex nimia repletione famem ſecuta creparent milites: nouus uerò qui ex tironibus cōſtabat, rudis erat. ei Plancus ſe coniunxit cum ſuis copijs, & Decimus ſenatui ſcripſit, breui fore ut Antonius errabundus in caſſes ipſius incidat, nauſeans iam rerum præteritarum faſtidia. hęc audita Pompeianos miro affecere gaudio, ut exclamarēt nūc demum ſe recepiſſe libertatem priſtinam, & ſacris operarentur ſinguli, moxq́; Xuiri crearētur, ut rationē magiſtratus repoſcerent ab Antonio: qui gradus erat ad antiquanda acta Cæſaris. nam ille nihil aut parum ſuo arbitratu, ſed omnia ex Cæſaris cōmentarijs adminiſtrauerat. id cōpertum habēs ſenatus quædam ex eis per occaſionem fecit irrita, tūc uerò ſperabat fore ut uniuerſa abolerentur. ſtatimq́; Xuiri edictū poſuerunt, ut quiſquis aliquid accepiſſet ab Antonio conſule, confeſtim ſcripto profiteretur, additis grauibus minis, ſi quis cōtrà fecerit. deinde in reliquum eius anni conſulatū Pompeiani petierunt, in locū Hirtij Panſæq́;, quem etiā Cæſar petebat, nō iam ſenatū ſolicitans, ſed priuatim Ciceronē, rogans ut ſimul magiſtratum gereret. penes illum enim fore adminiſtrationem, ut longo uſu peritum, ſibi ſufficere ſi fruatur ſolo honoris nomine, quo poſsit honeſtius arma deponere, ideoq́; etiā triumphū ſe petiſſe antea. hac ſpe elatus Cicero poteſtatis cupidus, ait ſe intelligere inter prouinciarū præſides agi de inducijs: ſuadebatq́; ut officijs placaret hominē à ſe offenſum, prefectum magnis copijs. facilius ſe laturum ut ille ante legitimam ætatem in Vrbe magiſtratū gerat, quàm ut armatus inimicitias exerceat. Et ne quid præter utilitatem ſenatus faciat, hortabatur ut ē ſenioribus aliquem prudentem ſibi aſciſceret, ceu pædagogū ætatis immaturæ. Hanc Ciceronis ambitionem ſenatus riſit, reſiſtentibus illi maximè percuſſoribus, quòd

timerent

timerent ne Cæſar cõſulatum adeptus pœnas de eis ſumeret. cumq; ob uarias cauſas differrentur comitia legitime, interim Alpes ſupera uit Antonius, permittẽte Culeone qui à Lepido harũ cuſtodiæ præpoſitus fuerat: peruenitq; ad fluuiũ ubi caſtra ille habebat, nec ullo uallo ſe munijt, ut qui ad amicũ caſtra admouiſſet. tum crebri ultro citroq; cõmeabant internuncij, Antonio memorante amicitiã ſuam uariaq; beneficia, & monente cauendum ne ſimiliter affligantur ſin guli Cæſarianarum partium. Lepido uerò ſenatus mandata cauſan te, pacem tamen promittente, ſi eam ſeruare per ſenatũ liceat. At milites Lepidi uel quòd reuererentur dignitatẽ Antonij, uel quòd ſenſiſſent internuncios, uel quòd placeret caſtrorum ſimplicitas, miſce bant ſe Antonianis clàm primo, deinde aperte, ut popularibus & quondam cõmilitonibus, contemptis etiam tribunorũ imperijs: & quo facilius cõuerſari liceret, iungebant ripas fluminis ponte impoſito nauibus: & Decumani quos Antonius quõdam delectu habito conſcripſerat, in caſtris ei præparabant omnia. quod ubi ſenſit Laterenſis, unus ex illuſtribus ſenatoribus, præmonuit Lepidum: cumq; ille non crederet, iuſsit ut diuiſo in partes exercitu, alios aliò quò opus uideret mitteret, ut appareret uel fides eorum uel proditio. Lepidus trifariam diuiſis copijs, iuſsit eas noctu exire præſidio quæſtoribus propinquãtibus cum pecunia: illi quarta uigilia ſumptis armis quaſi ad iter, munitiora caſtrorũ loca occupant, & portas aperiunt Antonio. is recta cõtendit ad prætorium, militibus Lepidi eum deducentibus, & ab ipſo Lepido petentibus daret pacem ac ueniam miſeris ciuibus. qui ſic ut erat diſcinctus è cubili ad eos proſilijt, pollicitusq; ſe id facturũ, cõplexus eſt Antonium, & neceſsitatẽ excuſauit. nec deſunt qui tradant eũ ſupplicẽ accidiſſe genibus Antonij, quod quamuis de homine ſegni & parũ forti, nec omnes ſcriptores produnt, nec mihi fit uериſimile. nondum enim quicquam hoſtile contra Antonium fecerat, cur timere deberet. Sic ille rurſum ad magnã peruenit potentiam, iam inimicis formidabilis. nam præter eas copias quas à Mutina abduxerat, & cum his equitatum egregium, in itinere ei tres legiones ductu Ventidij ſe adiunxerãt: & Lepidus in ſocietatem receptus eſt, cum ſeptem legionibus, ceterisq; auxilijs & apparatu non contemnendo. quæ nomine quidem Lepidi erant, re autem uera ab Antonio regebãtur. his in Vrbem nunciatis, rurſum mira ſecuta eſt repente mutatio: his qui modo contemptores erant metuentibus, alijs pro metu audaciã reſumentibus. Xuirorũ quoq; edicta refigebantur contumaciter, & comitia conſularia magis adhuc differebantur. Senatus etiam omnino inops cõſilij, timensq; ne

Cæſar cum Antonio fœdus faceret, clàm ad Brutum ac Caſsium miſit ex ordine ſuo Luceium & Panſam, quaſi ad uiſendũ ſtatum Græciæ, ut ſibi opem ferrent pro uiribus. ex Africa quoq; è tribus Sextianis legionibus duas acciuit, tertiã tradi iuſsit Cornificio præſidi Africæ, fouenti partes ſenatus: quamuis ſcirent hos militaſſe ſub Cæſare, & omnia eius ſuſpecta haberent: ſed eò cogebat inopia, quando & iuuenem Cæſarem, ne ſe cum Antonio cõiungeret, pari cum Decimo poteſtate, bello contra illum gerendo præeſſe iuſſerunt pudenda inconſtantia. At Cæſar iam exercitum exaſperabat, quòd nõ contenti ipſum continuis uexaſſe iniurijs, etiam illos ad aliam expeditionem mitterent, nondum perſolutis prioris nomine quinquies millenis ſeſtertijs, monebatq́; ut eam pecuniam per legatos peterent. illi miſerunt centuriones. nec latuit ſenatũ id eius monitu fieri, proinde ait ſe reſponſurum per alios legatos. itaq; miſsi ſunt præmoniti ut duas legiones, quæ ab Antonio tranſierant, adirent ſine Cæſare, monerentq́; ne ſpes ſuas collocarent in uno homine, malintq́; adhærere ſenatui, cuius immortalis ſit potentia, & conferre ſe ad Decimum, apud quem inuenturos eſſe pecuniam. his cum talibus mandatis dimiſsis, decretũ eſt ad præſens donatiui dicti dimidiũ, & Xuiri creati qui id diuiderent, nec eſt additus eis Cæſar undecimus. legati uerò cum à duabus legionibus nõ admitterentur ſemoto Cæſare, reuerſi ſunt infecto negotio. Tum Cęſar non amplius cunctandum ratus, nec per ſequeſtros appellandum militem, ipſe aduocata cõtione iniurias enumerauit illatas ſibi à ſenatu, docẽs quòd hoc agatur, ut omnes Cæſariani ſingillatim opprimantur: monebatq́; cauerent militare aduerſæ factionis auſpicijs, néue ſinerẽt illos ſe abuti ad alia bella poſt alia, ut aut deleantur aut mutuis conflictarentur ſeditionibus. hoc enim eſſe cur poſt nauatam Mutinẽſi bello cõmunem operam, duabus tantum legionibus offerantur præmia, ut inter ipſos ex æmulatiõe oriatur ſeditio. Scitis, inquit, qua de cauſa nuper Antonius uictus ſit: quomodo Pompeiani nuper in Vrbe quoſdam tractarint, propter accepta à Cæſare munera. & quàm ſecura relinquit uobis agrorum pecuniarumq; poſſeſsio, quam debetis benignitati Cæſaris, quàm tuta mihi ſalus, dum in ſenatu familiares paricidarum dominantur? equidem perferam quicunq; me manet exitus. pulchrum enĩ eſt aliquid pati pro patria. de uobis magis ſum ſollicitus, qui mea patriſq; cauſa tot ſubitis pericula. me certe ambitione carere comperiſtis, quando à uobis oblata præturæ inſignia recuſaui: nunc unicã tam uobis quàm mihi ſalutem reliquam uideo, ſi ueſtro fauore conſulatum aſſequar. tunc enim & mei patris confirmabuntur quæ acceptiſtis

cepiſtis beneficia,& colonias accipietis quæ debentur adhuc,& integra præmia.Ego quoq; homicidas reos peragam, & ſic tandem erit bellorum finis.hæc dicenti occlamatum eſt alacriter : moxq; centuriones miſsi qui conſulatum illi peterent. cæterũ ſenatu ætatem iuuenis cauſante,reſponderunt centuriones,ut erant præmoniti,& Coruinum quondam iuuenẽ factum cõſulem,& Scipionem poſtea: nec pœnitere patriam geſtorũ ab utroq; iuuene. proferebatur etiã recẽs exemplum Pompei Magni ipſiusq; Dolobellæ. quin & Cæſari iam conceſſum decenniũ ante ætatem legitimam.hæc centurionibus cõfidenter obijcientibus,ſenatores aliquot non ferentes uerba liberiora quàm pro conditione hominũ, obiurgarunt quaſi præter decorum & diſciplinam locutos.quod ubi cognitum eſt in exercitu,magis etiam exaſperati,poſtulabant ut confeſtim ducerẽtur ad Vrbem: ſe creaturos eum conſulem priuatis comitijs,filium Cæſaris,quẽ immenſis extollebãt laudibus.ſic incitatos ille ubi uidit,unitis mox copijs caſtra mouit cum octo legionibus, equitatuq; idoneo, & cæteris auxilijs.traiectoq; Rubicone qui Italiam à Gallia diſterminat,unde et pater ciuilis belli fecerat initium,copias diuiſit bifariam:iuſſaq; altera partecõſequi per otiũ,ipſe cũ altera potiore,quę ex ſelectis cõſtabat,celeriter properauit,ut imparatis ſuperueniret.cumq; eadem uia ex aduerſo aduentarent quidam cum pecunia,quam ſenatus militibus præmiorũ nomine mittebat,ueritus Cęſar ne qui hac mercede corrumperentur, clàm miſit qui illis terrorem incuterẽt. atq; ita aufugerunt cum pecunia.In Vrbe autẽ poſtquam nunciatus eſt eius aduentus, ingens tumultus ac pauor exortus eſt diſcurrentium trepide, nõnulli uxores ac liberos & pretioſiſsima quæq;, aut in uillas, aut in munitiores urbis locos transferentibus. cum enim nondum eſſet compertum, conſulatum tantũmodo peti, audito quòd iratus exercitus aduentaret hoſtiliter, nihil non metuebant. in hac publica cõſternatione nihil fuit ſenatu timidius, cum nullus præſto eſſet exercitus:& alij alios (ut rebus turbatis fit) incuſabant: uel quòd uiolenter ademptæ ſint ei legiones ſemel datæ ad perſequendum Antonium, uel quòd triumphus debitus ei negatus ſit, uel quòd quorundam inuidia ſpem donatiui reddiderit irritam.rurſum alij querebãtur X.uiris eum non additum undecimum:alij nec mature nec integre præmia reddita,præbitamq; militibus rebellandi materiam. ſed nihil magis reprehenſum eſt,quàm imtempeſtiua contentio, longe abſentibus adhuc Bruto Caſsioq;,nec ſatis etiamnum inſtructis, Antonio uerò Lepidoq; infeſtãtibus ex proximo : quibus ſi in mentem ueniret reconciliari Cæſari, omnia miſcerentur tumultibus.Cicero

quoq; qui prius nuſquam non aderat, tum nuſquam comparebat. itaq; uno momẽto mutatis in diuerſum rebus omnibus, pro bis millenis quingenis ſeſtertijs, quinquies milleni militi ex S C. decreti ſunt, nec duabus tantũ, ſed octo legionibus: utq; non decẽuiri, ſed Cæſar eas diſtribueret: ipſeq; abſens conſul deſignatus eſt. legati etiam propere ſunt emiſsi, qui celeriter hæc ei nũciarent. qui uixdum portam tranſcurrerant, cùm ſenatum pœnitentia conſternationis indecoræ uiris ſubijt: admiſiſſe tyrannidem nullo pro libertate fuſo ſanguine contra maiorum exempla, ambitioſis anſam præbitam nouo more appetendi per uim magiſtratus. dandam potius operam ut miles cõtineatur in officio, correptisq; armis ex tempore, intentandum legũ ac iuris metum irruentibus. bonam ſpem eſſe, ne illos quidem proculcatis legibus illaturos arma patriæ. quòd ſi pergãt inferre, potius ſuſtinendam oppugnationem, donec Decimus aut Plancus ſuccurrat: & pugnandum ad mortem uſq;, potius quàm admittatur dominatio, nunquam antea tentata feliciter. memorabatur etiam maiorũ in tuenda libertate animoſitas ac tolerantia, nihil non huius amore perpeſſorum. Vbi uerò duæ legiones accitæ ex Africa in portum appulerunt eadem die, uiſum eſt deos ipſos fauere libertatis ſtudioſis. itaq; pœnitentia placuit, & Cicerone rurſum prodeunte ſenatuſconſultum omnino mutatum eſt: ſumpta ſaga populariter, adiunctisq; duabus recens ex Africa delatis legionibus, & mille ſimul aduectis equitibus, aliaq; legione, quam Panſa præſidio reliquerat: his omnibus diſtributis per diuerſa munia, pars Ianiculũ cuſtodiebat & coaceruatas ibi pecunias, pars pontem fluminis, quæq; ſub ſuis urbanis prætoribus: pars uerò in portu maiora minoraq; nauigia parabat, ut cum pecunijs, ſi res ita ferret, per mare uicti fugerent. in his rebus occupati magna fiducia, ſperabant ſe mutatis uicibus, repente perterrituros Cæſarem, aut perſuaſuros ei, ut relicto exercitu conſulatũ ab ipſis peteret, aut ui deniq; hoſtem repulſuros: & aduerſam factionem tunc ſaltem ſecum conſenſuram, dum de communi libertate agitur. matrem autem & ſororem Cæſaris diu palàm & clàm quæſitã nuſquam inuenire potuerunt. quamobrem rurſum terrebantur carentes tantis obſidibus. Cæſarianis interim nihil ad gratiam eorum flexis, qui putabantur illas ſummo cælare ſtudio. Cæſari autẽ adhuc legationem audienti, nunciatur ſenatum mutaſſe ſententiam: atque ita legati pudore confuſi reuerſi ſunt. ille cum exercitu magis etiam exaſperato properauit, timens ſuis mulieribus, & ad plebem trepidã miſit equites, qui iuberent eam quieto eſſe animo: omnibusq; ſtupẽtibus quicquid ultra Quirinalem collem eſt occupauit, nemine auſo

uel prohibere uel congredi:ac rurſum alia repente fit mira mutatio, nobilibus ad eum ſalutandum confluentibus, accurrente & plebeia multitudine, & ordines militum pacatè incedentes excipiente. ſequẽti die relicto ibi exercitu Vrbem petijt ſeptus ſufficiẽti cuſtodia: tum quoq; per totam uiam alijs poſt alios occurrentibus ac ſalutantibus & nihil quod ad humanitatem, & officioſam culturã pertineret omittentibus: mater quoq; & ſoror in æde Veſtæ cum Veſtalibus eũ ſalutarunt: & illæ tres legiones contemptis ſuis ducibus & legatis ad eum miſsis, mox & ſigna tranſtulerunt. Vnus ex ducibus Cornutus manus ſibi intulit, reliqui in fidem recepti ſunt. Cicero etiam ubi de pace audijt, per amicos Cæſaris impetrauit colloquium, admiſſusq́; cauſam pro ſe dixit, ſummis laudibus eum extollẽs, quòd conſulatũ peteret, de quo & ipſe ante ad ſenatum retuliſſet. ille tantùm hoc nõ ſine morſu reſpondit, eum ſibi ultimum amicorum occurrere. noctu uerò crebreſcente rumore, Martiam legionem & quartam aduẽtare, quaſi per inſidias occupare uellent patriam, prętores ac ſenatus nimis facile crediderunt: & quamuis exercitus eſſet in proximo, tamen rati ſolis ſe poſſe optimatium uiribus Cæſari tantiſper reſiſtere, donec aliunde accederent copiæ, ipſa nocte Manium Aquiliũ Craſſum in Picenum miſerunt habendis delectibus, iuſſeruntq́; unum è collegio tribunorum Apuleium per Vrbem diſcurrere ferẽtem plebi hoc lætum nuncium. ſenatores quoq; eadem nocte curſim petebant curiam, Cicerone eos excipiente pro foribus: qui poſtquàm rumor euanuit, lecticariorum celeritate profugit. Cæſar ridens eorum inſaniam, exercitum propius admouit in campum Martium, nec tamen in ullum prætorem ſæuijt, ne in Craſſum quidem qui in Picenũ excurrerat, quamuis ad ſe adductum, ita ut erat ſeruili habitu: ſed omnibus noxam remiſit, ut ſibi cõpararet opinionem clementię. non multo tamen pòſt proſcripti ſunt. publicam autem pecuniã quæ uel in Ianiculo erat uel alibi comportari iuſsit, & iuxta S.C. ex Ciceronis ſentẽtia prius factũ bis millenos quingenos H—S. militi diſtribuit, pollicitus ſe additurũ & reliquum: atq; ita Vrbe exceſsit, donec comitijs crearentur COSS. electus deinde ipſe cum quo uolebat collega Q. Pedio, qui portionẽ ſuã ex Cæſaris hæreditate illi donauerat, in Vrbem conſulari pompa ad ſacrificandum ingreſſus eſt, quo tempore XII. uulturum auſpicium oblatum eſt ei, ut quondam Vrbem condenti Romulo. poſt ſacra peracta rurſum ſeipſum in patris familiam ac nomen inſeruit curiatis comitijs, hoc eſt per plebiſcitũ. plebs enim Romæ in curias diuiditur, ſicut apud Græcos in phatrias. eſt autem huiuſmodi orborum adoptio maxime legitima: nam ſic adoptati

ptati idem quod natiui filij ius habent erga ſuorum patrum cognatos ac clientes. & habuerat C. Cæſar præter reliquum uitæ ſplendorem libertos etiam multos eosq; diuites: qua potiſsimũ de cauſa puto filium non contentum priore adoptione per teſtamentum facta, opus habuiſse hac quoq;. moxq; alia lege lata abſoluit Dolobellam, qui hoſtis iudicatus fuerat, & de Cæſaris nece iudicia cõſtituit. moxq; Cæſarianis accuſantibus, alij uocati ſunt in ius, ut facinoris ſocij, alij ut tantummodo conſcij. nam & hoc quibuſdam crimini datum eſt, quorum nonnulli ne in urbe quidem fuerant, quando Cæſar occiſus eſt. Poſtquàm autem uniuerſis una præconis denunciatione dies dicta eſt, omnes abſentes damnati ſunt, inſpectante Cæſare. & nemine ex toto iudicum conſiſtorio album ferente calculum, præter unicum uirum nobilem: qui tunc quidem tulit impune, ſed paulopoſt cum alijs proſcriptus eſt. Per eoſdem dies Q. Gallius frater Marci degentis cum Antonio, tunc urbanus prætor, à Cæſare impetrauit Africam prouinciã: uiſusq; malo dolo agere, à collegis prętura ſubmotus eſt: domum eius diripuit populus, ſenatus capitalem in eum protulit ſententiam. Cęſar eum iuſsit ad fratrem abire, qui naue conſcenſa nuſquam poſtea comparuit. his Cæſar peractis cogitabat de ſartienda cum Antonio gratia, quippe certior factus iam Caſsianos x x legiones habere: & quia opus erat præſente Antonio, ad mare ſuperum profectus lentis itineribus, obſeruabat quorſum ſenatus eſſet procliuior. Pedius enim abſente Cęſare autor patribus erat, ut priuſquàm factionum odia fierent immedicabilia, Lepidũ & Antonium reciperent in gratiam. qui prouidebant quidem hoc è rep. non fore, ſed tantùm auxilia quærere Cæſarem contra Brutũ & Caſſium, probabant tamen & aſſentiebãt neceſsitate cogente, antiquatoq; S C. quo Antonius Lepidusq; unà cum ſuis exercitibus hoſtes iudicati fuerant, pacificas eis ſcripſerunt literas: id quod Cæſar ſenatui per literas gratulatus eſt: Antonio uerò etiam auxilio ſe uenturũ promiſit contra Decimum, ſi opus habeat. Senatus uiciſsim amiciſsimo reſcripto eum collaudauit. Antonius reſcripſit, exacturum ſe à Decimo pœnam perfidiæ erga Cæſarem, & à Planco erga ſeipſum, coniuncturumq; cum Cęſare copias. huiuſmodi literis ultro citroq; miſsis, Antonio Decimum perſequenti coniunxit ſe Aſinius Pollio cum duabus legionibus, quo conciliatore Plancus cum tribus legionibus ad Antonium tranſijt, ut iam potẽtiſsimis copijs præeſſet. Decimo ſupererant legiones x. quarum quatuor peritiſsimę rei militaris adhuc laborabant fame afflictæ: ſex uero è tironibus conſcriptæ, rudes erant & inaſſuetæ laboribus. quare inconſultũ ratus eos prælio

lio committere, ſtatuit ad Brutum fugere in Macedoniam, iter aggreſſus non per Ciſalpinam Galliam, ſed per Rauennam & Aquileiam. ſed quia Cæſar hac erat iturus, ipſe cogitauit aliam uiam longiorem ac difficiliorem, ut traiecto Rheno tranſiret per ſolum barbaricum. qua difficultate deterriti primùm tironum legiones eo deſerto tranſierunt ad Cæſarem, nec multo poſt aliæ quatuor ueteranæ contulerunt ſe ad Antonium, ſimulq; auxiliares exceptis Gallis equitibus deſtinatis ad corporis cuſtodiam. ille permiſsis ex hoc quoque numero domum redire quotquot uoluerant, & donatis ex præſenti auro, cum reliquis trecentis qui ſoli ſecum permãſerant, Rhenum petijt. quem fluuium cum difficile eſſet traijcere, paulatim & ab his deſertus eſt, exceptis decem tantummodo. tum uerò ſumpto cultu Gallico, non ignarus & linguæ, fugiebat cum his paucis pro Gallo habitus: & relicto uiarum diſpendio, petebat Aquileiã, quòd ſe propter paucitatem putaret poſſe fallere. captus autẽ à latronibus & uinctus rogabat cuiuſnam Gallorum dynaſtæ eſſet ea regio: & cognito quod eſſet Camilli, de quo bene meritus fuerat, duci ſe ad eum iuſſit. qui ubi adductum uidit, magna comitate excepit in propatulo, obiurgans eos qui illum uinxerant, quòd per ignorantiam tantum uirum affeciſſent iniuria. clàm uerò ſignificauit hoc Antonio, qui talem fortunæ mutationem hactenus miſeratus eſt, ut eũ uidere non ſuſtinuerit: ſed Camillo mandauit ut interfecti caput ad ſe mitteret: quod inſpectum, ſepeliẽdum ſuis tradidit. Hic finis fuit Decimi, qui Cæſaris magiſter equitum fuerat, & illo uiuo ulteriori Galliæ præfuerat, deſignatus ab eo conſul in annum proximum, ſimulq; rector citerioris Galliæ. hic ſecundus poſt Trebonium pœnas dedit homicidij, ſeſquianno poſt interemptum Cæſarem. per idem tempus & Minutius Baſilus unus è Cæſaris percuſſoribus à ſuis ſeruis interfectus eſt, quia ex eis aliquot iratus caſtrauerat.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Ciuilibus Liber IIII

AD hunc modum C.Cęſaris percuſſores duo, in ſuis prouincijs bello uicti pœnas dederunt,Trebonius in Aſia,Decimus in Gallia: de cętero quomodo dederint Caſsius & Brutus,eius cōſpirationis autores præcipui, qui prouincias uniuerſas obtinebant à Syria Macedoniam uſq;,& copijs tam pedeſtribus equeſtribusq; abundabant quàm naualibus, quippe qui haberent legiones ſupra uiginti, & claſſes ac pecunias, hic quartus Bellorum ciuilium liber indicabit: quo tempore etiam in Vrbe proſcriptorum erat inquiſitio, & quotquot inueniebantur, mulctabantur odioſiſsime: quale nihil unquam nec in Græcorum ſeditionibus aut bellis contigerat,nec in ipſorum Romanorum extabat memoria,exceptis temporibus Syllæ,qui primus inimicos proſcripſerat.Nam Marius eos tantum affecit ſupplicio,quos inuenire potuit:Sylla uerò proſcriptos cuiuis permiſit occidere,præmijs interfectori propoſitis,& ediuerſo pœnis, ſiquis proſcriptum celare auſus fuiſſet. Cæterùm de Marianis Syllanisq; tēporibus iam ante dictum eſt,nunc reuertemur ad rerum ordinem. Cęſar,poſt reſartam amicitiam cum Antonio, congreſſus eſt circa Mutinā in parua quadam & plana inſula fluuij Labinij,uterq; ſecum habens legiones quinq;:quibus inter ſe oppoſitis, comitati trecenis ambo proceſſerunt ad pontes fluuij:& Lepidus præmiſſus ad perſcrutandam inſulam,paludamentum quatiens ſignum ueniendi dedit utriq;. illi comitatu & amicis in pontibus relictis,progreſsi in medium locum conſpicuum conſederunt ſoli tres,Cæſare propter magiſtratum medio.ibi per integrum biduum colloquio habito, hæc ſtatuerunt de communi ſententia: Vt Cæſar conſulatum in reliquum anni Ventidio cederet: & ut nouus magiſtratus Triumuirorum ad tollēdas ciuiles diſſenſiones crearetur, eūq; Lepidus cum Antonio Cæſareq; in quinquennium conſulari poteſtate gereret. hoc enim nomen magis quàm Dictatorum placuit,fortaſſe propter recentem de abolenda dictatura legem Antonij. triumuiri confeſtim in quinquennium

urbanos

urbanos magiſtratus annuos deſignarent. prouincias ita partiretur, ut Antonius haberet uniuerſam Galliam, excepta Narbonenſi prouincia: huic uerò Lepidus præeſſet unà cum Hiſpania: Cæſari obueniret Africa cum Sardinia Siciliaq;, & cæteris eius ſitus inſulis. atq; ita imperiũ Romanum in Triumuiros diuiſum, dilatis in aliud tempus tranſmarinis alijs prouincijs, propter Brutum ac Caſsium qui tũ eis præerant. cum his bellum gerere Antonium & Cæſarem placuit. nam Lepidus deſignatus in proximum annum conſul, in Vrbe manſurus erat, propter præſentes neceſsitates, Hiſpaniam recturus per uicarios. ei tribus legionibus relictis ad urbis præſidium, reliquas attribui Cæſari tres, Antonio quatuor, ut uiginti legionib. ſinguli bellum gererẽt. & quo alacrior redderetur exercitus, poſt propoſita uictoriæ præmia, prędter alia donatiua, ꝓmiſſę ſunt eis colonię XVIII Italicarum urbium, tam opibus quàm agri bonitate ac ædificiorum pulchritudine præcellentium: quarum urbana ac ruſtica prædia nõ ſecus quàm bello capta diuiderẽtur. inter has eminebãt, Capua, Rhegiũ, Venuſia, Beneuentũ, Nuceria, Ariminum, Vibona. atq; ita pulcherrima Italiæ pars militibus aſcripta eſt. ſed ante omnia uiſum inimicos, ne in longinquam expeditionem profectis impedimento eſſent, tollere. Hæc decreta Cæſar ex officio ſuo, quippe cõſul, recitauit de ſcripto exercitibus, tantum proſcriptione ſilentio præterita: moxq; acclamatione facta ſecuta eſt mutua cõſalutatio. interea multa horrenda in Vrbe uiſa ſunt prodigia. nam & canes quaſi ex compoſito ululatum lupino more ſimul edebant inauſpicatum, & lupi per forum diſcurrebant, animal inaſſuetum ciuitatibus. bos etiã humanam uocem emiſit, & infans recens natus locutus eſt. in ſimulacris ſudor apparuit, in quibuſdam eorum etiam mixtus grumis ſanguis. exauditi ſunt magni clamores uirorum, & armorum crepitus, ſtrepitusq; equorum currẽtium, cum nihil tale cerneretur oculis. circa ſolem quoq; multa prodiga ſunt obſeruata, & lapidibus aliquoties pluit, & ſacræ ædes de cœlo ſæpe tactæ ſunt, pariterq; aliquot ſtatuæ. his procurandis ſenatus aruſpices ac uates acciuit ex Hetruria, quorum natu maximus rediturum ait regnum quale priſcis tẽporibus fuerat, cunctosq; ſeruituros ſe uno excepto: ſimulq; ſpiritũ compreſsit donec exanimis fieret. Cæterùm Triumuiri ſemotis arbitris inter proſcriptos referebant uel ſuſpectos ob potẽtiam, uel ſuos quiſq; inimicos, amicorum etiam & cognatorum ſalutem prodentes, modò uiciſsim daretur tollendi aduerſarios copia: quod & tunc fecerunt & poſtea. nam alij poſt alios ſunt aſcripti in eum catalogũ, quidam propter ſimultatem, quidam propter ſolam offenſam, aut

quòd

quòd inimicorum eſſent neceſſarij, uel amicorum inimici, nonnullis diuitiæ fuerunt exitio. nam opus erat ad belli apparatũ multis pecunijs: quia Bruto Caſsioq; ex Aſiæ uectigalibus ampli ſuppetebant reditus, regibus etiam atq; ſatrapis de ſuo conferentibus: ipſis Europa reliqua erat & Italia bellis exactionibusq; exhauſta, ita ut præ inopia nec infimæ plebi parceretur nec mulieribus, publicanis acerbè quicquid indiceretur extorquentibus. nec defuit qui propter uillam aut domum amœniorem proſcriptus eſt. fuerunt autem proſcripti bonis publicatis ſenatores c c c. equites Ro. m m. in his erant fratres triumuirorum & auunculi, tum eorum qui ſub illis ducebant ordines, & ſi quis uel hos uel illos offenderat. & cæteram quidem turbã poſt digreſſum diſtulerunt in urbe proſcribendam x i i. autem, uel ut alij produnt x v i i. reliquis potentiores, & in his Ciceronem, placuit ante alios occidere, immiſsis ſubito percuſſoribus: quorũ quatuor ſtatim uel in conuiuijs, uel in fortuito occurſu cæſi ſunt: reliqui per domos perq; templa quæſiti, ita ut excitato tumultu, tota nocte diſcurſatum ſit cum clamore ac eiulatu, non aliter quàm urbe capta. cum enim ſcirent cõprehendi aliquot uiros, & nemo adhuc proſcriptus eſſet, quiſq; putabat ſe peti à circũcurſantibus. ita rebus deſperatis, quidam ſuas priuatas, quidam publicas ædes incenſuri uidebãtur, ne multi caderẽt: & feciſſent, ni Pedius c o s. hac illac curſitans bene ſperare eos iuſsiſſet, & diem expectare, ut rem melius cognoſcerent. prima uerò luce non expectans triumuirorum ſententiam proſcripſit illos x v i i. quaſi ſolos autores inteſtinorum malorum, ſolosq; damnatos: alijs ſecuritatẽ promiſit, interpoſita fide publica, ignarus decreti triumuiralis. & is quidem ſequenti nocte morbo ex nimia defatigatione contracto extinctus eſt. triumuiri autem triduo Vrbẽ ingreſsi ſunt, ſeorſum quiſq; cum ſua prętoria cohorte, & legione una. poſt quorum aduentum Vrbs armatis cõtinuo repleta eſt, & ſigna militaria conſpecta in locis opportunioribus. aduocataq; concione P. Titius tribunus pleb. legem tulit de nouo magiſtratu creando, ut triumuiri conſtituendæ reip. præeſſent in quinquenniũ cum poteſtate conſulari, Lepidus, Antonius, & Cæſar: quales Græci harmoſtas Lacedæmoniorum nominant, publicos reformatores imperij: ſed nec trinundinum ex more ad examinandam legem conceſſum eſt, nec dies comitijs dicta, & lex ſine mora perlata eſt. ſequenti nocte pręter illos x v i i alij c x x x proſcripti: nomina eorum diuerſis urbis locis propoſita, & paulò pòſt rurſum aliorum c l. ſemperq; tabulis aſcribebantur noua nomina, aut recens damnatorum, aut iam per errorem occiſorum, ne uiderentur periſſe immerito.

rito,& mandatum eſt ut omnium capita ad Triũuiros referrentur, propoſitis certis præmijs,ingenuo pecunia,ſeruo libertate inſuper. nec erat quicquam occluſum ſcrutatoribus,pari pœna propoſita ſi quis uel exciperet refugientem proſcriptum uel celaret,uel non prę beret excutienda omnia.atq; omnium talium indicibus propoſita erant paria præmia.fuit autem proſcriptionis formula hæc:M. Lepidus,M.Antonius,Octauius Cæſar,triumuiri conſtituendæ & corrigendæ reipublicæ,edicunt ſic:Niſi quorundam improborum tanta eſſet perfidia,ut miſeratione ſeruati,benemeritis pro beneficio reponerẽt odium,ac mox inſidias,neq; illi Cæſarem ſuſtuliſſent, quos bello uictos ſeruauit clementia,& in amicitiam receptos euexit honoribus,& liberalitate cumulauit:neq; nos cogeremur eorum iniurias & hoſtiles animos tam inclementer retundere.nunc uerò ex inſidijs quas nobis ſtruunt, & ex Cæſaris nece deprehendẽtes eorum maliciam nullis beneficijs placabilem,pręuenire inimicos,quàm ab eis pręoccupari malumus.nemo igitur hoc noſtrum factum,aut iniuſtum,aut crudele,aut nimium exiſtimet, quid Cæſar,quid nos ipſi paſsi ſumus reputans.illum certe & imperatorem,& pont.maximũ, & gentium maximè P.R.formidatarum domitorem ac ſubactorem, & primum omniũ Herculeos terminos innauigati maris tranſgreſſum,& Ro.armis nouas terras aperire adortum , in loco ſacrato , in media curia,ſub oculis deorum confecerunt uigintitribus uulneribus inflictis lacero ad ludibrium:idq́; iure belli capti ab eo & dimiſſi incolumes,quidam etiam teſtamento hæredes nuncupati. reliqui uerò contacti hoc nefario ſcelere,tãtùm abfuit ut in ſontes animaduerterent,ut eos honoratos in prouincias ad exercitus miſerint:qui bus illi abuſi,& pecunias publicas diripuerunt , & copias inde contra nos colligunt,atq; alias à barbaris perpetuis imperij noſtri hoſtibus poſtulant.ciuitates quoq; nobis ſubiectas,quod ipſorum imperata detrectaſſent, partim aut incenderunt , aut diruerunt , aut ſolo æquarunt:partim minis ac terrore coegerunt arma cõtra nos & patriam ſumere.nos uerò de quibuſdam eorum iam pœnas exegimus, reliquos deo iuuãte mox luere uidebitis.Cæterũ maximis rebus confectis quę ad Hiſpaniam Galliamq́; prouincias & iſta domeſtica pertinent,unum etiamnum graue certamen ſupereſt , expeditio contra paricidas tranſmarinos Cæſaris . Id bellum pro patria geſturi peregrè,nec tutum,nec uobis pariter ac nobis utile ducimus,inimicos à tergo relinquere,uſuros contra nos occaſione captata per abſentiã noſtram & belli caſus uarios:imò ne cunctandum quidem urgente tam præſenti periculo,ſed ad unum tollendos è medio,quando ipſi

priores nobis bellum intulerunt, tum cum nos hoſtes iudicarũt noſtroſq́; exercitus. & illis quidem nulla religio fuit tot ciuiũ milia nobiſcum uelle perdere, contempta deorum hominumq́; inuidia. nos uerò multitudini moleſti non erimus, nec aduerſariorum omnium & male de nobis meritorum delectũ habebimus, nec in diuites uel locupletes honoratóſue animaduertemus, neq; in tã multos quàm alius ante nos imperator, & ipſe labefactam ciuilibus bellis rempublicam inſtauraturus, quem uos ob res geſtas felicẽ cognominaſtis, quamuis neceſſe ſit, non tot eſſe inimicos uni quot tribus: ſed tantũmodo peſsimum quemq; ac nocentiſsimum mulctabimus, idq́; in rem ueſtram non minus quàm noſtram. alioquin neceſſe eſſet noſtris cõflictationibus uos in medio poſitos atteri: & expedit aliquid in gratiam exercitus facere, ad leuamẽ iniuriarũ, quibus irritati ſunt immerito pro hoſtibus habiti. itaq; licet poſsimus damnatos cõprehendere, malumus proſcribere, quàm ignaros opprimere: idq́; propter uos, ne militum ira prouehatur ad indemnatos, utq; intra certum nominum numerum edicto coerceantur. ergo quod fauſtum felixq́; ſit, ex his quorum nomina huic ſcripto ſubiuncta ſunt, nemo quenquam recipito, néue celato, néue ablegato, néue pecunijs corrumpitor. quiſquis autem uel ſeruaſſe, uel adiuuiſſe, uel conſcius fuiſſe deprehendetur, eum nos abſq; ulla excuſatione ueniaq́; referemus in proſcriptorum numerum. capita uerò occiſorum ad nos referunto, accepturi prẹmium, uicenaquina M. ſeſtertium in ſingula ſi liber attulerit: ſin ſeruus libertatem & dena M. ſeſtertium, & heri ſui ius ciuitatis. eadem præmia ſunto & indicibus, nec cuiuſquam præmium accipientis nomen inſeretur noſtris commentarijs, ne manifeſtum fiat. Hæc fuit triumuiralis proſcriptionis formula. primus autẽ proſcripſit Lepidus, & primus proſcriptus eſt frater eius Paulus. ſecundus proſcripſit Antonius, & ſecundus proſcriptus eſt auunculus eius Luceius: quia hi primi ſententijs ſuis hoſtes eos iudicauerãt. tertius porrò & quartus in alia tabula erant conſulum deſignatorũ neceſſarij Planci frater Plotius, & Quintius ſocer Aſinij, qui nõ tam ob dignitatis eminẽtiam ante alios ſunt poſiti, quàm ad terrorẽ, nequis ſperaret ſe euaſurum. quin & Toranius inter cæteros proſcriptus eſt, quem aiunt tutorem fuiſſe Cæſaris. edita proſcriptione continuo portis additæ ſunt cuſtodiæ, obſeſsi & cæteri urbis exitus, eadem diligentia circa portus adhibita, & loca paluſtria cænoſaq́;, & quicquid ſuſpectum erat ut latebris commodum. tum centuriones iuſsi ſunt ad inquirendum per agros diſcurrere: & hæc eodem momẽto facta ſunt. quamobrem intra Vrbem & extra multi repẽte oppri-

prime-

primebantur per uaria mortis genera,à mercenarijs capita detruncabant ad oſtentationem:paſsimq́; fuga erat uirorum pauloantè illuſtrium,tunc in deformem habitum mutatorum. nam pars mergebãtur in puteos,pars in cloacas impuriſsimas: quidam in fumaria uel ſummas ſub tegulas refugi ſedebant cum ſilentio maximo. timebant enim ſibi quidam non tam à percuſſoribus,quàm ab infenſis uxoribus:alij à parum pijs liberis,alij à libertis & mancipijs:item creditores à debitoribus,uicini à uicinis, cõtiguos agros appetẽtibus. quicquid enim liuidum ac ſuppuratum odijs antea fuerat, tunc ſemel erumpebat per ſummum ſcelus,magna fortunę inconſtantia,dum ex ampliſsimo ordine uiri conſulares,prætorij,tribunicij,uel huiuſmodi honorum candidati,ad pedes ſuorum ſeruorum aduoluuntur cũ lamentis ſupplices,& famulis appellatione ſeruatoris ac domini adulantur. ſed nihil erat miſerabilius, quàm quòd ne quidẽ tam demiſſis precibus impetrabant miſericordiam. nec aberat ulla calamitatis ſpecies,ſecus ac in ſeditionibus & hoſtili uictoria. nec enim ut illic aduerſarij hoſtésue timebantur, in domeſticis fiducia repoſita, ſed hi multo magis quàm percuſſores erãt formidini:qui de ſeipſis præter bellorum ſeditionúmue morem ſecuri, hoſtes ſubito reddebantur ex familiaribus,aut propter diſsimulatum odium, aut ſpe oſtentati publicè præmij,aut quòd inhiarent auro argentoq́; recõdito in ædibus.his enim de cauſis nihil cuiquam fidum domi ſupererat,lucri auiditate præponderante pietatem domeſticam. quòd ſi quis in fide permanebat atq; beneuolentia debita,nec opem ferre audebat, nec celare periclitantem,nec diſsimulare conſcientiam:tantum metum omnibus iniecerat comminatio crudeliſsima. eratq́; res longe diuerſa à ſuperiore XVII. damnatorum uirorum periculo. tunc enim nemine proſcripto,aliquot repente comprehenſis, omnes metu ſimilis caſus protegebant ſeinuicem.euulgatis autem proſcriptionis tabulis,proſcripti mox omni ope deſtituti ſunt:reliqui ſecuri de ſua ſalute,& lucris intenti,ceu uenatici canes,mercenariam operam prę ſtabant ueſtigandis,quos ad necem obijcerent.Reliqua turba diripiebat ædes interemptorum,& præſenti lucro ſolabatur calamitatem publicam.qui uerò prudentiores & moderatiores erant,attoniti ſtupebant admiratione rei tam abſurdæ: quòd aliæ ciuitates ſeditione ciuium afflictę,mox eorundem cõcordia ſeruatæ ſint:hæc uerò per diſſenſionem ciuium iam antè afflicta, tunc per eorum conſpirationem pateretur talia.cadebant autem alij repugnantes, indefenſi alij,quòd putarent eam iniuriam aliunde profectam: quidam ſeipſi uel fame confecerunt uel laqueo, alij de tecto ſe præcipitarũt,

aut in aquam coniecerunt ignémue: dum aut percuſſores immiſſos fugiunt, aut uocati cunctantur. nonnulli è latebris protracti, dũ aut ui aut pretio conantur euadere, interdum etiam præter Triumuirorum mentem, per errorem, aut inimicorum maleuolentia perierũt. & ſic non proſcripti cadauer dignoſcebatur à cæteris, quando non erat truncatum. proſcriptorum enim in foro capita proponebãtur pro roſtris, ubi rependebatur pro eis præmium. ediuerſo non minor extitit uirtus uxorum, liberorum, fratrum, famulorum ad cõſeruandam periclitantium ſalutem multa comminiſcentium, & cũ ſuis interdum commorientium, quoties cœpta non ſuccederẽt. nec defuerunt qui ſe iugularent ſupra cæſorum cadauera. ex his uerò qui euaſere aliquot naufragio perierunt, nihil ſe remittẽte infortunio: alij ad lætiora tempora præter opinionem ſeruati peruenerunt ad urbanos magiſtratus poſtea, & cum imperio præpoſiti exercitibus triumphauerunt etiam. tantum miraculorum attulerunt illa tempora. & ea contigerunt nõ in uulgari aliqua ciuitate, nec in regia parua ac inualida: ſed potentiſsimam tot terra mariq; gẽtium dominam deus perculit, per diutinas ambages eam adducens ad præſentem ornatũ atq; ordinem. quamuis & ſuperiore ſeculo ijſdem malis laboratum eſt ſub Sylla, & ante illum ſub Mario: quorum notiſsima facinora in eorum mentione recenſuimus, quando etiam iactura ſepulchri acceſsit ad cętera. hęc autem propter Triumuirorum dignitatem ſunt magis inſignia, præſertim propter unius eorum uirtutem fortunæ coniunctam, qui imperium ſolido fundamento firmatum cum ſuo nomine reliquit poſteris: quæ ut ſunt magis aut minus illuſtria, eo faciliora memoratu quòd ſint nouiſsima, percurram non tamen omnia: nõ enim digna uidetur narratione ſimplex cædes aut fuga, aut Triumuiris aliquanto poſt ignoſcẽtibus quorundam reditus, & uita deinde in obſcuro acta: ſed quæ maximè miraculo futura ſint. fidẽ factura lectori eorum quæ iam diximus. ſunt autem multa & à multis Romanis ſcriptoribus ſeorſim comprehenſa multis commentarijs: ego uerò pauca per ſingulas ſpecies decerpã, quo narratio fiat credibilior, & quo magis eluceat præſentis ætatis felicitas: idq; compendio faciam. Prima ſæuitia fortuito in magiſtratus effuſa eſt, ante omnes cæſo tribuno pl. Saluio. eſt autem is magiſtratus ſacroſanctus priſcis legibus, & tantæ poteſtatis, ut cos. aliquot in carcerem miſerit. hic tribunus primùm quidem interceſſerat, quominus hoſtis iudicaretur Antonius, ſed poſtea Ciceronem in omnibus rebus iuuerat. cognita autem Triumuirorum cõſpiratione & ad Vrbem feſtinatione, conuiuium domeſticis præbuit, quaſi non diu cum illis conui-

conuicturus. cumq; irrupiſſent armati in triclinium, aſſurgentibus omnibus metu perculſis, centurio iuſsit cæteros quietos diſcumbere, Saluium ita ut erat capillis correptum ſuper menſam protraxit quantũ opus erat, atq; ita præciſo capite domeſticos iuſsit ſilere & loco manere, ita ut erant immotos, ne excitato tumultu pateretur ſimilia. illi etiam poſt cẽturionis abitum attoniti, ſine uoce in multam noctem accubauerunt cum trunco tribuni corpore. poſt hunc occiſus eſt prætor Minucius in foro in ipſis comitijs. qui ut audiuit ſe peti ab armatis, proſilijt, & diſcurrens ac latebras quærens, mutata ueſte in quandam officinam ſe proripuit, dimiſsis apparitoribus cum inſignijs. qui dum præ pietate cunctantur, imprudentes fecerunt, ut facilius inueniretur prætor à percuſſoribus. alterum prætorẽ Annalem, dum unà cum filio quæſturæ cãdidato ambit ſuffragia, amicorum cohors & lictores deſeruerunt, ubi didicerunt & huius nomẽ aſſcriptum in tabulis. is ad quẽdam ſuum clientem fuga delatus, cui paruum ac uile tectum erat in ſuburbio contemnendum modis omnibus, latebat in tuto: donec ipſius filius rem ſuſpicatus, percuſſores ſub id tectũ duxit, & à Triumuiris paterna bona ædilitatẽq; accepit. quem à cõpotatione redeuntem ebrium, exorta rixa, ijdem milites occiderunt, qui patrẽ ante occiderãt. At Toranius nõ quidem prætor, ſed prætorius, pater adoleſcẽtis alioquin perditi, qui tamẽ multum poſſet apud Antonium, centuriones orabat tantiſper cædẽ differrent, dum ſe filius ab Antonio peteret. illi ridentes, petijt, inquiunt, ſed in contrariũ. id ubi intellexit ſenex, iterum breuiſsimũ ſpatium petijt, donec uideret filiam. quam uiſam iuſsit nõ adire paternorum bonorum hæreditatẽ, ne & illius mortem frater impetraret ab Antonio. huius quoq; is fuit exitus, ut turpiter profuſo patrimonio, furti damnatus ſolum uerteret. Cicero aũt qui poſt Cæſaris mortem regnauit in cõcionibus, proſcriptus eſt cum filio, fratre, filio fratris, & ſuę factionis amicis omnibus. cumq; in nauicula fugeret, iactationem ferre non potuit: ſed in uillam ſuam, quam mihi libuit ob huius caſus memoriam uiſere, prope Capuam delatus quieſcebat. & cum propinquarent qui eum quærebant (nam hunc præ cæteris Antoniani ſumma cura perquirebant) in cubiculum eius inuolantes corui crocitatu ſomnum rumpebant, & ſtragulam ei detrahebant, donec ſerui moti prodigio, impoſitum lecticæ rurſum deferrẽt ad mare per deuia ſiluæ denſiſsimæ. multis uerò paſsim diſcurrentibus & percunctantibus nuncubi uiſus eſſet Cicero, alij miſerati hominem reſpondebant eum ſoluta naui iam ferri per mare: unus ſutor cliens Clodij quondam infenſiſsimi Ciceroni, callem indicauit Lęnati cen-

 turioni

turioni comitato paucis militibus, qui mox accurrit, & uidens à multo pluribus eũ ſtipari ad propugnãdũ paratis, ſtratagemate uſus exclamauit: properate centuriones qui à tergo eſtis. tum ſerui quaſi futuri mox impares, metu ſunt cohibiti. Lænas, quamuis quondam Ciceronis patrocinio cauſam uicerat, attractum è lectica eius caput, repetito ter ictu præſecuit, magis quàm abſcidit ob imperitiam. manũ quoq; abſcidit, qua contra Antonium tanquam tyrannũ orationes ſcripſerat, & ad imitationẽ Demoſthenis Philippicas intitulauerat. moxq; & terra per ueredarios & mari per dromones Antonio res lætiſsima certatim nunciata eſt: deinde Lænas in foro ſedẽti pro tribunali è longinquo caput cum manu oſtentauit quatiens. ille ſupra modum gauiſus centurionem coronauit, & præmiũ decuplum addidit, quaſi ob maximum inimicum ſublatum & omnium infenſiſsimum. caput eius cũ manu pro roſtris diu pependit, ubi prius concionari ſolitus, maiorq; tunc ad ſpectandũ q̃ prius ad audiendũ concurſus fuit. fertur etiam in triclinio Antonius id caput ad ſatietatem ſpectaſſe menſæ impoſitum. adhunc modum Cicero, uir eloquentiæ nomine nunc quoq; laudatiſsimus, de patriaq; ſua conſul optime meritus, & occiſus, & poſt necem contumelijs affectus eſt. filius iam ad Brutum euaſerat in Græciam. Quintus uerò frater oratoris comprehenſus unà cum ſuo filio, armatos orabat ut ſe prius occiderent q̃ filium: at filius ſupplex rogabat contrariũ. percuſſores polliciti ſatisfacturos ſe amborum precibus, ſeorſum utrunque aggreſsi eodem momento necauerunt ex compoſito. itidem Egnatij pater filiusq; in complexu hærẽtes uno ictu ceciderunt, præciſis amborum ſimul ceruicibus: & ademptis quoq; capitibus trunci ſe complectebantur mutuò. Balbus filiũ, quo magis ſeparati fallerent, præmiſſum ad mare ut fugeret, paulò pòſt ex interuallo ſecutus eſt. cumq; à quodam ſiue dolo, ſiue per errorẽ audiſſet cõprehenſum eſſe filium, reuerſus ultro percuſſores acciuit. filius naufragio perijt. ita tũ fortuna quoq; calamitates augebat. Aruntius filio nõ ſuſtinenti abſq; ipſo fugere ægrè perſuaſit ut homo iuuenis uellet eſſe ſuperſtes. hũc mater ad portã proſecuta, reuertit domum ut interẽpto marito iuſta perſolueret. aliquanto poſt ubi didicit periſſe in mari filium inedia, ſibi manus intulit. hactenus filiorum bonorum atque malorum imagines propoſui. Cæterùm fratres ſimul proſcripti nomine Ligarij latebant in fumario, donec mancipijs prodentibus alter confeſtim occiſus eſt: alter elapſus poſtquam fratrẽ periſſe cognouit, de ponte deſilijt in fluuiũ: exceptusq; à piſcatorib. quaſi caſu nõ ultro decidiſſet, diu luctatus eſt in flumen ſe ingerens. & cum nihil proficeret illis

uincenti-

uincentibus, Nō me ſeruatis, inquit, ſed uoſipſos cū proſcripto perditis. & illis tū quoq; ſeruare miſerū pergentibus, milites quidā pontis cuſtodes id cōſpicati, accurrerūt & obtrūcarunt hominē. aliorū fratrū alter præcipitauit ſe in fluuiū, cuius corpus ſeruus quintā uſq; diem quæſitum tandem inuenit: & quoniam nondum omnino confuſa erant oris lineamenta, caput abſcidit ut haberet præmium. alter uerò frater in latrina deliteſcens ab alio ſeruo eſt proditus, percuſſores dedignati eò deſcēdere, haſtis confixū extraxerunt, & ita ut erat obtruncarunt, ne abluto quidem capite. Alius cum fratrem comprehendi uideret, accurrit, neſciens ſe proſcriptū pariter: exclamauitq;, Me me prius interficite. tum centurio qui proſcriptionis tabulam ordine nouerat, Aequum poſtulas, inquit. nam tuū nomē anteq̃ huius ſcriptū eſt. & cum dicto ambos interfecit ex ordine. hęc de fratribus exempli gratia. Ligarium uerò uxor cum abdidiſſet, unica ancilla comitata uiſebat latebras: à qua prodita, caput referentes ſequebatur clamitans: Ego huic fui receptaculo, idem contra celatores propoſitum eſt præmium. cumq; nemo eam uel occideret uel indicaret, ipſa ſemet ad magiſtratus detulit: quibus pietatem erga coniugem diſsimulanter ferentibus, ſeipſam abſumpſit inedia. hanc ideo memoraui, quòd in ſeruando marito fruſtrata conatu ſuo, ei ſuperſtes eſſe noluerit. nā eas quibus felix fuit hęc pietas, in elapſorum mentione referemus. aliæ nefarias maritis ſtruxerunt inſidias, inter quas uxor Septimij, quę cū quodā amico Antonij habebat ſtupri cōſuetudinē: & ut ex adultera cōiunx fieret, per adulterū egit cū Antonio: moxq; Septimius aſcriptus eſt in ſanguinarias tabulas. quod ubi ex ipſa uxore didicit, ignarus probri domeſtici, ad eam confugit. illa cōiugali comitate exceptum incluſit, & tantiſper aſſeruauit dum ueniret percuſſores: eadēq; die cæſo marito celebrauit nouas nuptias. Salaſſus ſemel elapſus deficiente conſilio noctu in Vrbem redijt, cū uideretur iam remiſsius periculum: & cū reperiſſet ędes uēditas à ſolo ianitore qui auctariū fuerat agnitus & in cellā receptus eſt. pollicente latebras uictūq; pro facultatibus, deinde uxorē acciri iuſsit ex ipſius ædibus. mulier cupidā ſe uiſendi mariti ſimulans, ſed nocturnos metus cauſata & ſuſpectā fidem ancillarum, interdiu ſe uenturā promiſit. luce uerò facta ꝑcuſſores petijt, & ianitor procurrit ut illā ceſſantē urgeret. Salaſſus nō cōparēte ianitore inſidias ueritus ſummas ędes aſcēdit, expectās quonā res euaderet: & cōſpicatus nō ianitorē ſed ꝑcuſſores uxore pręeūte aduētare, de tecto ſe præcipitauit. Fuluius quoq; ad fœminę domū ꝓfugus, quā dū ſerua ipſius eſſet ꝓ cōcubina habuerat, moxq; libertate donatā et dotatā nuptū dederat

malã recepit pro beneficijs gratiã, ꝙ zelotypa indigne ferret Fuluiũ ſemota ſe induxiſſe uxorẽ legitimã. hæc de malis mulieribus ſuffecerint. At Statius Samnis, cuius egregia opera Sãnites bello ſociali uſi fuerãt, ob uirtutẽ & diuitias ac genus aſcitus in ampliſsimũ ordinẽ, iam octogenarius proſcriptus propter ipſas diuitias, domũ populo & ſuis mancipijs diripiendã cõceſsit, ultro multa iactans in publicũ, & tandẽ exinanitã clauſamq; ſuccẽdit, quo incẽdio & ipſe & pars urbis cõflagrauit. Capito per ſemiapertas fores aliũ poſt alium irrũpentem mactauit, poſtremo confertim irruẽtibus, à multis unus occiſus eſt, ꝗ prius multos occiderat. Vetulinus magnã manũ circa Rhegiũ cõtraxit, partim ex proſcriptis alijsq; ad ſe cõfugientibus, partim ex illis XVIII. urbibus militi deſtinatis in uictoriæ præmiũ, quæ id ferebant ægerrime. his igiẽ ſibi adiunctis cẽturiones diſcurrẽtes intercipiens opprimebat, donec maioribus copijs cõtra ſe miſsis, ne ſic quidẽ ab incepto deterritus, in Siciliã traiecit ad Pompeiũ tunc obtinentẽ eam inſulã, & receptaculũ præbentẽ fugientibus. inde bellũ redintegrauit egregie donec aliquot prę lijs uictus, filiũ cũ cęteris proſcriptis Meſſanã præmiſit: ipſe cũ iam nauis mediũ fretũ teneret, ab hoſte circũuentus in fruſta cõciſus eſt. Naſo uerò à liberto quẽ in delicijs habuerat proditus, cuidã militi extorſit gladiũ, & ſolo proditore mactato, percuſſori iugulũ præbuit. Fidus aũt quidã ſeruus reliquit herũ in tumulo, ipſe porrò ad mare abijt cõducturus naiculã: in reditu uerò ſuperuenit occidentib. dominũ, & expirãti iam inclamans: Expecta, inquit, pauliſper domine, ſimulq; cẽturionẽ aggreſſus cõfecit. deinde ſibi quoq; manũ inferens, habes, inquit, ſolamen domine. Luceius duobus fidiſsimis libertis aurum dedit deferendũ ad mare: qui poſtquam aufugerunt, reuerſus animum deſpondit, & interfectoribus ſeipſe prodidit. Labienus qui tempore Syllanę proſcriptionis multos cõprehenſos interemerat, ignobiliter tunc periſſet, niſi parem caſum generoſe pertuliſſet, pro foribus ſuæ domus in ſella percuſſores opperiẽs. At Ceſtius ruri apud bene uolẽtes ſibi ſeruos latitans, cum uideret centuriones continue diſcurrẽtes cum armis & capitibus, pauorẽ diutius ferre non ualuit: ſed iuſsit ſeruos rogum accendere, ut poſſent dicere, Sepeliri à ſe Ceſtium: moxq; ſe immiſit in eum. Aponius in tuto latebat, ſed quòd nequiret ferre uictus quotidiani miſeriã, ut iugularetur ultro prodijt. alius in propatulo ſedens ſe prębebat, & cunctantibus percuſſoribus ſtrangulauit ſe in publico. Luceius Aſinij tunc cõſulis ſocer fugiens per mare & offenſus ſæuis tẽpeſtatibus, in medios fluctus deſilijt. Siſinius cum perſecutores fugeret clamitans ſe nõ eſſe proſcriptum, ſed propter

pecunias ſtrui ſibi inſidias, ad tabulam adductus, & ſuum nomen legere iuſſus, dum legit ictus concidit. Aemilius ſe proſcriptum neſciens, conſpicatus alium quendam fugientē, ex cēturione ſcitatus eſt, Quis hic proſcriptus? qui agnoſcens Aemilium, Tu atq; ille, inquit, & ambos occidit. Cilo autē & Decius egreſsi curiam, ut reſciuerunt proſcripta ſua nomina, priuſquam quiſquam eos aggrederetur, trepide fugiebant per portā, quos curſus ipſe cēturionibus obuijs prodidit. Icilius ille, qui dum Brutus Caſsiuſq; abſentes poſtularent in iudicio præſidente Cæſare, alijs iudicibus clàm atros calculos in urnam conferentibus, album ſolus palàm tulerat, priſtinæ magnanimitatis & ingenuitatis immemor, cadaueri quod efferebatur ſubiecit humeros, atq; ita cū alijs baiulabat ſandapilam. portæ cuſtodes conſpicati uni mortuo ueſpillones ſolito plures adhibitos, nihil de ipſis ſuſpicando tantùm ſcrutati ſunt nequis uiuus efferret pro mortuo. ſed cum Icilius argueretur à ſocijs quòd non eſſet libitinarius, agnitus & interfectus eſt. Varus à liberto indicatus aufugit, & per deuios montes ad Minturnenſium paludes delatus in eas ſe abdidit, ut quiete uires repararet per ſilentium. Minturnenſibus autem latronum receptacula perquirentibus, arundinum folia mota eum prodiderunt: comprehenſuſq; latronem ſe aiebat, & addictus ſupplicio ferebat. ubi uerò tormenta intentari ſibi uidit ut profiteretur ſocios, id iam ut inhoneſtius nō ferens, Denuncio, inquit, uobis Minturnēſes ne me quondā conſulem, nunc quod magiſtratus pluris ęſtimāt proſcriptum, uel torqueatis, uel necetis. Si enim non licet mihi euadere, præſtat ut pœnas dem pari dignitate præditis. cumq; parum fidei haberetur eius uerbis & putaretur fingere, centurio diſcurſator ſuperuenit, & agnito caput abſcidit, relicto Minturnenſibus cadauere. Largus per agros oberrans incidit in quoſdā qui nō ipſum perſequebantur ſed alium: quibus caſum miſerantibus quòd non quæſitus caperetur, dimiſſus eſt ut per ſiluam fugeret. cumq; mox exagitaretur ab alijs, recurrit ad priores uociferans, Vos me potius interficite, qui ſeruare uoluiſtis miſerum, uos malo prēmiū accipere. hanc ille moriturus rependit eis clementiæ gratiā. Rufus uerò Fuluiæ uxoris Antonij uicinus cum inſulam haberet pulcherrimam, prius quidem eam uendere mulieri noluerat, tunc cum ultro donaret, tamen proſcriptus eſt. caput cum ad Antonium referretur, ad ſe pertinere negās miſit ad uxorem. illa non in foro ſed ante inſulam id proponi iuſsit. uillam alius habebat umbroſis arboribus amœnam & alioqui perpulchrā, cōiunctā ſpeluncæ longo receſſu opacæ, propter quam proſcriptus creditur. fortè tum in ſua ſpelunca frigus captabat, cum

ſeruus

ſeruus procul conſpicatus percuſſores accurrere, in intimũ ſpecum eum abdidit, indutusq́; herilem tuniculam, ſe eſſe illum ac metum quoq; ſimulans plane fefellerat, ni ex conſeruis quidã fucum prodidiſſet. ita ſublato domino, populus id indigne ferẽs, nõ prius deſijt magiſtratus obtundere, quàm index ille pependit, ſeruator uerò libertate donatus eſt. Aterium quoq; latentẽ ſeruus indicauit: moxq́; liberatus, cum proſcripti bona liberi eius ſub haſta uellent emere, licitator iniquus & æmulus ex aduerſo eis reſtitit nõ ſine contumelijs. qui ſilentio concoquentes dolorem, tantum ubiq; ſequebantur eum cum lachrymis, donec indignatio populi in eum coorta eſt, & Triumuiri ut plus ſatis auarum, addixerunt eum rurſum in ſeruitutem proſcripti liberis. & hæc quidem uiris acciderunt. peruenit tamen huius mali contagium & ad pueros orbatos parentibus, ut eorum fortunæ præda fierent. quorum unus dum ad ludum cõmeat, interfectus eſt cum ipſo pædagogo, qui puerum cõplexu protegens diuelli nõ poterat. Atilius uerò qui tum primũ uirilem togam ſumpſerat, ſacra ex more petebat amicis deducentibus. interim aſcripto repente in tabulis eius nomine, amici & ſerui diffugere: ipſe deſolatus & à tam ſplendida modo pompa deſtitutus, ad matrem ſe contulit. ac ne illa quidem admittente præ timore, poſt fruſtra tentatã matrem non auſus cuiquam ſe cõmittere, in montem fugit: unde fame coactus deſcendere in planiciem, à plagiario captus eſt. tum in ergaſtulum truſus puer delicatus & laboris impatiẽs, in uiam publicã euaſit. Sic ut erat cõpeditus, ſeq́; tranſeuntibus centurionibus prodidit, atq; ita perijt. Interea Lepidus de Hiſpanis triumphauit, & edictum huiuſmodi eſt propoſitũ: Quod felix fauſtumq́; ſit, edicitur uniuerſis, ut ſacris ac epulis dent hunc diem. qui cõtra fecerit, inter proſcriptos eſto. Et ille quidem triumphali pompa inuectus eſt in Capitolium, omnibus hilari ſpecie, infenſo animo, deducẽtibus. proſcriptorum uerò ædes diripiebantur, prædia nõ multos emptores inueniebant, quòd puderet ex alieno infortunio lucra inauſpicata quærere, ac ne tutum quidem eſſet cum auro argentoq́; conſpici, & adeò periculoſum augere poſſeſsiones, ut ne præſentes quidem in tuto uiderentur. ſoli audaces licitabantur: & quia ſoli, ualde uili emebant. unde accidit, ut magiſtratibus qui ſperarant hæc ad apparatum belli ſuffectura, adhuc deeſſent XX M. myriadum. id pro concione præfati proſcripſerunt MCCCC. mulieres ditiores, quas oportebat profiteri bona ſua, & in ſumptus belli conferre pro Triumuirorũ arbitrio. ſi quæ aut celarent quicquam, aut nõ recte ęſtimarent, ijs mulcta eſt propoſita, indicibus uerò horum, tam ingenuis, quàm ſeruis, præmium.

mium.mulieres uerò ſtatuerunt cognatas Triumuirorum deprecatrices adhibere.ſororem ſanè Cæſaris facilem, itemq; matrem Antonij nactæ, ſed à Fuluiæ uxoris eius foribus repulſę, moleſtè tulerunt hanc iniuriam: progreſſæq; in forum per mediam turbam uſque ad Triumuirorum tribunal, decedente tam populo quàm ſatellitibus, per Hortẽſiam ſic eos allocutæ ſunt: Quod nos decebat opis ueſtræ egentes, ad cognatas ueſtras cõfugimus: quod uerò non decet paſſę à Fuluia, coactæ ſumus eius importunitate forum uno agmine petere. Ademiſtis nobis parentes, liberos, maritos, fratres, uno omnium crimine quòd læſi ſitis ab eis. ſi etiã facultates auferetis, adigetis nos ad ea quæ nec genus noſtrum, nec mores, nec ſexum decent. Si à nobis ęquè ac à uiris uos affectos iniuria dicitis, & nos ut illos proſcribite. quòd ſi nemo ueſtrũ à mulieribus hoſtis iudicatus eſt, nõ ædes cuiuſquam diruimus, non exercitum concidimus, neminem magiſtratu alteri decedere coegimus, nemini quominus magiſtratu honoréue potiretur obſtitimus, cur pariter punimur quæ à culpa alienę fuimus? cur tributis grauamur, quæ nec de magiſtratibus, nec de dignitatibus, nec de præfecturis, nec de reipub. tractatione, pro qua uos tantopere digladiamini, cõtendimus? an quia bellum inſtare dicitis? & quando bella defuerunt? quando tributa à mulieribus exacta ſunt? quæ ſexus immunitatẽ habent iure gentium. maiorum ſeculo ſupra conditionẽ ſexus ſemel contribuerunt noſtræ progenitrices, tum cum ageretur non ſolum de imperio, ſed de ipſa patria, Pœnis prementibus: & contribuerunt ultrò, idq; non ex ruſticis urbaniſue prædijs, non ex dotalibus pecunijs, ſine quibus non eſt ingenuam uitam degere, ſed ex ſolo muliebri mũdo: & ne id quidem ad certum cenſum, uel propoſitis indici præmijs, uel neceſsitate impoſita: ſed quãtum ipſis placuit. nunc quid timetis imperio uel patriæ? Veniant Galli aut Parthi hoſtes, nõ erimus deteriores in tuenda patria noſtris progenitricibus. ad ciuilia bella, abſit ut uobis cõtribuamus aut opem feramus, inter uoſmet dimicantibus. nec bello Pompeiano ullas exactiones tulimus: non Marius, nõ Cinna hanc nobis neceſsitatẽ impoſuit: nõ Sylla oppreſſor reipublicæ, quam uos conſtituere profitemini. Hæc Hortenſiæ uerba Triumuiri moleſte tulere, mulierum audaciam uiris ceſſantibus uſq; contiones procedere, à magiſtratibus rationem repoſcere: uiris militiæ labores perferentibus, ipſas grauari pecuniæ ſumptum facere: iuſſeruntq; ut apparitores eas à tribunali ſubmouerent: cum exortus clamor circumſtantis multitudinis apparitores cohibuit, ſimulq; Triumuiri diſtulerũt rem in diem craſtinam. quæ ubi illuxit, de M CCCC. numero tantum

quadrin-

quadringentarum bona ut cenſerentur proſcripta ſunt: edictumq; de uiris, ut quicũq; in cenſu haberet plus decẽ myriadibus, ciuis, exterus, libertus, ſacerdos, cuiuſcunq; gentis, nemine excepto, facultates ſuas profiteretur, propoſitis eiſdem pœnis, ſi quis cõtrà faceret, & indicibus eorũ eiſdem præmijs: ita ut eorum bonorũ quinquageſimam mox ad uſuram darẽt: & unius anni reditus quiſq; ad bellum contribueret. Hæc tum urbanis imperata ſunt publicè. milites uerò magna licentia multo peiora patrabant. cum enim in his ſolis ſita eſſet tota Triumuirorũ potentia, quidã ex ipſis petebant domos proſcriptorum, aut uillas, aut prædia, aut cenſus integros, alij ut adoptarentur pro liberis: alij non expectato aſſenſu magiſtratuum occidebant non proſcriptos, diripiebant ædes inſontiũ, adeò ut alter conſulum à Triumuiris iuſſus ſit corrigere nimiam eorũ licentiam. qui nõ auſus attingere milites, ne eos in ſe iritaret, aliquot ſeruos, qui militari cultu cum alijs peccauerant cõprehenſos ſuſpendit. Huiuſmodi fermè fuerunt proſcriptorũ infortunia: qui uerò ex inſperato ſeruati ſunt, aut in dignitates etiam peruenerunt poſtea, hos memorare tum mihi iucundius eſt, tum lectori utilius, nequis in rebus aduerſis animum deſpondeat. Quotquot igitur effugere poterant, apud Caſſium Brutumq; habebant receptaculum, aut apud Cornificiũ in Africa, hunc quoq; ſtantem à republica, pleriq; in Siciliam Italiæ uicinam ſe receperunt, Pompeio benigne recipiente. is enim egregium officium miſeris tali tempore præſtitit, dimiſsis præconibus qui omneis ad eum uocarent, propoſitoq; ſeruatoribus tum ingenuis tum ſeruis prẽmio, duplo eius quod percuſſores accipiebãt. lẽbos quoq; & onerarias obuiam mittebat nauigantibus: triremes etiam oras legebant attollentes ſigna errantibus, ſeruantesq; quotquot nanciſci poterant. ipſe uenientes excipiebat obuius, impartiens eos ueſtibus & utenſilibus. idoneos uerò præfecturis ornabat tam pedeſtribus q̃ naualibus. nec poſtea cum Triumuiris fœdus inijt, niſi quo continerentur ſeruati profugi. Sic ille duris tẽporibus optime de patria meritus, præter paternam laudem non minorẽ propriam quẽſiuit. Qui fuga euaſerunt aut latebris, partim in agreſtibus tuguriolis aut ſepulcris, partim in ipſa Vrbe in continuo metu miſerè uixerunt, uſque pacatiora tempora. interim mirifica uxorum erga maritos, liberorũ erga parentes fuit pietas, ſeruorũ quoq; erga dominos, ſupra quàm fert ea conditio. horum etiam miraculorum aliquot referemus prẽcipua. Paulus Lepidi frater centurionibus, eum reuerẽter ut imperatoris ſui fratrẽ elabi cõniuẽtibus ſecurus ad Brutum nauigauit, poſt cuius obitum ſe Miletum cõtulit: unde ne pace quidẽ facta quamuis
uocatus

uocatus redire dignatus eſt. Luceium uerò Antonij auunculum ſoror nec diſsimulanter apud ſe habuit, centurionibus & hanc diu reueritis ut matrem imperatoris. tandem cùm pararent irrumpere, mulier ſe in forum proiecit: & ſedenti pro tribunali cum collegis Antonio, Meipſa, inquit, imperator indico, quæ Luceium receptum habeo, & habebo donec nos ambos interimas: quando eadem pœna indicta eſt recipientibus. reſpondit ille, bonam eam ſororem eſſe, uerùm matrem parum piam. debuiſſe enim non nunc ſeruare Luceium, ſed tunc ei obſtare, cùm ipſius filium hoſtem iudicaret. effecit tamẽ ut Plancus cõſul plebiſcito Luceium pœnæ eximeret. Meſſala nobilis iuuenis ad Brutum fugit, cuius magnanimitatem timentes Triumuiri, edictum tale propoſuerunt. Quoniam Meſſala, ut ex ipſius cognatis didicimus, ne in Vrbe quidem fuit cùm C. Cęſar occiſus eſt, exemptus eſto è proſcriptorum numero. at ille noluit uti hac uenia. poſtquam autẽ Bruto Caſsioq; in Thracia cæſis, non contemnendæ illius exercitus reliquiæ claſſe pecuniaq; ad bene ſperandum ſubnixę, ducem eum ſibi optabant, aſſentire grauatus perſuaſit eis ut fortunæ prægrauanti cedentes tranſirẽt ad militiam Antonij. cui poſtea familiariter adhæſit, donec Cleopatræ faſtu offenſus migrauit ad Cæſarem. à quo conſul in ipſius Antonij locum ſuffectus, quando ille iterũ hoſtis iudicatus eſt, nauali quoq; prælio ad Actiũ pugnauit pro Cæſare. deinde contra Gallos rebelles miſſus, uictor triumphum meruit. Bibulus quoq; ſimul cum Meſſala in gratiam receptus, & claſsi præfectus ab Antonio, copias eius tranſuexit contra Cæſarem: acceptaq; ab illo Syria prouincia, in ea mortuus eſt. Acilius ex Vrbe profugus, à ſeruo indicatus militibus, perſuaſit maiore præmio propoſito, ut aliquot ex ipſis cũ ſymbolo quod offerebat ad uxorem mitterent. illa uenientibus omnem ſuum mundum proferens, ait ſe eis hæc dare ut quod polliciti ſunt recipiat, quamuis dubitet an receptura ſit. nec fefellit eam ſua pietas. nam milites etiam nauim conduxerunt Acilio, in qua deduxerunt eum in Siciliam. Lentulus cùm obſeruaretur ab uxore ne ſine ea fugeret, nolẽs periculi comitem clàm aufugit in Siciliam: & prætor à Pompeio factus, uxorẽ per literas certiorem fecit de ſalute ſimul & honore. quæ poſtquam ubi eſſet maritus cognouit, fruſtrata matris cuſtodiã, cum duobus ſeruulis uili cultu uictuq; quaſi & ipſa ancilla iter laborioſum peregit, donec à Rhegio Meſſanam transfretauit ſub ueſperam. ubi facile inuento prætorio, reperit Lentulum non prætoris habitu, ſed in cubili humi ſtrato ſqualidum promiſſo capillitio, & miſero uictu afflictãtem ſe uxoris deſiderio. Apuleio uerò interminata eſt uxor, indi-

caturam ſe eum ſi ſolus fugeret. atq; ita inuitus eam ſecum duxit. id multum ad euitãdam fugæ ſuſpicionem profuit, quòd uxore ſeruis ancillis comitatus per publicam uiam iter faceret. Antium ſua uxor ſtragulis inuolutum & baiulis impoſitum è domo ad mare trãſtulit, unde profugit in Siciliam. Reginum quoq; ſua noctu in cloacæ colluuiẽ demiſit, ubi ſequenti die propter fœtorẽ tutus fuit à militibus. altera nocte induit eum habitu carbonarij, iuſsitq; ut aſinum carbonibus onuſtũ præ ſe ageret, ipſa non longo interuallo in lectica præcedebat. cumq; ad portam miles quidam ſuſpicione motus lecticam ſcrutaretur, Reginus timens accurrit, rogans obiter militem ne moleſtus eſſet mulieribus. ille primùm ut cum carbonario contemptim rixatus, mox agnito (militarat enim ſub eo in Syria) Abi, inquit, lætus mi imperator. Sic enim te à me appellari decet nunc quoque. Et Coponio uitam uxor impetrauit ab Antonio, pudica hactenus, ſed tum malum malo medicans. Getam filius in area domus ſe finxit exurere quaſi præfocatũ laqueo: qui dolus ubi ſucceſsit, ruri quod nuper emerat eum reliquit. ibi ſenex quo mutaret oris ſpeciem, pelliculam induxit alteri oculo: deinde pace reddita, et amota pellicula, oculus longo otio redditus eſt inutilis. Oppium propter ætatem decrepitam fugere nolentem, filius ſublatum in humeros ex Vrbe extulit, inde in Siciliam cum eo, modo manuducẽs, modo ceruice baiulãs ſenem, peruenit, nemine uel ſuſpicante, uel moleſtante: qualis Aeneas patrem geſtans pingitur reuerendus & hoſtibus. iuueni populus poſtea pietatis ergò ædilitatem detulit. & quia publicatis bonis non erat unde ludos ederet, opifices de cõmuni ſententia iuuerunt eum gratuitis operis, & ex ſpectatoribus quiſq; quot libuit nũmos in orcheſtram coniecit, ita ut homo inde ditatus ſit. Arrianus teſtamento mãdauit incidi ſuo ſepulcro: Hic ſitus eſt quem proſcriptum filius non proſcriptus celauit, fugæq; comes & ſalutis autor ei fuit. Metelli duo fuere, pater & filius. pater Actiaco bello dux Antonianarũ partium captus fuit, nec agnitus. filius & ipſe dux Cæſarẽ eodem bello ſecutus eſt. Sami cum Cæſar captiuos inſpiceret, filius in eius conſeſſu aderat, productus eſt ſenex promiſſa coma & reliquis deformatus ſordibus. ut uerò ex ordine quo inter captiuos ſtabat per præconem nominatim citatus eſt, filius è conſeſſu proſilijt, uixq; agnitum patrem cum lamento cõplexus eſt. cohibito deinde fletu, Tibi Cæſar, inquit, hic hoſtis fuit, ego ſocius: hic pœnã meretur, ego præmium. poſtulo igitur ut patrem propter me ſerues incolumẽ, aut propter illũ me ſimul interimas. cumq; omnibus mota eſſet miſeratio, Cæſar ſeruari Metellum permiſit, quamuis ſibi infenſiſsimum, qui

nullis

nullis unquã muneribus pellici potuerat,ut ad eum ab Antonio deficeret.Marcium ſerui pietatem eorum fortuna iuuante,per totũ proſcriptionis tempus domi ſuæ ſeruarunt,donec ſecuritate reddita,ſic è ſuis ædibus prodijt quaſi ab exilio. Hirtius cum famulis elapſus ex Vrbe obibat Italiam,uinctos ſoluendo & fugitiuos colligendo, uaſtans oppida parua primùm,mox maiora etiam, donec ualida manu comparata ſubegit Brutios:miſſo deinde contra eum exercitu, cum ſuis ad Pompeium traiecit. Reſtionem ſolum ut putabat fugientem ſeruus clàm ſecutus eſt, uernaculus & multis prius affectus beneficijs,deinde ſtigmatibus notatus ob nequitiam. hic quieſcentẽ in palude herum primo conſpectu terruit. quod ut ſenſit ſeruus,ait,non plus ſe moueri præſentibus ſtigmatis,quàm præteritorum beneficiorum memoria: moxq́; illum in ſpeluncam quandam abſcõdidit, & quotidianis operæ mercedibus aluit ut poterat. deinde cum propinqui milites nõnihil ſuſpicati de ſpelunca eò tenderent,ſeruus ſenem quendam uiatorem inuadens obtruncauit. militibus uerò attonitis miraculo,& ut uiatoris homicidam detinentibus, Reſtionẽ,inquit, occidi meum herum,qui me his notauit ſtigmatis.illi erepto ei capite,fruſtra in Vrbem petierunt præmium: ſeruus abducto inde hero traiecit in Siciliam. Appium in uilla cubantem irruẽtibus in eam armatis ſeruus ſua ueſte induit,ipſe in lectum quaſi dominus decubuit:ſicq́; ultro mortuus eſt pro hero, illo aſtante in ſeruili habitu. Sic Menenij domum armatis oppugnantibus, ſeruorũ unus lecticã herilem aſcendit, conſerui adiutores eius doli ſuccollauerunt: atq; ita pro Menenio ſponte interfectus eſt, ille aufugit in Siciliam. Iunium libertus Philemon ſplendidas ædes habitans in medijs condidit in arca ferrata:qualibus codices aſſeruantur aut pecunię,aluitq́; noctu ad pacis tẽpora. alius libertus cuſtos ſepulchri ſui domini, herilem filium proſcriptũ in eodem ſepulchro unà cum patre cuſtodiuit.Lucretius aliquandiu uagatus cum duobus frugi famulis,deficiente cibo ad uxorem lectica referebatur in Vrbem quaſi ægrotus. moxq́; altero deſtitutus qui crus fregerat,innixus alteri pergebat. iãq́; propinquus portæ, apud quã & pater ipſius à Sylla proſcriptus, captus fuerat, uidit cohortem armatam procurrere: territusq́; loci omine, unà cum famulo in ſepulchrũ ſe illatebrauit. cumq́; penetraſſent eò fures ſepulchra ob prædã perfodere ſoliti, famulus ſe ſpoliandũ eis præbuit,donec Lucretius ad portam euaderet: qui cum ibi eum expectaſſet, aſſecutum texit parte ſuarũ ueſtium, inde ad uxorem peruenit. ab ea retruſus ſub duplici tecto inter contabulationẽ, tandiu latuit, donec quorundam amicorũ precibus à Triũuiris impetrauit

ueniam, & reſtituta pace cõſulatum adeptus eſt. Sergius apud ipſum Antonium latuit, donec per Plancum conſulem impetrauit ei reditum: quamobrem Sergius poſtea diſsidentibus Cæſare & Antonio, cũ ſenatus hoſtẽ iudicaret Antonium, ſolus aperte refragatus eſt. Et hi quidẽ ita ſeruati ſunt. At Pomponius arreptis inſignijs prętorũ, & ſeruis excultis in modum apparitorum, Vrbem ut prętor cum lictoribus trãſijt, arcte ſtipantibus apparitoribus ne agnoſceretur ab alijs: & ad portam cõſcenſo uehiculo publico, iter fecit per Italiam, omnibus ut prętorem, & legatum de pace à Triumuiris ad Pompeium miſſum excipientibus, adeò ut etiã triremi publica ad eum tranſuectus ſit. Apuleius cum Aruntio ſumpta centurionum perſona, & ſeruis ornatis militariter, per portam curſu euaſerunt, quaſi perſequerentur alios: deinde diuerſas uias ingreſsi, uinctos ſoluebant, fugitiuos colligebant, donec uterq; ualida manu munitus, ſignis & armis referret exercitus ſpeciẽ. & cùm uterq; mare peteret, circa quoſdam tumulos diuerterunt, magno pauore ex conſpectu mutuo. manè uerò fallẽte proſpectu alteri alteros pro hoſtibus aggreſsi pugnarunt aliquandiu, donec tandem agnouerunt errorem, abiectisq; armis ad lamenta uerſi, culpam omnem in fortunã peruicaciter aduerſam reiecerunt. poſtquam autem alter ad Brutum, alter ad Pompeiũ nauigijs delatus eſt, hic cum Pompeio in Vrbem redijt, ille Bruti auſpicijs rexit Bithyniã: quo cæſo, & tradita Antonio prouincia, reditum impetrauit. Ventidium libertus proſcriptum uinxit continuo, quaſi traditurus percuſſoribus: noctu uerò ſeruos perſuaſos inſtruxit militariter, & dominũ tanquã centurionẽ eduxit: atq; ita peragrata tota Italia uſq; Siciliã, ſæpe in eodem diuerſorio pernoctarũt cum alijs centurionibus, quęrentes Ventidium. Alius fide liberti in ſepulcrum conditus, quòd abhorreret à loco, in miſerum quoddam conductum cubiculum migrauit. cumq; proximum miles conduxiſſet, ne hunc quidem timorem ferens, ex metu ad miram proceſsit audaciam. attonſus ludum aperuit in ipſa Vrbe, cui uſq; ad redditam pacem præfuit. Voluſius in ædilitate proſcriptus, amicum habebat Iſiacum, à quo lineam ſtolam talarem ſumpſit, & canicipitem perſonã indutus, hoc habitu bacchabũdus euaſit ad Pompeium. Sittium Caleni ciuem ſuum, & in ipſos pro amplis facultatibus munificum, cuſtodiuerunt armati, ſeruos minis cohibendo, milites arcendo à mœnibus, donec deferueſcente malo, per legatos impetrarũt à Triumuiris, ut in patria manens exularet à reliqua Italia. Ita Sittius primus & ſolus mortalium exulauit in patria. at Varro philoſophus idem & hiſtoricus, miles ſimul & dux probatus, ideo fortaſſe ut iniquior dominatui

minatui proſcriptus eſt. eum familiaribus certatim cupientibus reci pere, uicit Calenus, & in uilla, ad quam ex itinere Antonius diuertere ſolebat, eum habuit: à nullo tamen uel ipſius Varronis uel Caleni ſeruo indicatus eſt. Virginius aũt uir facũdus domeſticis ſeruis perſuaſit, ſe occiſo propter modicũ & incertũ præmiũ, manere eos ſceleris conſcientiã & pauorẽ perpetuũ: cõtra ſeruato ſe opinionẽ pietatis & ſpẽ bonã eos ſecuturã, & inſuper pręmia maiora multo certioraq;. ſic effecit ut quaſi cõſeruũ comitarent in fuga. in qua cognitus à militibus, ſimiliter eos aggreſſus eſt. nullam ſibi cum eis ſimultatem intercedere cur perire debeat, tantum peti præmia. ea tum iuſtiora tum auctiora habituros, ſi ſecũ ad mare deſcẽdant, quò uxor condixiſſet ſe uenturã cum pecunijs. paruerũt illi, deduxeruntq; ad littus hominẽ. uxor uerò uenerat quidem illuc ex cõpoſito, ſed cunctãte Virginio rata eum iam nauigare ad Pompeium, ſoluit & ipſa, relicto tamen in ora ſeruo, qui rem nunciaret. is Virginium conſpicatus occurrit, & nauem nondũ ex oculis ablatam oſtendit: ſimulq; indicauit de uxore ac pecunia, & cur ipſe relictus ſit. & habita eſt ei fides: poſtulanteq; Virginio ut expectarẽt donec reuocaretur uxor, aut ſimul proficiſcerentur ad eam accepturi pecunias, cõſcenderũt ſcapham, & deuexerunt eum in Siciliam nauigantes ſtrenuè. ibi recepto quod promiſſum fuerat, ne tum quidem abſceſſerunt, ſed permanſerunt in eius famulitio uſq; ad pacem redditam. Rebulum uerò nauclerus cum in nauem accepiſſet ut tranſportaret in Siciliam, cœpit ab eo pecuniã petere: aut indicem ſe fore, ni accipiat. ille contra, renouato uetuſto Themiſtoclis cõmento, quo is in fuga uſus fuerat, minatus eſt ſe indicaturũ, quòd pecunia corruptus proſcriptũ aueheret. itaq; perterritus nauclerus, incolumem peruexit ad Pompeiũ. Proſcriptus eſt & Murcus ut dux Bruti factionis: qui deuicto Bruto captus, ſeruum ſe finxit. eum Barbula emit. & quia uidebat induſtrium, conſeruis præpoſuit diſpenſatorem. quod munus cum ille prudentius quàm pro ingenio ſeruili gereret, ſuſpicio tetigit eius animum: iuſſoq; bene ſperare, ſi proſcriptum ſe fateretur, ſalutem eſt pollicitus. id cum ille pernegaret fortiter, & genus fingẽs, & nomẽ, & priores dominos, Romam eum ſecum duxit, ſperans tergiuerſaturum ſi proſcriptus eſſet. ſecutus eſt tamen: obuiam iuerat quidam ex eius amicis ad portam officij gratia. is ubi Murcum ſeruili habitu aſtantem domino uidit, rem indicauit Barbulæ. is per Agrippam impetrauit à Cæſare, ut ex proſcriptis eximeretur Murcus. qui mox receptus inter amicos Cæſaris, paulopòſt cum cæteris Cæſarianis ducibus ad Actium bellum geſsit aduerſus Antonium. Barbula tunc ſub

Antonio ductabat ordines,cũ fortunæ uertere uices utriuſq; libuit. Deuicto enim Antonio Barbula ſeruum ſe finxit,Murcus emit eum tanquam ignotum: denarrataq; re tota Cæſari, obtinuit ut ſibi liceret par pari referre.hęc ſimilitudo fortunę etiam pòſt ſecuta eos eſt. nam in Vrbe celebrem eo nomine magiſtratum geſſerunt pariter. Balbino itidem,qui elapſus, & cum Pompeio reuerſus, ad Conſulatum peruenit, non multo pòſt Lepidus iam ex ſumma potentia redactus ad conditionem priuatam, huiuſmodi neceſsitate ſubiectus eſt. Mæcenas Lepidi filium maieſtatis reum agebat,ſimulq; iuuenis matrem ut culpæ conſciã,nam ipſum Lepidum ut inualidum planè cõtemnebat.filio miſſo Actium ad Cęſarem,à matre,ne fœmina uexaretur itineribus,uades popoſcit præbẽdos conſuli.cumq; nemo uadare uellet, Lepidus circa fores Balbini ſæpe fruſtra obuerſatus,etiam ad tribunal eius ſeſe ingerebat:repulſusq; aliquoties ab apparitoribus,uix hæc effari potuit: Meæ certe innocentiæ uel ipſi accuſatores ſunt teſtes,qui me negãt uxori filióue conſcium.nec ego te proſcripſi,& nunc infra proſcriptores ſum. at tu rerum humanarũ fortuitas uices conſiderans,meq; ſtantẽ coram te,uadem me pro uxore accipito,aut cum illa uinctum mittito.uix hęc Lepidus dixerat,cum Balbinus non ferens tantam mutationem uadimonium remiſit mulieri.Cicero minor in Græciam præmiſſus à patre prædiuinante mala talia,inde ad Brutum profectus, & eo mortuo ad Pompeiũ, apud utrunq; honorata militia dignatus eſt. Poſt hos Cæſar, quo auerteret à ſe Ciceronis proditi dedecus,augurem eum fecit, & paulo pòſt conſulem,poſtremo Syriæ procõſulem: & literas de profligato per Cæſarem ad Actium Antonio,Cicero conſul recitauit pro cõcione, earumq; exemplum pro roſtris propoſuit,ubi patris eius caput olim propoſitum fuerat.Appius bonis ſuis diſtributis in famulos,comitatus eis nauigauit in Siciliam.tempeſtate autem exorta,ſerui pecunijs inhiantes,eum in ſcapham quaſi tutiorem tranſtulerunt. & ita caſus tulit,ut hic præter opinionem in portum appelleret,illi perirẽt naufragio. Publius Bruti quæſtor ab Antonianis de proditione fruſtra ſolicitatus,proſcriptusq; ob eam cauſam, tandem in patriam reuerſus,in Cæſaris amicitiã receptus eſt:cui aliquando effigies Bruti domi ſuæ ſpectãdas præbuit,id quoq; probanti.Hi fermè ſunt proſcriptorum, uel elapſorum, uel oppreſſorũ mirifici caſus è multis præcipui.interea foris quoq; per eaſdem contentiones bellis quatiebantur omnia,è quibus grauiora fuere, in Africa inter Sextium & Cornificium, inter Caſsiũ & Dolobellã in Syria: in Sicilia uerò bellum Pompeianũ: in quibus multæ urbes expugnatæ ſunt hoſtiliter, Laodicea,

dicea, Tarſus, Rhodus, Patara, Xanthus, ut de cęteris ignobilioribus taceam. eas clades ſummatim & compendio narrabimus. Africæ Romani alteram prouinciam uocant ueterem, ademptam Carthaginienſibus: alteram quæ prius regnum Iubæ fuerat, à C. Cæſare occupatam, ideo nouam appellant, quæ eſt Numidia. hanc Sextius regens nomine Cæſaris, denũciabat Cornificio, ut uetere ſibi decederet, ꝙ ex Triumuirali diuiſione uniuerſa Africa deberetur Cæſari. ille negabat ſe ſcire quid Triumuiri inter ſe diuiſerint. æquum eſſe necui ſenatus iniuſſu decedat prouincia, quam à ſenatu accepiſſet. habuit autem exercitum in hoc bello & genere armorum præſtãtiorem & uirorum numero. nam Sextiani pleriq; leui armatura utebãt: quapropter expedite obeuntes mediterranea in partes ſuas cogebant: & Sextius à Ventidio Cornificij duce cũ maioribus copijs occurrente obſeſſus eſt. Lælius quoq; alter Cornificij dux ingreſſus Sextij prouinciam, Cirtam obſedit in ea. Omnes hi per legatos petebant ſocietatem auxiliaq; regis Arabionis & Sittianorum, qui ita uocantur ob cauſam hanc. Sittius Romæ accuſatus non expectato iudicio profugit, collectiſq; ex Italia & Hiſpania copijs traiecit in Africã. erat tum bellum inter Africæ regulos, horũ nunc hunc, nunc illum iuuit auxilio. cumq; ſemper uincerent quibuſcunq; ſe coniungeret, clarũ nomen Sittius aſſecutus eſt, & exercitum ſuum rei militaris egregie peritum reddidit. Cæſari quoq; Pompeianos in Africa bello perſequẽti affuit, & Saburam Iubę ducem occidit: pro quibus meritis accepit à Cæſare agrum Manaſſe, non totum, ſed partem eius optimam. Manaſſes Arabionis huius fuerat pater, Iubæ amicus & ſocius. eius ditionem Cæſar partim huic Sittio, partim Boccho regi Maurorum donauerat: Sittius portionẽ ſuam diuiſit ſuis militibus. Arabio tunc in Hiſpaniam ad Pompeij filios ſe cõtulit, poſt necem uerò Cæſaris in Africam reuerſus, ſubinde Afrorum auxilia Sex. Pompeio ſubmittebat. quos ubi iam exercitatos recepit, Bocchum expulit, Sittium per inſidias ſuſtulit. & quamuis Pompeianos his de cauſis amaret, à factione tamen eorũ abſtinuit, ut fortunæ fauore deſtituta, propenſior in Sextium, per quem captabat Cæſaris gratiam. Sittiani quoque eaſdam partes ſecuti ſunt, quippe memores paternæ amicitiæ. itaq; auctus animis ac opibus Sextius, non paſſus ſe diutius oppugnari, in æquum locum produxit copias. in qua pugna Ventidius cecidit, exercitus duce orbatus terga uertit, Sextio perſequente & cædente aut uiuos capiẽte quotquot aſſequebatur. His nunciatis Lælius obſidionem Cirtæ ſoluit, & recepit ſe ad Cornificium. At Sextius hoc ſucceſſu elatus, Vticam & ipſum Cornificium petijt, caſtrametatus

eſt in proximo quamuis minores haberet copias. Ibi Lęlio cū equitatu ad ſpeculandum à ſuis miſſo, Sextius Arabionem cum ſuis equitibus iuſsit occurrere, ipſe cum expeditis peditibus hoſtem equeſtri prælio intentum inuaſit à latere, tantumq; tumultum exciuit ut Lælius nondum uictus, timens ne interclusus nō poſſet ſe retro ad ſuos recipere, occuparit in medio tumulum: Arabio extremis refugientiū cæſis, corona eum tumulum cinxerit. Hoc uiſo Cornificius plures eduxit ut Lælio ſuccurreret. Sextius inſecutus à tergo eum aggreſſus eſt. ille conuerſis ſignis repugnauit ualde laborioſe. interim Arabio miſsis quibuſdam aſſuetis pręrupta ſcādere, clàm obrepſit in caſtra Cornificij. Roſcius eorum cuſtodiæ præpoſitus, militi ſe iugulandū præbuit. Cornificius nō ferens hoſtem, in tumulum ſe recipiebat ad Lælium, neſciens caſtra amiſſa. in eo conatu equitum Arabionis incurſu oppreſſus eſt. id uidens ex editiore loco Lælius ſeipſum interemit. occiſis ducibus exercitus diffugit: proſcripti qui apud Cornificium fuerant, alij traiecerunt in Siciliam, alij quò quiſq; potuit. Sextius Arabionem & Sittianos donauit multis manubijs, urbes omnes uenia data recepit in fidem Cęſaris. ita Cornificius in Africa à Sextio debellatus eſt, breui propter celeritatē ( ut uidetur ) tempore. nunc Caſsij Brutiq; res geſtæ dicentur, repetitis prius paucis quibuſdam. Occiſo Cæſare cōiurati occuparunt Capitolium. obliuione deinde cædis eius à ſenatu decreta, deſcenderunt. plebs caſum Cæſaris miſerata, raptis è rogo eius facibus, coniuratorū ædes inuaſit. qui tum quidem è ſuperiore loco pugnātes, repulerunt eius impetum, ſed mox abierunt in ſuam quiſq; prouinciam acceptam à Cæſare. Caſsius & Brutus præturas adhuc in Vrbe gerebant, & ipſi deſtinati à Cæſare proprætores, Caſsius Syriæ, Brutus Macedoniæ. ſed quia nec dum tempus in prouincias ſuccedēdi aderat, & in Vrbe præ metu manere non poterant, ſenatus honeſte eos ad annonæ curam ablegauit, ne uiderentur profugiſſe interim. his profectis, mutato S. C. Syriā Macedoniaq; prouinciæ Coss. Antonio & Dolobellę decretæ ſunt, Patribus iniquo animo id ferētibus, ita tamen ut Caſsiani pro eis Cyrenen & Cretam acciperent. illi his cōtemptis ut exiguis, exercitum ac pecunias colligebant, animo inuadendi Syriam & Macedoniam. hoc tum erat eorum negotiū, cum in Aſia occiſo à Dolobella Trebonio, Antonio Decimum oppugnante in Gallia, ſenatus offenſus tam Antonium quàm Dolobellam hoſtes iudicauit: Brutum uerò & Caſsium reduxit in prouincias priſtinas, Bruto etiam Illyricum addidit: imperauitq; omnium trans Ionium mare prouinciarum præſidibus & exercitibus, ut Caſsij Brutiq; iuſſa facerēt. Poſt hæc Caſsius

ceſſante Dolobella præoccupauit Syriam ſumptis inſignijs imperatorijs, ſimulq; duodecim integras legiones ueteranas aſſuetas militiæ Cæſaris: ex quibus unam ille in Syria reliquerat, iam tum bellum Parthicum cogitans, cuius curam cõmiſerat Cæcilio Baſſo. honos fuit penes Sex. Iulium adoleſcentem gentilem ipſius Cæſaris. qui uoluptatibus uacans, legionem indecenter ſecum circumducebat: id reprehendentẽ Baſſum aliquando reiecit cum cõtumelia: & aliquanto pòſt cũ uocãti obediret tardius, iuſsit eum attrahi. in eo tumultu cũ ad manus uentum eſſet, exercitus non ferens inſolentiam, iaculis cõfixit Iulium, moxq; ſecuta pœnitentia & metus à Cæſare, itaque coniurarunt, ni uenia fidesq; ſibi daretur, uſq; ad mortem ſe decertaturos: coacto etiam Baſſo ut fieret eius coniurationis ſocius, ex nouo delectu alteram legionem confecerunt, & aſſuefecerũt eiſdem quibus ipſi ute bantur exercitijs: & Sextium Murcum cum tribus legionibus à Cæſare contra ſe miſſum, magna ui repulerunt. huic in auxilium è Bithynia uenit Minutius Criſpus cum tribus legionibus alijs, atq; ita Baſſus à ſex legionibus oppugnatus eſt. obſidioni propere interuenit Caſsius, & Baſsi exercitu ſpontanea deditione potitus, Murci etiam Minutijq; legiones aſſumpſit, uel amicorũ opera conciliatas, uel propter S.C. non detrectantes imperium. nec multo ante Allienus à Dolobella miſſus in Aegyptum, reduxerat inde quatuor legiones Pompeij Craſsiq; cladis reliquias, aut ex eorum numero qui Cæſare diſcedente apud Cleopatram remanſerant. hunc Caſsius in Palæſtina ex improuiſo circumuenit, coegitq; ſuis partibus accedere, non auſum quatuor ſuas opponere octo legionibus. atque ita præter opinionẽ duodecim in uniuerſum potitus eſt, auctus etiam nõnullis Parthorum equitibus ſagittarijs, apud quam gentẽ in præclara exiſtimatione fuit, iam inde ex quo Craſsi quæſtor uiſus eſt eis imperatore ipſo prudentior. Dolobella interim in Ionia Treboniũ poſt aliquantam conflictationem peremerat, & urbes grauabat tributorum exactionibus, claſſem mercede per L. Figulum conducẽs à Rodijs, Lycijs, Pamphylijs, Cilicibusq;. quo apparatu confecto, expeditionẽ aggreſſus eſt in Syriam, ipſe terreſtri itinère cum duabus legionibus petens prouinciam, Figulo illuc nauigãte per mare. edoctus autem de Caſsij copijs, & Laodiceam urbem ſibi amicam peruenit, ſitam in peninſula, & qua continentẽ ſpectat munitam, ad mare uerò portum habentem, ad cõmeatus abunde conuehendos idoneum, nec minus ad ſecurum abitum quandocunq; liberet nauigare. id Caſsius intelligens, & ueritus ne Dolobella euaderet, per tranſuerſum Iſthmum duorum ſtadiorum ſpatio excitauit aggerem, ſaxis

& omnis

& omnis generis materie cõgeſta ex ſuburbanis uillis ſepulchrisq́;: naues etiam è Phœnice ac Lycia Rhodoq́; per nuncios petijt. cõtemptus ab omnibus præter Sidonios, nauale prælium cum Dolobella inijt, in quo utrinq; ſatis multis nauibus demerſis, quinq; unà cum naualibus ſocijs in Dolobellæ poteſtatem redactæ ſunt. tum Caſsius rurſum nuncios miſit ad eos qui priora imperata contempſerant, & ad Cleopatram Aegypti reginam, & ad Serapionẽ, qui in Cypro copijs eius præerat. Tyrij & Aradij, & Serapio regina inconſulta, miſerunt naues quotquot habebant: Regina cauſata eſt Aegyptios fame ſimul & peſte laborare, fauens magis Dolobellæ propter conſuetudinem quam cum ſuperiore Cæſare habuerat. quamobrem & prius quatuor legiones ei per Allienum miſerat, & claſſem paratam habebat ad ferendum auxiliũ, quæ tum per aduerſas tempeſtates nauigare non poterat. Rhodij Licijq́; negauerũt ſe uel Caſsio uel Bruto laturos opem ad bella ciuilia. nam & Dolobellæ ſe dediſſe naues tantùm in hoc ut eum deducerent, nec ſcire an in bello utatur earum opera. itaq; Caſsius reparatis pro facultate uiribus, denuo bis cum Dolobella conflixit nauali certamine, primùm dubio marte, iterũ multo ſuperior. à terra quoq; perfecto aggere arietes admoti ſunt mœnibus: & quia nocturnas excubias quibus præerat Marſus, non potuit pecunijs corrumpere, corrupit centuriones in diurnis ſtationibus: atq; ita Marſo interdiu quieſcente, per aliquot minores portas intrò admiſſus eſt. capta Vrbe Dolobella ſatelliti ceruicem feriendã præbuit, iuſſo ut abſciſo capite ſalutẽ ſuam redimeret. fecit ille imperatum, ſed ſeipſum iugulauit inſuper. Marſus quoq; ſibijpſe manus intulit. Caſsius exercitum Dolobellæ iuſsit ſibi ſacramentum dicere. Laodicenſium & fana & ęrarium diripuit, nobiliſsimũ quemq́; affecit ſupplicio, à cæteris grauiſsima tributa exegit, ita ut eam ciuitatem ad extremam redegerit miſeriam. inde Aegyptum infeſtus petijt, audito quòd Cleopatra magna claſſe nauigaſſet ad Cæſarem & Antonium, cogitãs ſe hoc modo eam impediturũ ſimul & puniturũ, atq; etiam Aegyptum occupare cupiens famè afflictam, & externo milite penè uacuam, propter recentem Allieni diſceſſum. in hoc conatu ſperantem ſe occaſione bene uſurum, Brutus uocabat alijs poſt alios nuncijs, utpote Cæſare iam cum Antonio nauigãte contra ſe per mare Ioniũ. Sic Caſsius inuitus à ſperata Aegypto diſtractus eſt: remiſſisq; nõ ſine muneribus ad Parthorum regem equitibus ſagittarijs, legatos etiam eis adiunxit, qui maiora auxilia peterẽt. ea rebus demũ perditis ubi uenere, Syriam & aliquot uicinas prouincias uſq; ad Ioniam incurſarunt, atq; ita abierunt retro unde uenerãt. Ipſe Caſsius

fratris

fratris filium cum una legione reliquit in Syria, equites præmiſit in Cappadociam, qui Ariobarzanem repente oppreſſerunt, quaſi inſidias ſtruxiſſet Caſsio, magnamq; uim pecuniæ cum cætero apparatu reportarunt ad Caſsium. Tarſenſibus autem in factiones diuiſis, pars Caſsium coronauerant prius receptum, pars Dolobellam qui uenit poſterior. utriq; autem hoc publico nomine faciebāt, & nunc hunc, nunc illum præferentes, in cauſa fuere ut ciuitatē leui momento mutabilem uterq; affligeret. tādem Caſsius uicto Dolobella M D. talentis eos mulctauit. illi præ inopia, cum milites uiolenter pecuniam exigerent, uendiderunt omnia ornamenta publica, atq; ſacra etiam, concidentes cùm fercula pomparū tum donaria. & cùm ne hæc quidem ſufficerēt, uendebant magiſtratus ingenua corpora, primū uirgines ac pueros, deinde mulieres & ſenes miſeros addictos mimimo, poſtea iuuenes. ex his pleriq; mortem ſibi conſciuerunt. tandem Caſsius è Syria reuertens ſic affectos miſeratus, immunes iuſsit eſſe de cætero. Eò calamitatum deuenere Tarſus & Laodicea. Caſsius autem & Brutus poſtquam conuenere, de rebus gerēdis conſultarunt. Brutus cenſebat coniunctis copijs eundum in Macedoniam, ut de ſumma rerū decernerent. iam enim apud hoſtem eſſe legiones quadraginta: ex his octo tranſportatas per mare Ionium. ediuerſo Caſsius contemnendas cenſebat hoſtium copias, egeſtate laboraturas præ nimia multitudine. debellandos potiùs fautores aduerſæ factionis Rodios ac Lycios potentes claſsibus, ne ſe in hoſtem cōuerſos à tergo inuaderent. Hæc ſententia uicit. Brutus Lycios aggreſſus eſt, Caſsius Rodios, apud quos educatus etiam Græcas literas didicerat. & quia cum rei naualis peritiſsimis ei res erat, naues ornatas completasq; milite, apud Myndum exercuit. Rodiorum uerò quotquot dignitate præſtabant, timebant certaturi cum Romanis. at uulgus ſibi placebat, memor ueterum uictoriarum de uiris longe alijs: deduxitq; ſelectas XXXIII. naues: nihilominus miſerunt Myndum qui Caſsium rogarent, ne uel Rodum contemneret, quæ ſemper contumelias ſuas ulta ſit: uel fœdera icta inter Romanos & Rodios, quibus diſertæ cautum ſit, ne alter populus alterum armis impetat. quòd ſi ille queratur negari ſibi auxilia, miſſuros ſe legationē ad ſenatum, & ſi iubeantur laturos auxilium. reſponſum eſt de cæteris non uerbis diſceptandum, ſed armis finiendam cōtrouerſiam. quod uerò ad fœdus attineat, prius id uiolatum à Rodijs, arma pro Dolobella contra Caſsium ferentibus. aſcriptum etiam eſſe fœderi, auxilia deberi mutua. ipſos à Caſsio rogatos illudere prætextu ſenatus, qui nunc uagus exulet oppreſſa per tyrānos patria. Sed tam illos

pœnam

pœnam daturos quàm Rodios,qui illorum partes præferant,niſi cõfeſtim imperata faciant. hoc reſponſum magis etiam prudentiores ciues terruit:populus uerò agitabatur Alexandri Mnaſeęq́; concionibus, memorãtium quanto pluribus nauibus Mithridates Rodum inuaſiſſet,& ante illum Demetrius. quamobrẽ Alexandrũ Prytanin crearunt,qui magiſtratus apud eos plurimum pollet imperio,Mnaſeas claſsi præfectus eſt. miſerunt tamen ad Caſsium unum etiam legatum Archelaum,quo ille in Gręcis literis pręceptore uſus fuerat, rogaturum iam demiſsius. qui pro familiaritate apprehenſa dextra Caſsij,hæc locutus eſt: Abſit ut Græcam urbem ſubuertas Græcorũ amator, abſit ut Rodum, libertatis amicus, abſit ut ignominiæ notam inuras inuictæ hactenus nationi Doricæ. caue obliuiſcaris pulchrarum hiſtoriarũ quas uel Rodi,uel Romæ didiciſti. Rodi, quàm multa Rodiæ ciuitates contra reges tum alios, tum omnium potentiſsimos Mithridatem & Demetriũ,pro libertate geſſerint, pro qua tuenda tu quoq; ais te nauare hanc operam. Romæ uerò, quàm multa fuerint noſtra erga Pop. Ro. merita,cum alia,tum eo potiſsimum bello quod cum Antiocho magno geſsiſtis nobis iuuantibus: quorum monumenta in ære inciſa extant apud uos. & hæc quidẽ de genere & honore noſtro,de cõditionis ad hanc diem libertate, de meritis ac ꝑpetua erga uos Romani uolũtate dicta ſint. Tu uerò Caſsi, priuatim etiã debes eximiam quandã huic ciuitati reuerentiã,in qua educatus, eruditus, in aduerſa ualetudine remedijs tibi reſtitutus es: in qua tuum quondã domicilium,& mea ſchola ipſa quoq; non mediocrem ſpem mihi faciens, eum laborẽ quem aliquãdo pro te pertuli, nunc periclitanti patriæ profore, ne cogatur cum diſcipulo & alumno bellum gerere, néue alterutrum ſequatur neceſſario, ut aut omnes Rhodij pariter occũbant,aut Caſsius uincatur. deprecationi addo conſilium. cùm tanta negotia ſuſtineas pro republica, per omnia deos ſequere. per deos iuraſtis, cum nuper ex autoritate Cæſaris fœdus inter nos renouatum eſt, iurati dextras fidei nobis dediſtis, quæ apud hoſtes etiam ualere debet,ne dum apud alumnos & amicos. nec ſolum deorum immortaliũ,ſed hominum etiam exiſtimationis ratio habenda eſt, apud quos turpiſsimum ducitur uiolare fœdera, quorum temeratoribus nulla fides eſt reliqua apud amicos ac inimicos pariter. hęc locutus ſenior non dimittebat manum fundẽs lachrymas,ita ut ad hanc ſpeciem Caſsius erubeſceret. tandem exempta manu reſpondit ſic. Si non ſuaſiſti Rhodijs,ut iniuriam à me abſtinerent, à te mihi facta eſt iniuria. quòd ſi perſuadere nõ potuiſti, pœnas mihi dabunt qui te cõtempſerunt. paſſum autem me iniuriã

manifeſtum

manifeſtum eſt. primùm quia non impetraui auxilium deſpectus à meis eruditoribus & educatoribus. deinde quia Dolobellam mihi prætulerunt, nec eruditum à ſe nec educatum. & quod grauius eſt, dum ego Brutusq́;, & quotquot alij ſenatus optimates tyrannidem fugerunt, patriam, ut uidetis, conamur in libertatē uindicare, ubi ſunt illi amatores libertatis Rodij? dum uerò in ſeruitutem eam redigit Dolobella cum alijs, quibus uos quoq; fauetis, fingitis uos abſtinere à noſtris conflictationibus ciuilibus. eſſent autem ciuiles, ſi & nos affectaremus potentiā. nunc apertum bellum eſt inter tyrannos & rempublicam, quam uos nullo auxilio dignamini, qui pro ueſtra libertate deprecatores mittitis, iactando Pop. Ro. ſocietatem & amicitiam: nec miſeret uos tot indicta cauſa proſcriptorū & bonis ſuis exutorum: ſed fingitis uos expectare ſenatus iuſſa oppreſsi ad hunc modum, nec ualentis ſeipſum defendere. atqui iam dudum reſpōſum eius habetis, cùm decreto iuſsit Orientales prouincias opem ferre mihi Brutoq;. tu uerò ſi quid unquam beneficij nobis imperium augentibus contuliſtis, pro quo abundè recepiſtis præmiū, nunc imputas. quòd uerò pro libertate ac ſalute pugnātibus non adeſtis, id obliuiſceris: cum debueritis, etiā ſi nihil antea fuiſſet inter nos commercij, nunc ſaltem ad ineundam amicitiam fieri propugnatores Ro. reip. ut Dorienſes decebat. quòd ſi omiſsis huiuſmodi rebus & cogitationibus fœdera nobis obijcitis facta ex auctoritate Cæſaris, qui princeps incepit hanc tyrannidē, certe aſſcriptum eſt eis, debere Pop. Ro. & Pop. Rodium in neceſsitate iuuari mutuis auxilijs. ferte igitur opem Romanis cōſtitutis in ſummo periculo. Caſſius uobis has fœderis leges ingerit ad cōſocianda arma prouocās, homo Romanus & Romanorum imperator, ſi S. C. creditis, quo nobis decretum eſt in omnes trās mare Ionium prouincias imperium. Idem S. C. & Brutus uobis porrigit, & Pompeius rei maritimæ à ſenatu præfectus. huc accedūt preces omnium ſenatorum, qui partim ad me Brutumq́;, partim ad Pompeiū profugêre. atqui ex pacto debet Populus Rodiorū uel uni cuipiā Romano ciui quoties opus eſt ſuccurrere. quòd ſi nec pro imperatoribus, nec pro ciuibus Romanis, ſed pro exulibus, exteris, & (ut proſcriptores aiunt) damnatis nos habetis, ergo non iam nobiſcum uobis uiri Rodij, ſed cum Pop. Ro. ſunt fœdera. nos exteri & alieni à fœdere, tamdiu uos bello perſequemur, donec imperata omnia feceritis. hæc locutus Caſsius ficta quadam comitate dimiſit Archelaum. Cęterū Alexander & Mnaſeas Rodiorum ductores, cum illis trigintatribus nauibus Myndum petierūt, ut Caſsium terrerent hac audacia: & ſuberat fortè ſpei non-

nihil, quod Mithridatem circa idem oppidum aſſecuti, uiſi ſunt habuiſſe felicem belli exitum. itaq; oſtentata remigandi peritia, primo die Gnidum diuerterunt. ſequenti uerò contra aduentantes ex alto, Caſsiani mirantes ſoluerunt à littore: pugnatumq́; eſt utrinq; acerrimè. Rodij nauigijs agilibus ultro citroq; diſcurrentes modò penetrabant aduerſos ordines, modò circumueniebant: Romani contrà innixi grauioribus, quoties aliquam prehendebant iniectis ferreis manibus, maiore ui prę ualebāt, ut in terreſtri prælio. ſed quia Caſsius ſuperabat nauium numero, nō diu Rodij potuerūt celeritate aduerſarios eludere, ſolitisq; artibus. nam cùm à fronte tantum impetus facerent, moxq́; ſe reciperent, parum proficiebant, in arctum ſe cogentibus hoſtibus: roſtrorum quoq; ictus contra grauiores Romanas erant inualidi: e diuerſo Romanæ illas leuiores repercutiebāt indeflexo impetu, donec tres Rodiæ, ita ut erant milite plenæ, captæ ſunt, duæ perfractæ ſubſederunt, reliquæ malè mulctatæ Rodum refugerunt. Hoc euentu ad Myndum Romana claſsis cum Rodia conflixit, quam pugnam è mōte ſpectauit Caſsius: moxq́; ſartis nauibus petijt Loryma, quod in aduerſa cōtinente Rodiorum caſtellum eſt, unde onerarijs terreſtres copias tranſuexit in inſulam ductu Fanij Lentuliq;. ipſe octuaginta longis ad terrorem inferendum ornatis, tam mari quàm terra obſeſsis Rodijs quieſcebat, expectans ſi forte hoſtes ferociam remitterent. at illi audenter occurrerunt denuò: & tunc quoq; duab. nauibus amiſsis clauſi ſunt undiq;: moxq́; armatis tota mœnia completa ſunt, qui pariter arcerēt & Fanium à terra oppugnantem, & Caſsium à mari claſſem admouentem non imparatā infeſtandis mœnibus. præcogitās enim tale aliquid, afferebat ſecum turres plicatiles, quæ tum excitatæ ſunt. ita Rodus bis infeliciter tentato nauali prælio, terra mariq; oppugnabatur, imparata, ut in caſu inopinato, ad ſuſtinēdos impetus: unde apparebat breui uenturam in poteſtatē hoſtium, uel armis, uel fame uictam. nec latuit hoc prudentiores Rodios, intercedētibus inter eos & Fanium Lentulumq; colloquijs. cùm ſubito Caſsius in media urbe cum lectiſsimo quoq; conſpectus eſt, nec ſcalis uſus nec ulla externa ui admota. creditū eſt clàm apertas ei minores portulas à ciuibus cōiunctis priuata gratia, nutricijs procurare cupiētibus ne urbs deleret miſerabiliter. Sic captæ Rodo Caſsius pro tribunali ſub haſta præſedit, ꝙ uellet uideri urbem armorū ui cepiſſe: iuſſoq; exercitu quieſcere, & per præcones mortem interminatus uiolētis ac raptoribus, ipſe nominatim citatos circiter quinquaginta ciues Rodios duci iuſsit: alios x x v. nuſquam comparentes mulctauit exilio. quicquid pecuniarum, auri argentiq;,

gentiq;,in ſacro aut publico fuit,id omne corraſit: nec hoc conten-tus,priuatim quoq; à dominis proferri iuſsit ad præſtitutã diem, denunciato per præconem ſupplicio,ſi quis aliquid occultaret:indicibus uerò in præmium propoſitis decimis,& ſeruis libertate.illi primùm celabant pleriq;, ſperantes fore ut intra uerba minæ conſiſterent:deinde poſtquam uiderunt indicibus repræſentari præmia, petierunt prorogari ſibi terminum. quo impetrato alij ex terra effodiebant condita,alij hauriebant è puteis,alij rurſum è foueis proferebãt multò plura quàm antea. Hæ fuerũt calamitates Rodiorum, quibus L.Varus relictus eſt præſidio. Caſsius lætus & expugnatione celeri, & pecuniarum copia, imperauit tamẽ & alijs omnibus Aſiæ prouincijs,decem annorũ tributa,eaq; abſq; ulla remiſsione exigebat,cùm nunciatum eſt ei, Cleopatram ingẽti claſſe & magno apparatu nauigare ad Cæſarem & Antoniũ.Secuta enim iam ante illas partes propter maiorem Cæſarem,tunc longe propenſior in eas facta eſt propter formidinem qua ſibi metuebat à Caſsio.ille Murcum unà cum fortiſsima legione & ſagittarijs quibuſdam impoſitum in LX.naues tectas,in Peloponeſum miſit, ut ſtationem haberet circa Tęnarum promontorium: quam peninſulam iam antè prædis quãtum potuit abactis ſpoliauerat.Nunc de Bruti rebus in Lycia geſtis dicetur,hic quoq; ad renouandam memoriam paulò altius repetito exordio. is poſtquam ab Apuleio copias quãtas tum ille habebat accepit, & innumerato circiter ſedecim talentorum milia, quæ pecunia collecta fuerat ex tributis ac uectigalibus Aſiæ,uenit in Bœotiam:& S.C.iuſſus ea pecunia ad præſentem neceſsitatem uti, præeſſeq; cum imperio tum Macedoniæ tum Illyrico, tres legiones Illyricas accepit tradente Vatinio,qui ante illum ei prouinciæ præfuerat: unam uerò in Macedonia Caio abſtulit fratri Antonij. deinde habitis delectibus quatuor alias confecit,ut in uniuerſũ octo haberet,& in eis pleroſq; ex ueteranis Cęſaris.adhęc multitudo equitum aderat,uelites quoq; & ſagittarij:delectatus etiam Macedonibus,Romano more hos exercuit. ad hunc modum colligenti milites ac pecunias caſus quidam è Thracia ſe obtulit.Polemocratia reguli cuiuſdã uxor, cęſo ab inimicis marito,filio puero metuens,ad Brutum profecta, & filium ei cõmẽdauit, & mariti theſauros tradidit. ille puerum Cyzicenis alendũ cõmiſit,donec plus otij haberet ad reducendum in paternã regiam. in his theſauris miram inuenit auri argẽtiq; copiam, unde numiſma ſignauit.deinde poſt aduentũ Caſsij,cum placuiſſet ante omnia Lycios expugnare ac Rodios,primos Lyciorũ Xanthios bello adortus eſt. illi ſolo æquatis ſuburbijs, ne Bruto aut receptaculũ præberent

aut materiẽ, & ciuitate circũquaq; cõmunita, hoſtẽ arcebãt à m̃ unitionibus, freti foſſa L. pedes profunda, lata uerò pro portione altitudinis, ita ut in eius margine ſtantes iaculis uterentur & ſagittis, haud ſecus ac ſi flumine dirimerentur nuſquam uadis peruio. per eam foſſam dũ Brutus conatur euadere, oppugnatores pluteis tegebat: partitusq́; exercitum in diurnas ac nocturnas oppugnationis uices, materiem è longinquo, ut fit quando ſeriò res agitur, magno ad celeritatem urgentium clamore comportabat, nihil ad ſummam contentionem laboremq́; ſibi reliquum faciens. quamobrem licet primùm uideretur, aut nihil effecturus prohibentibus hoſtibus, aut uix poſt multos menſes expugnaturus, tamen intra paucos dies abſoluit negotium. incluſos enim & è mœnibus pugnãtes partim machinis oppugnabat eminus, partim admotis ad portas cohortibus, quas ubiq; mutabat continuè. illi recentibus ſemper feſsi ac ſaucij reſiſtẽtes, durabant tamen quandiu non deſtituerentur munitionibus: ut uerò & illæ corruerunt, & turres machinis perfractæ ſunt: Brutus id quod futurum erat animo præcipiens, iuſsit portarum obſeſſores abſcedere: quod Xanthij rati factum cuſtodum negligentia, noctu cum facibus eruptionem fecerunt in machinas. accurrentibus autem ex compoſito Romanis cohortibus, illi confeſtim ad portam refugiebant: quam iam cuſtodes clauſerant, timentes ne hoſtis ſimul cum fugientibus irrumperet. ibi excluſorum magna ſtrages eſt edita. nec multò pòſt reliqui rurſum eruperunt circa meridiem repulſis ſtationarijs, incenderuntq́; uniuerſas machinas: cumq́; porta tunc pateret propter caſum præteritum, cum oppidanis irruperunt Romanorũ circiter M M. irruentibusq́; confertim cæteris, porta repente in eos decidit, ſiue Xanthiorum opera, ſiue ſponte abruptis per quos demittebatur funibus. itaq; Romani quotquot irruperant, partim oppreſſi ſunt, partim interclusi, cùm non ualerent eam abſq; funibus ſubducere: petitiq́; ſupernè à Xanthijs, uix tandem in propinquũ forum euaſerunt. ibi grauiter infeſtati à ſagittarijs, cùm ipſi nec arcus ullos haberent nec iacula, in Sarpedonis ſacratam ædem ne circũuenirentur refugerunt. Interea Romani qui excluſi ſunt, de interceptis anxiè ſoliciti, Bruto circumcurſante locis omnibus nihil non tentabant, cùm nec portam ferratã quirent diffringere, & ſcalas ac ligneas turres amiſiſſent incendio: attamen alij ſcalas faciebant ex tempore, alij ceruos admouentes mœnibus pro ſcalis eis utebantur, quidam uncos addentes reſtibus eiaculabantur in mœnia, & quoties aliquis infixus hæreret ſubrepebãt per eas. Oenandenſes autem uicini hoſtes & ideo tunc Bruti ſocij, per abrupta ſaxorũ ſcandebant: quos mox Romani

Romani laborioſe æmulati ſunt: & multis dilapſis fallente ueſtigio, nonnulli ſuperatis mœnibus aperuerunt portulam, ante quam uallum erat ex denſis præacutis ſudibus. his adiuuãtibus audaciſsimus quiſq; tranſcẽdebat, donec iam aucti numero portam aggreſsi ſunt diffringere nullis intus munitam laminis: foris quoq; alijs pari conatu ex aduerſo idẽ agentibus. cumq; Xanthij magno clamore eos qui ad Sarpedonis refugerant inuaderent, hi qui intus & foris portã diffringebant illis metuentes, tanto furoris impetu eam perfregerunt, ut uno agmine occidente iam ſole irrumperent edita ingenti cõclamatione, ut hoc ſignum eſſet his qui intercluſi fuerant. capta urbe Xanthij ſe intra priuatas ædes ſuas recipiebant, & cariſsimũ quenq; necabant ultrò præbentem iugulum: exortoq; eiulatu maximo, Brutus putans direptiones fieri, militem per præcones cohibuit. ut uerò exactius rem cognouit, miſeratus uirorum ad libertatem natorũ generoſam indolem, ad pacem eos inuitauit per nuncios. quos illi telis immiſsis repulerunt, & contrucidatis prius ſuis omnibus, atq; in rogos compoſitis, ſubiecta flãma poſtremos ſe ipſi iugulauerunt. Brutus ſacras ędes ab incendio ſeruauit quotquot poterat, Xanthiorum mancipijs tantùm potitus eſt, ex ingenuorum uerò numero uix CL. mulierculis, quibus uiri percuſſores defuerant. atq; ita Xanthios tertio tum libertatis amor ipſorum manibus perdidit. nam & ab Harpalo Medo Cyri magni duce oppugnati uitam maluerunt quàm libertatem perdere, & pro ſepulcro eis tunc fuit tota ciuitas non ſuccurrente Harpalo. Sub Alexandro quoq; Philippi filio ſimilis caſus eos abſumpſit, nõ ſuſtinentes ne illius quidem tot terrarum domini imperata facere. Brutus inde ad Patara deſcendit, urbẽ quæ nauale Xanthiorum uideri poterat: obſeſsisq; denunciauit, ut imperata omnia facerent, aut cladem qualis Xanthiorum fuit expectarẽt: adductis etiam captiuis qui deplorata ſua fortuna hortarenter eos ad meliora conſilia. quibus cũ nemo Patarenſium reſponderet, Brutus eius diei reliquum ad deliberandum eis conceſsit, atq; ita abijt. ſequenti mane reduxit eò copias. oppidani è mœnibus acclamabant ſe facturos quicquid imperauit, ſimulq; porta aperta eſt. ille introgreſſus nec ſupplicio quenquam affecit, nec egit in exilium: ſed aurum omne argentũq; publicum ad ſe deferri iuſsit, priuatorum quoq; exegit à ſingulis, ad exemplum Caſsij mulcta propoſita contra faciẽtibus, & inuitatis indicibus præmio. illi ita ut iuſsit fecerunt. Seruus autem quidam aurum à domino abditũ prodidit, & centurioni ad id miſſo indicauit. cumq; omnes domeſtici ducerentur, dominus ſiluit: mater uerò illius, ut eum ſeruaret, ſequebatur clamans, à ſe aurum abſcon-

ditum.ſeruus ſuper ea re interrogatus, alteram mentiri, alterum aurum celaſſe coarguit. Brutus laudata tum iuuenis patiẽtia, tũ matris pietate, ambos cum auro dimiſit incolumes: ſeruum qui præter æquum heris inſidias ſtruxerat, in crucem egit. eodem tẽpore & Lentulus miſſus Andriacam, quod Myrenſium nauale eſt, rupta catena qua os portus claudebatur, ad Myra aſcendit. & oppidanis imperata facientibus poſt exactam ſimiliter pecuniam ad Brutum redijt: cũ uniuerſa Lyciorum natio legatis ad imperatorem miſsis auxilium & pecunias pro facultatibus pollicebatur. ille tributo eis indicto, Xanthiorum ingenua corpora domum remiſit, Lyciorum claſſem uniuerſam cũ alijs nauibus Abydum nauigare iuſsit: quo ipſe terreſtres etiam ducebat copias, præſtolaturus ibi Caſsium ueniẽtem ex Ionia, ut ſimul traiecto freto Seſtum peterent. Murcus interim circa Peloponneſum ſtans, ut claſſe præteruehentem Cleopatram inuaderet, ubi cognouit eam tempeſtate afflictam in Africæ littore, & naufragij ſigna undis deferri uſq; regionem Laconicam, ne cum tanta claſſe otium ageret, traiecit Brundiſium, & occupata inſula quæ ibi portum efficit, prohibuit ne tranſueheretur in Macedoniã reliquus hoſtium exercitus, néue cõmeatus eò deportarẽtur. hunc Antonius nauibus lõgis quas paucas habebat oppugnauit, atq; etiam turribus in rates impoſitis: ſimulq́; exercitum onerarijs euehebat alijs poſt alias, obſeruato ſecundo uento, ne interciperentur à Murci nauibus. cũq; ægrè bellum procederet, auxilio uocauit Cæſarem cõtendentem naualibus prælijs cum Sex. Pompeio circa Siciliã de imperio eius inſulæ. cuius Pompeij res ita ſe habuerunt. hic minor Magni filius, primùm contemptus eſt à Cæſare in Hiſpania, ut adoleſcens rerum imperitus & proinde nihil moliturus arduũ: uagabaturq́; circa Oceanum cum paucis latronibus, ignotus adhuc nec pro Pompeio habitus. pluribus deinde ad id latrocinium coeuntibus, iam ualidam manum circa ſe habens, quòd Pompeium ſe eſſe oſtendit: moxq́; quotquot antea patris fratrisq́; militiam ſecuti tunc uagabantur, quaſi ad ſuum ducem confluebant: ad quem & Arabio uenit ex Africa ditione paterna exutus, ſicut antea docuimus. ad hunc modum copijs auctus, non iam pro latrocinio rem gerebat, Pompeij nomine celebris per totam Hiſpaniam prouinciarum amplisſimam: quam magna celeritate percurrit, huc illuc uolitans, nuſquam audens cum Cæſarianis congredi. de his rebus edoctus Cæſar, ad eum debellandum miſit Carinatem cum maioribus copijs. ille quoniam expeditiores circa ſe habebat, crebris hunc fatigauit aſſultibus, ſubinde ſe in tutum recipiens, quippe iam potitus aliquot oppidorũ ac urbium ſibi fidis

receptacu

receptaculis. tum Cæſar ad id bellum gerendum ſucceſſorem Carinati miſit Aſinium Pollionem:quo rem cunctantius gerente,& occiſo Cęſare,Senatus Pompeium reuocauit.ille Maſsiliam profectus, diſpiciebat quid interim apud Vrbem fieret, & decreto ſibi maris imperio,eadem poteſtate quam prius pater ipſius habuerat,non redijt quidē in patriam,ſed arreptis nauibus quotquot in diuerſis portubus inuenerat, cum eis ſoluit ex Hiſpania.quo tempore Triumuiratu exorto nauigauit in Siciliam: & Bithynicū nolentem ſibi decedere inſula, armis oppugnauit, donec proſcripti Hirtius & Fannius eò delati perſuaſerunt Bithynico ut Pompeio cederet Siciliam. Sic ille ibi rerum potitus uſus eſt, opportunitate inſulæ imminentis toti Italiæ,claſsiumq; & exercitus,uel eius quē pridem habuerat,uel collecticij ex proſcriptis ciuibus eorumq; mancipijs,aut ex his Italiæ urbibus, quæ poſt uictoriam nouis colonis deſtinatæ fuerāt. his enim nihil erat abominatius quàm Triumuirorū uictoria,& quantū poterant clàm repugnabant,profugi è patrijs quas deploratis habebāt, & ad Pompeium confugientes propinquum ſimul ac gratioſum apud omnes eo tempore. habebat autem circa ſe homines rei maritimæ peritos,tum Afros tum Hiſpanos, ut iam & ducibus & nauibus & milite & pecunijs polleret. quibus rebus auditis Cæſar miſit Saluidienum cum claſſe, quaſi obiter debellaturum Pompeianos, ipſe per Italiam iter fecit occurſurus illi ad Regium. Pompeius autem hoſti obuiam cum magna claſſe profectus eſt, ita ut in aditu freti circa Scillam naues concurrerent,Pompeianæ agiliores & melius inſtructæ ſocijs naualibus.Romanæ grauiores & maiores,eoq; impeditiores.huc accedebat ſolita eius freti fluctuatio,reciprocantibus undis, & aſſuetos minus quàm alteros turbantibus.nam Saluidieni milites nec in ueſtigio firmiter hærere,ut in re inſolita, nec remis uti poterant,nec clauos moderari pro arbitrio:qua re turbati ſub ueſperam demum ſigno audito ſe receperunt priores, mox & Pompeius receptui cecinit.nauium amiſſarum utriq; par fuit numerus,laceras ac faticētes Saluidienus reſartijt,ſubductas in portum freto proximum, nomine Balarum.Cęſar uerò ſuperueniēs ipſe Reginis ac Vibonenſibus fidem dedit ſanctiſsimam fore ut eximerentur è numero deſtinatarum in uictoriæ præmium. hos enim maxime timebat ut freto uicinos. accitus autem trepidis nuncijs Antonij, nauigauit ad eum Brundiſium,relicta ad ſiniſtram Sicilia, quam cum Pompeio in aliud tempus diſtulerat.cuius aduētum Murcus ubi didicit,ne circumueniretur Antonianis cum Cæſarianis ſe coniungentibus,paulum à Brundiſio digreſſus, in trāſitu obſeruabat onerarias quæ exercitum

ex eo littore tranſportabant in Macedoniā. quæ deducebantur quidem à triremibus, ſed multo magis à uentis proſperis ad ſecurū curſum adiutæ ſunt, ut ſuperuacuum fuerit deducentiū officium. Murcus fruſtratum ſe dolens, nihilominus conatus eſt in reditu intercipere uacuas. illæ uerò & tunc, & rurſum oneratæ alio milite, plenis uelis euaſerunt, donec uniuerſus exercitus cum Cæſare Antonioq; tranſuectus eſt. Murcus quamuis fortunam iratam ſibi putaret, nihilominus expectabat, dum cōmeatus, aut apparatus, aut tirones recēs conſcripti traijcerent, infeſtans quantum poterat. id agenti Domitius Aenobarbus ut cōmodiſsimus à Caſsianis cū nauibus alijs quinquaginta, & legione una, ſagittariorumq; præſidio miſſus eſt. nam quoniam cōmeatus Cæſarianis aliunde non admodum præbebantur, placuit arcere quo minus ſubueherētur ex Italia. Dum hi longis centumquinquaginta nauibus, & minoribus pluribus, iuſtoq; exercitu traiectum eum infeſtant, Ceditius & Norbanus quos Cæſar & Antonius cum octo legionibus in Macedoniam præmiſerant, inde per montana uerſus Thraciam ſtadia mille quingenta emenſi ſunt, donec ultra urbem Philippos profecti, fauces Torpidorum & Salapæorum, quæ in Raſcupolidis ditione ſunt, occuparunt, per quas ſolas ex Europa Aſiam petentibus notum iter patet: & hoc Caſsianis Abydenum fretum traijcientibus primum impedimentū obiectum fuit. is Raſcupolis & Raſcus fratres erant ex regio Thracum genere, unius ditionis principes, qui tum ſententijs de ſocietate uariabant, quòd Raſcus Antonianas, Raſcupolis Caſsianas partes foueret, ſinguli cū ter millenis equitibus. cæterùm Caſsianis de ratione uiarum percontantibus, Raſcupolis ait: eam quæ per Aenum ac Maroniam fert, compendiariam, publicam, & conſuetam eſſe petentibus fauces Salapæorum, tunc ab hoſte occupatas & proinde imperuias, circuitum uerò triplum eſſe, eumq; difficilem. illi rati hoſtes non tam id agere ut ſibi præcludantur itinera, quàm ut ipſis in Thracia paratior ſit copia cōmeatus quàm in Macedonia, uerſus Aenum & Maroniam mouerunt, atq; inde petierunt Lyſimachiā & Cardiam, quę urbes ceruicē Cherſoneſi uelut portę occupant. inde altero die peruenerunt ad Melanem ſinum, ubi percenſentibus copias cōpertum eſt præſto eſſe legiones undeuiginti, Caſsianas nouem, Bruti uerò octo, nullam integram, ſed quibus duæ ſupplementi uice accederēt, ita ut in uniuerſum eſſent circiter octoginta ſcutatorū milia. equitū uerò Brutus habebat Gallorū Luſitanorumq; quatuor milia, Thracum Illyriorumq;, Parthienorum Theſſalorumq; duo milia: Caſsius Hiſpanorum & Gallorum duo milia, ſagittariorum equeſtriū ex

Arabia, Media, Parthia, quatuor milia. Sequebãtur & ſocij reges ac tetrarchæ ex Gallogręcia, pręter pedeſtres alias copias ducẽtes equitum quinque milia. Hic fuit numerus Caſsianorum ad ſinum Melanem, & his in prælio ſunt uſi: reliqui alijs diſtenti fuere negotijs. Luſtrato deinde ex more exercitu, promiſſum donatiuũ militibus quibus debebatur repræſentatum eſt, quandoquidem abundè curatum fuerat ut pecuniæ ſuppeterent, & opus erat fauorem largitionibus quęrere, præſertim ueteranorum qui pleriq; militarant ſub Cæſare, ne ad conſpectum aut nomen iunioris Cæſaris mutarentur eorum animi: qua de re uiſum eſt eos pro concione alloqui. moxq́; ſuggeſtum in tribunalis ſpeciem extructum eſt: quod poſtquam imperatores conſcẽderunt cum ſolis ſenatoribus, & copiæ tum propriæ, tum auxiliares inferiore loco circũſtiterunt: lætiſsimus utriſq; fuit conſpectus mutuus, quòd uideretur nihil firmius aut ualidius: imperatores etiam audacia ſubijt & ſpes concepta ex amplitudine exercitus, quæ prima fuit fiducia. ſolet enim ſpes cõmunis cõciliare homines. cumq; magnus eſſet ut in tanta multitudine ſtrepitus, per præcones & tubicines indictum eſt ſilentium: & ubi tandem cõſiluerunt, Caſſius ( nam erat natu grandior ) paululum extra ordinẽ progreſſus, ſic exorſus eſt: Cõmune periculũ cõmilitones primus nobis ad mutuam fidem gradus eſt: conciliant nos & præſtita quæ polliciti fueramus, quod certiſsimũ fidei ſignum eſt: ad hæc quæcunq; promittimus in poſterum. ſpes aũt tota in ueſtra uirtute ſita eſt, & in nobis quos in hoc ſuggeſto uidetis tot ac tales uiros ſenatorios. adeſt & apparatus (ut ſcitis) plurimus, cõmeatus, arma, pecunię, claſſes, auxilia tum è regnis, tum è prouincijs. itaq; quorſum attinet uerbis hortari ad alacritatem & concordiam, quos & apparatus & res conſociatę conciliant? quod autem ad calumnias duorũ inimicorum attinet, intelligitis eas exactiſsimè, & ideo nobis prõptam nauatis operam: uiſum eſt tamen etiam nunc eam cauſam attingere, quo magis appareat honeſtiſsimũ ac iuſtiſsimum hoc noſtrum gerendi belli propoſitum. Nos enim Cæſarem bella gerentem noſtris ueſtriſq́; armis & noſtro ductu multum eueximus, & conſtantes in eius amicitia fuimus, nequis putet eum à nobis ſublatum ob inimiciciã. ubi uerò pax redijt, accuſandus ueniebat, non à nobis qui honoribus fruebamur tum quoq;, ſed à legibus & republica, cùm iam nec leges, nec ſenatuſconſulta, nec plebiſcita uigerent: quæ omnia maiores noſtri formauerant, cùm fugatis regibus iureiurando & deuotionibus ſe obſtrinxerunt, ne unquam poſthac ferrent regiam potentiam. id iuſiurandum ne uiolaretur, nos eorũ poſteri uetuimus, & diras à nobiſipſis aberunca-

aberuncauimus, non diſsimulãdo diutius ut penes unicum uirum, quamuis nobis amicum & cõmodum, eſſent pecuniæ publicæ atq; exercitus, ut magiſtratus & prouinciæ non à S.P.Q.R. ſed ab illo peterentur & acciperentur, mutatis legibus, omni autoritate populi in dominum, omni poteſtate ſenatus in imperatorem translata. ea uos fortaſſe non ſatis perſenſiſtis, qui ſolam eius uirtutẽ bellicam mirabamini: nunc uerò facile uel ex ijs quæ ad uos propriè pertinẽt intelligetis. uos enim eſtis populus, in bello parentes legitimis ducibus: in pace uerò ueſtrum eſt ius ſuffragiorum: ſenatus ideo præconſultat, quo minus uos fallamini. ueſtris comitijs, ſiue tributis, ſiue centuriatis, creantur Coss. tribuni plebis, prætores. ueſtra ſunt iudicia, à uobis pręmium aut pœnam expectamus, quotquot magiſtratũ rectè aut ſecus gerimus. atq; ita dum uos ciues repẽditis pro ſuo cuiq; merito, imperium noſtrum ad ſummam felicitatẽ peruenit, dum honores dignis confertis, illi contra honorum uobis referũt gratiam. pro hac ueſtra poteſtate Scipionẽ feciſtis cõſulẽ, quem Africanũ cognominaſtis in uirtutis teſtimonium: & tribunos plebis creaſtis annuos ueſtro arbitratu, qui ſi ita ueſtra utilitas poſtularet, nobis intercederent. & quid opus eſt enumerare quæ ipſi ſcitis? Ex quo autem Cæſar potẽtiam arripuit, nullum magiſtratum, non prætorem, non Cos. nõ tribunos plebis creaſtis ueſtris ſuffragijs, nullius uirtuti tuliſtis teſtimoniũ, nec eam potuiſtis præmio teſtatam reddere. In ſumma, nemo uobis pro accepto magiſtratu præfecturáue, nemo pro iudicio ſentẽtiaq; factus eſt debitor. & quod omniũ fuit miſerrimum, ne à tribunis plebis quidẽ iniuriam arcere potuiſtis, qui ueſter proprius magiſtratus eſt, ueſtro decreto ſacroſanctus: ſed hos quoque quorum poteſtas alijs ſolebat eſſe refugio, uidiſtis ſacro magiſtratu cum ſacra ueſte ſpoliari per iniuriam, indemnatos & ad ſolum mandatum unius: quia ueſtram uicem dolentes uiſi ſunt obſtare quibuſdam regem illum appellare uolẽtibus, quod & ſenatus propter uos tulit ægerrimè. tribunatus enim non illorum ſed ueſter magiſtratus eſt. ſed cum non poſſent accuſare hominẽ & iudicio ſiſtere propter exercitus quos habebat, & ipſos ad ſe traductos à republica, quo ſolo modo poterant, ſtatuerunt arcere tyrannidẽ, in uitam eius conſpiratione facta. ſic enim opus erat, ut res placeret optimo cuiq;, à paucis tamen conficeretur. id ubi factum eſt, cõtinuo ſenatus cõmunem ſententiam aperuit, tum maximè cum & de præmijs tyrãnicidis decernendis agebatur. ſed cohibente Antonio, cauendi tumultus (ut uideri uolebat) gratia, cum nos quoq; nullum honeſtius præmium duceremus, quàm utilitatem patriæ, non placuit ignominia notari Cęſarem,

Cęſarem, libertate cõtentis: tantùm obliuio præteritorũ decreta eſt, & decreto diſerte additum, eam cędem non eſſe obnoxiam iudicio. nec multò pòſt Antonio plebem contra nos exaſperante concionibus, ſenatus & prouincias maximas & exercitus nobis dedit: iuſsitq́; ut quicquid terrarum à mari Ionio patet uſq; Syriam, noſtra impera ta obſeruaret: utrum ut tanquam ſceleratos puniret, & tanquam homicidas ſacrata purpura uirgisq́; inſigniret ac ſecuribus? qua de cauſa & Pompeium iuuenem, quamuis eius conſpirationis expertem, tantùm quia Magni qui primus arma pro repub. ſumpſerat, eſſet filius, & quia paulùlum tyrannidi obſtabat latitans in Hiſpania, reuocarunt ab exilio, decretumq́; eſt ei paternorum bonorũ pretium ex ærario, & maris imperiũ inſuper, ne ſine magiſtratu eſſet fautor reipublicæ. & quod amplius ſignum uoluntatis ſenatus approbatiq́; huius facinoris requiritis? niſi ut uerbis etiam id profiteatur. & faciet, dicturus eadẽ quæ nos, ſimulq́; referet uobis ampliſsima pręmia, cum primùm integrum fuerit. nunc enim in quo ſtatu res eorũ ſint ſcitis. proſcribuntur indemnati, bona eorũ publicãtur, indicta cauſa occiduntur in domibus, in uijs, in templis, à militibus, à mancipijs, ab inimicis, è penitiſsimis latebris extrahuntur, perquiruntur ubiq; à perſecutoribus ne quis effugiat. in foro quò nunquam hoſtium capita, ſed arma tantùm & roſtra nauium referebantur, conſularium, prætorũ, tribunorũ plebis, ædilium, equitum Romanorum capita propoſita ſpectantur, & horum maleficiorum repræſentantur præmia. Cõmota ſunt enim omnia & eruperunt quæ prius ſuppurata latebant, dum repente arripiuntur quilibet, exoriuntur uaria uxorum & filiorum ſcelera, & libertorum ac mancipiorum, tanta etiam morum peſtis Vrbẽ inuaſit: atq; horũ omniũ malorũ antiſtites primarij ſunt ipſi Triũuiri, fratrũ ſuorũ et auũculorũ & tutorũ proſcriptores. Fertur olim Vrbs noſtra capta à feris Barbarorũ nationibus, nullorũ tamẽ Galli abſcidebãt capita, nec illudebãt occiſis, nec inuidebãt latebras aut fugã hoſtibus: nec ipſi unquã in ullam bello captam urbem ita ſæuijmus, aut alios ſæuiſſe audiuimus, ut nunc indigniſsimè tractatur Vrbs non uulgaris ſed rerum domina, idq́; à magiſtratu creato ad conſtituendam & corrigendam rempublicam. quid tale fecit Tarquinius? quem propter unam mulierem uim ab amatore paſſam noſtri maiores regno expulerunt, & ob unum facinus nõ ſuſtinuerũt ſub regibus degere inpoſterum? & poſtea nos ó ciues appellamur ſcelerati à Triumuiris, qui ſe aiunt ulciſci Cæſarẽ, cùm proſcribant & eos qui nec in Vrbe erant, cùm ille occiſus eſt, quorũ pleroſq; hic uidetis, propter diuitias, aut genus, aut mentẽ reip. amantẽ

proſcriptos

proſcriptos. qua ratione & Pompeius nobiſcũ proſcriptus eſt, qui nobis facinus patrantibus erat in Hiſpania:ſed quia patre prognatus erat amãte reipublicæ, à ſenatu reuocatus & imperator toto mari factus. Triumuiris proſcriptione dignus iudicatus eſt. Quid mulieres, etiámne conſpirationis in Cæſarem fuere cõſciæ? quarum bona proſcripta ſunt. quid plebeij homines? quicquid ſupra decem myriades in bonis habent profiteri iuſsi, mulcta propoſita ni faciant: quibus tamen nouis exactionibus ne id quidem aſſequuntur, quod ad debitum militi donatiuũ perſoluendum ſatis ſit. nos uerò qui nihil contra ius ac fas egimus, & promiſſa reddidimus præmia, & alia maiora parata habemus. adeò fortuna quoq; noſtris aſpirat partibus, ut iuſtioribus. ſed non minor reſpectus debet eſſe quid homines de uobis iudicent, præſertim ueſtri ciues, quorum militaſtis auſpicijs, qui cum laude conſulatum geſſerunt, quos nunc non ob aliud crimen quàm quòd reipub. faueant, uidetis coactos ad nos profugere, & nobis ſe coniunxiſſe, pro nobis uota facturos in poſterum, & noſtras partes ſecuturos. multò enim iuſtiora præmia ſeruatoribus eorum polliciti ſumus per præcones, quàm Triumuiri percuſſoribus. nec uident homines inſani, nos qui unius Cęſaris dominatũ ſuſtulimus, minus laturos eum uſurpari à tribus uiris, ſed potius imperium reddituros populo iuxta formam reipub. per manus acceptam à maioribus. cùm igitur in hoc bello non idem utrorumq; ſit propoſitũ, ſed illi potentiam ac tyrannidem affectent, cuius iam dederunt iſta proſcriptione ſpecimem egregium: nos uerò tantum libertatem patriæ tueamur, contenti, ut par eſt, ęquo cum priuatis ciuibus iure uiuere, merito dijs hominibusq; uideri debet noſtra cauſa iuſtior. nec eſt quicquam quod in bello maiorem ſpem quàm fas & ius faciat. ne uerò moueat quenquam quòd aliquando militarit ſub Cæſare. nam ne tunc quidem eius, ſed patris ſecuti ſunt auſpicia: nec ſtipẽdia donatiuaq; à Cæſare acceperũt ſed à republica: quando ne nunc quidem Caſsij Brutiq; exercitus eſtis magis quàm Pop. Ro. nos uerò cõmilitones ueſtri ſumus, imperatores Populi Romani. quòd ſi hoſtibus eadem quæ nobis mens eſſet, liceret omnibus tutò arma deponere, & exercitus ſuos reipublicę reddere, ut illa in cõmune conſulat. & ſi placet hæc conditio, huc inuitamus eos. ſed quoniam nõ placet, nec integrũ eſt illis propter iſtas proſcriptiones aliaq; facinora eam admittere, eamus cõmilitones & bona fide ſerioq; militemus ſenatui Populoq; Romano, & nihil niſi libertatẽ ſpectemus. Conclamatum eſt. Eamus, omnibus ut ſe quocunq; duceret poſtulantibus. qua alacritate lætus Caſsius, ſilentio per præcones facto, ſic exorſus eſt denuò.

nuo. Dij quibus iuſta bella curę ſunt, pro hac fide uobis commilitones faxint bene. quod uerò ad humanam imperatorũ prouidentiam attinet, quanto res noſtræ potiores ſint quàm hoſtium, nũc diſcite. numero legionũ pares ſumus, quamuis multis locis reliquimus opportuna præſidia: equitatu & claſsibus lõgè præualemus, ſicut & auxilijs quę miſſa ſunt ab omnibus uſq; ad Parthorum regna pertinentibus regibus & nationibus. hoſtem à fronte tãtùm habemus, illi & à tergo, Pompeium ſocium noſtrũ in Sicilia, Murcum in Ionio mari. Eſt & Aenobarbo ſua claſsis, præterq; nauales ſocios plurimos duæ legiones, & ſagittariorũ manus, quibus infeſta hoſti reddit maria, cùm nobis à tergo terra mariq; pacata ſint omnia. pecuniæ certe, quas quidam neruos belli uocant, iſtis nullæ ſunt, nec perſoluerunt quod promiſſum eſt exercitui. prouentus ex proſcriptionibus nõ reſpõdit expectationi, quòd nemo bonus poſſeſsiones inuidioſas uelit emere: nec aliunde quicquam redit, exhauſta ſeditionibus, exactionibus & proſcriptionibus Italia. nobis uerò multò antè proſpectũ eſt, ut & nunc abundè ſuppetant omnia, & mox alia uobis largiri poſsimus, rurſumq; alia prouinciæ relictæ à tergo ſuggerant. cõmeatus autem, quę pręcipua difficultas eſt in magnis exercitibus, illis ex ſola Macedonia petendi ſunt regione montana, & non latè patente Theſſalia, idq; terreſtri ſubuectione cum labore maximo, quos ſi ex Africa petierint aut Lucania uel Apulia, intercludet omnia Pompeius cum Murco & Aenobarbo. nobis uerò & iam nũc ſunt, & cõportãtur quotidie nullo labore per mare ex omnibus inſulis & prouincijs quæ Thraciam interiacent & Euphratem fluuium: idq; nullo prohibente, cùm nihil hoſtile à tergo ſit. itaq; penes nos erit uel cito decernere, uel trahẽdo bellum fame hoſtem premere. hæc ſunt commilitones quæ humana cura uobis prouiſa ſunt, reliqua & à ueſtra uirtute & à Dijs propitijs expectanda ſunt. nos uobis præter ea quæ accepiſtis perſoluemus quicquid promiſimus, & ſicut ueſtram fidẽ donatiuo benigne penſauimus, ita maius opus uictoriæ dignis præmijs proſequemur Dijs uolentibus. & ut iam nunc libenter eatis quò res poſtulat, quia contionem alacrem uideo, addemus mox ex hoc ſuggeſto, militi millenos & quingenos H—S, cẽturioni quincuplum, & tribuno pro rata portione. Hæc locutus, & conciliato ſibi milite rebus, uerbis, atq; largitionibus, cõcionem dimiſit. illi tamen aliquandiu manſerunt ibi acclamantes tam ei quàm Bruto, & pollicẽtes, ut par erat, ſtrenuam operam. moxq; donatiuum annumeratum eſt ſingulis, & nonnihil additum fortiſsimo cuiq; ex uarijs occaſionibus, ut quiq; priores accipiebant, præmittebantur Doriſcum,

paulò pòſt & imperatores ſecuti ſunt. eo tempore aquilę duæ ſupernè demiſſæ argenteas ſigniferorũ aquilas inſiderunt tundentes roſtris, uelut quidam tradunt, alis protegentes: permanſeruntq; in exercitu, alentibus imperatoribus ex publico, donec pridie q̃ pugnatum eſt auolarũt. duobus deinde diebus per oram ſinus Melanis circunducti, Aenum peruenerunt & inde Doriſcum, aliaq; oppida maritima uſq; Serrium promontorium. inde ad mediterranea deflexerunt: Cimbrum uerò cum claſſe legioneq; una & nõnullis ſagittarijs oram legere iuſſerunt: quæ olim fuerat deſertiſsima, quãuis culturæ apta, quòd Thraces abſtinerent à mari, nec ad littora deſcenderent metu prænauigantium. deinde à Chalcidenſibus cæteriſq; Græcis rei maritimæ aſſuetis occupata, floruit agricultura ſimul & exterorum cõmercijs, cùm Thraces quoq; gauderent eſſe quò ſe recipiant è montibus, donec Philippus Amyntæ filius tum Chalcidenſes tùm cæteros aliò migrare iuſsit, ut nihil aliud præter templorũ areas ibi uideatur. hanc igitur oram rurſum deſertam Cimber legens, ut ei mãdatum à Caſsianis fuerat, opportuna caſtris loca dimetiebatur & deſignabat, itidemq; ſtationes aliquot nauibus, ut Norbani exercitus ſeruare Sapæorum fauces iam ſuperuacuum ducens, inde abſcederet: quod & factum eſt. Norbanus enim quàm primùm claſsis in eis locis conſpecta eſt faucium præſidio timuit: uocabatq; ad ſe Ceditium è Turpilis ut propere ſuccurreret. qui ubi ſe cum illo cõiunxit, Caſsiani Turpilorum fauces fecerunt ſibi peruias. eo dolo deprehenſo Norbanus Ceditiusq; Sapæas obtinuerũt ualide, & rurſum ademptus eſt Caſsianis tranſitus: ſimulq; conciderunt eis animi, timentibus ne opus ſit iam illam diſpendioſam uiam inire quam contempſerant, & iter emenſum repetere, uergente iam anni tempore. ita ſolicitis Raſcupolis indicauit, eſſe circuitũ præter ipſum Sapæorum montem dierum trium, inacceſſum hominibus ad eam diem, ob rupes, aquæ inopiam, ſaltuſq; denſiſsimos. quòd ſi non pigeat aquam ſecum ferre, & uiam anguſtam munire quantum ſufficiat ad tranſitum, non fore conſpicuos ne auibus quidem propter condenſitatem arborum. quarta uerò die uenturos ad Harpeſſum fluuium, qui in Hebrum incidit. inde Philippos iter eſſe unius etiam diei. quò ubi peruenerint circumuẽturos hoſtem, ut nullum effugiũ ei pateat. placuit hoc conſilium ut in rebus difficilibus, maximè quòd ſperarent in poteſtate ſe habituros incluſas in medio tantas hoſtium copias. ergo præmittitur pars quædam, cõmiſſa cura muniendę uiæ L. Bibulo & Raſcupolidi. illi magno labore pergebant tamẽ feſtinè & alacriter, tanto magis quòd præmiſsi quidam redierant nunciantes

ſe uidiſſe fluuium ex præalta ſpecula. quarto uerò die feſsi labore ac ſiti, iam deficiente quam ſecum ferebant aqua, reputabant prædictã ſibi triduanam tantũmodo aquæ inopiam, conſternatiq; ſubitò inſidias ſuſpicabantur, non quòd non crederent nunciantibus uiſum fluuium, ſed quòd putarent duci ſe aliò, mœſtos clamores edebant, Raſcupolim quoties circũcurſantem hortantéq; uiderẽt, ſaxis petentes & conuicijs. Bibulo autẽ rogante ſuppliciter ut perdurarent bonis auibus, fluuius circa ueſperã conſpectus eſt à primo agmine: conclamatumq; ut par erat hilariter præ gaudio, clamorẽ proximis excipientibus uſq; poſtremum agmen. his cognitis Brutus Caſsiusq; raptim per eandem uiam traduxerunt exercitum reliquum. nec tamen hoſtem hoc iter omnino latuit, nec circũuentus eſt. nam Raſcus frater Raſcupolidis ex clamore ſuſpicatus rẽ explorauit: & ut uidit miratus eſt per ſqualentem ariditate uiam tranſiſſe tantas copias, quam ne feris quidem putabat propter tales ſaltus peruiam: renunciauitq; Norbano omnia. ille cum ſuis noctu fugit è Sapæis uerſus Amphipolim: & ambo Thraces celebrabant in exercitibus, alter quòd per ignotas uias duxerit, alter quòd eum id nõ latuerit. Caſsiani uerò mirifica audacia Philippos peruenere, quò & Cimber aductus eſt, & omnes copiæ cõuenerunt. ea urbs olim Datus nominata eſt, & antè etiam Crenides, quòd κϱῆναι, id eſt, fontes crebri circa eum tumulum ſcaturiãt. hunc locum ut opportunum bello aduerſus Thracas gerendo Philippus munijt, & appellauit de ſuo nomine. ſita eſt urbs in prærupto tumulo, totam eius latitudinẽ occupans. habet à ſeptentrione ſaltus, per quos exercitum Caſsianũ traduxit Raſcupolis: uerſus meridiem eſt ei proxima palus, quam mare excipit: uerſus Orientem uerò fauces & Sapæorum & Turpilorum. ex occidentali latere campi patent uſq; Murcinum Drabiſcumq; oppida & Strymonem fluuium circiter CCCL. ſtadijs, fertiles admodum. & amœni, ubi raptam dicunt Proſerpinam dum flores legeret: præfluitq; amnis Zygaſtes, in cuius traiectu aiunt Plutonem fregiſſe currus iugum, & ab eo caſu Græcos nomen indidiſſe fluuio. eſt autem decliuis ea planicies deſcẽdentibus à Philippis, accliuis uerò ab Amphipoli aſcendentibus. non longè à Philippis abeſt alter tumulus, quem Bacchi dicunt, in eo ſunt aurifodinæ quas Aſylum uocant. inde ad decimum ſtadium progreſsis offerunt ſe alij duo tumuli, diſtantes à Philippis octodecim ſtadia, octo uerò à ſe inuicem, in quibus caſtrametati ſunt, Caſsius in meridiali, Brutus in ſeptentrionali: nec amplius Norbanum cedentem perſecuti ſunt. nunciabatur enim appropinquare Antonium, Cæſare ad Epidamnum relicto propter ualetudi-

nem.ea planicies aptiſsima erat cōmittendo pręlio,ſicut colles prærupti caſtris metandis. nam ex altero latere paludes ſtagnaq; habebant uſq; Strymonem fluuium, ex altero aſpreta nullis callibus peruia.medium inter tumulos octo ſtadiorū ſpatium,tranſitus erat Aſiam ex Europa petentibus,quaſi porta quædā.in eo tranſuerſum murum à caſtris ad caſtra extruxerūt, relicta porta in medio,ut bina caſtra unirētur.præterfluebat & amniculus,quem Gangam ſiue Gangitem dicunt:à tergo erat mare,tutam ſtationem claſsi, & caſtris uictualia præbiturum.Thaſum centeſimo ſtadio diſtantem habebant pro horreo. triremes ad ſeptuageſimum ſtadium in portu Neapolitano collocarūt. hac opportunitate locorum lęti caſtra muniebant. Antonius interim cum exercitu raptim iter faciebat, ut Amphipolim occuparet ſedem belli facturus:& quia munitam à Norbano inuenit ut ſibi uenienti eſſet receptatulo,gauiſus apparatum in ea reliquit cum una legione præſidiaria,præfectoq; Pinario. ipſe admodū audenter progreſſus longè, caſtrametatus eſt in plano, dirempta ab hoſte octo tantùm ſtadiorum ſpatio:ſtatimq; apparuit quanto potior eſſet illorum quàm horum caſtrorum cōditio. illi erant in colle, hi in planicie:lignabantur illi è montibus, hi è paluſtribus: illi aquabantur è fluuio,hi è puteis quos mox effoderāt: cōmeatus illi à propinqua Thaſo aduehebant,hi ab Amphipoli per uiam c c c L. ſtadiorum. uidetur tamen neceſſariò feciſſe id Antonius, præoccupatis iam ab hoſte collibus, reliqua planicie humili, ſtagnante interdum aquis fluminis,ſecūdum quod in effoſsis puteis fontes copioſi aquæ dulcis inueniebantur.ea audacia quamuis à neceſsitate profecta, hoſtes terruit,cōſiderantes ſtatim ex itinere tam propinquo loca caſtra contemptim poſita. quapropter multa caſtella exſtruxerunt, ualloq; ac foſſa & muro cōmunierunt, Antonianis quoq; quantum res poſtulabat muniētibus. at Caſsius uidens inſanum impetum Antonij, ſpatium anguſtum inter paludem & ſua caſtra,neglectum prius permunijt,nequid immunitum eſſet, rupibus latus caſtrorū Bruti protegentibus,Caſsianorū uerò, palude mariq; deinceps.cætera in medio foſſa ualloq; & muris ac portis interſepta erant. hæ fuere munitiones utrorumq;, in quibus abſoluendis dum occupantur, uelitationibus tantùm & equitum excurſionibus utrinq; faciebant uirtutis periculum.ut uerò ſuprema operibus manus eſt impoſita,& Cæſar in caſtra peruenit,nondum ad cōflictum ſatis ualidus,lectica ordines circumuectari ſolitus, Cæſariani ſtatim explicarunt aciem. ex aduerſo Brutus ſuos inſtruxit in editiore loco, non deſcēdit tamen. non placebat enim prælio decernere, quòd ſperarent hoſtem labo-

raturum cōmeatuũ inopia. pariter utrinq; undeuiginti legiones cōſtiterant, ſed in acie Bruti nonnihil ad iuſtum numerum deerat, contrà in Cæſariana erant aliquot ſupernumerarij. equitum annumeratis utrinq; Thracum auxilijs. Antonius cũ Cæſare habebat XIII M. Brutus & Caſsius XX M. itaq; multitudine uirorum, audacia uirtuteq; imperatorum, armis & apparatu pulcherrimũ utraq; acies ſpectaculum præbuit: ſed otioſæ per multos dies, Caſsianis præliũ detrectantibus, & difficultate annonæ hoſtem fatigare cupiẽtibus, cũ ipſis omnia ſuppeterent ex Aſia, & ex propinquo per mare ſubueherentur, hoſtes in regione infeſta laborarent inopia. nam neq; negociatores ex Aegypto ſumere quicquam poterant, fame tunc oppreſſa: neq; ex Hiſpania aut Africa Pōpeius, neq; ex Italia Murcus & Aenobarbus ſinebant cōmeatus aduehi: Macedonia uerò Theſſaliaq; non diu ſufficere poterant, quæ tum ſolæ alebant exercitum. id non ignorãtes Caſsiani bellum ducebant. quod Antonius ueritus ſtatuit eos ad pugnam cogere: cogitauitq; num poſſet clàm per paludem uiam efficere, ut hoſtibus à tergo cōmeatus ex Thaſo ſubuectionem intercluderet. productis igitur rurſum in aciem aliquoties ſignis omnibus, ut uideretur adeſſe totus exercitus, deducta inde parte noctes atq; dies aperiebat in palude anguſtum tranſitum, detondens arundines & aggerem excitans munitum utrinq; macerie ne dilaberetur: profundiora ſternẽs ſublicijs pontibus per ſummũ ſilentium. conſpectum enim hoſtibus adimebant arundines relictæ circa tranſitum. in hoc opus inſumptis decem diebus, cohortes expeditas noctu miſit: quæ occupatis ulterioribus locis aliquot natura munitis, multa caſtella uallata perfecerunt eodem tempore. ad id cōmentum tam bene diſsimulatum Caſsius obſtupuit, & ut arte artem illuderet, excluſurus ab eis caſtellis Antonium, trãſuerſum ſeptum egit per totam paludem à caſtris uſq; ad mare, ad imitationẽ alterius operis cōtinuatis ſublicijs pontibus & aggeribus, interruptaq; uia quam Antonius fecerat, ut nec qui tranſierant ſe poſſent recipere, nec ſubmitti poſſent eis auxilia. quod ubi uidit Antonius circa meridiem, ita ut erat confeſtim cum impetu & ira, ſuum exercitum in altero cornu ſtãtem uertit ad murum Caſsij, pertinentẽ à caſtris ad paludem, ferramenta ſecum & ſcalas ferens, quaſi hoc expugnato penetraturus ad caſtra Caſsiana. eos tam inſolenter aduerſo cliuo tranſuerſim per ipſum quod utramq; aciem dirimebat ſpatium currentes non tulerũt Bruti milites, ignominioſum rati, ſi uiri armati aduerſarios impune præter ora ſua ſinerent euadere: & non expectato imperio, tãtùm ad unius tribuni mandatum irruentes in eos ex latere occiderũt, quot-

quot ad manus uenere.cõmiſſoq́; ſemel pręlio,mox ſe uerterunt ad oppoſitam ſibi Cæſaris aciem, coactamq́; terga uertere perſecuti etiam caſtris potiti ſunt,quæ illi cõmunia fuerunt cum Antonio,Cæſare tum abſente propter ſomnium,& eam diem cauente,ut ipſe ſcriptum reliquit in ſuis cõmentarijs. Tum Antonius ut uidit cœptum prælium,gauiſus eſt quòd hoſtem eò compuliſſet: reuerti tamen in campum iudicauit ſibi inutile, ne conuertens aciem turbaret ordines.ſed cõtinuato ut occeperat curſu in aduerſum cliuum euaſit cõtemptis telis ſupernè uolãtibus,donec impegit in aciem Caſsij loco ſe non mouentem,& attonitam necopinata audacia. quam ubi perrupit inſigni auſu,ſeptum illud tranſuerſum inuaſit magno impetu, & conuulſo uallo,foſſa oppleta,muro ſubruto,ſtationem pro porta oppreſsit,contemptisq́; miſsilibus per portam introſilijt, cęteri per diruta murorum penetrauerunt. quidam etiam per ſtragem cadauerum aſcenderunt:& hæc omnia tanta celeritate,ut ſuccurrentib.qui in palude operabantur, ipſi iam expugnatis muris occurrerẽt,& his quoq; eodem impetu profligatis compulſisq́; in paludem, reuerterentur iam in ipſa caſtra Caſsij,duntaxat qui cum Antonio per murum irruperant,reliquis extra murum cum hoſte confligentibus.caſtra enim ut firma perpauci cuſtodiebãt,quo facilius capta ſunt. iãq́; etiam extra Caſsiani uincebãtur: & cognito quod caſtra ſint amiſſa, turpi fuga diſperſi ſunt.atq; ita æquo marte pugnatum eſt,profligato per Brutum ſiniſtro cornu hoſtium & caſtris captis:diuerſa parte Antonio poſt deuictos Caſsianos incredibili audacia caſtra quoque uaſtante, multis utrinq; per uarios caſus occumbẽtibus. & quia latis in campis multum pulueris excitatum eſt, ignorabant alteri de alteris:tandem cognito ubi eſſent,reuocabant ſocios.illi ad ſuos recipiebãt ſe baiulis ſimiliores quàm militibus. ac ne tum quidem aſpectu ullóue ſenſu dignoſcebant ſe inuicem: alioquin alterutri proiectis ſarcinis,facile aduerſarios onuſtos oppreſsiſſẽt. deſiderata ſunt, quantum cõiecturis aſſequi licuit,Caſsianorum octo milia cum ſeruis armigeris,duplo plura in exercitu Cęſaris.Caſsius exutus caſtris, eò reuerti nõ potuit, ſed curſu recepit ſe in Philipporum tumulum, & inde proſpectabat quid fieret.cumq́; proſpectus adimeretur puluere,nec exactè uidebat nec omnia, niſi quòd caſtra amiſerat. quapropter Pindarum armigerũ ſuum iuſsit, ut ſibi percuſſoris pręſtaret officium.dum is cunctatur, accurrit alius quidam nuncians Brutum in altero cornu uincere,& caſtra hoſtiũ diripere. cui hoc tantũ reſpondit:refer ei,me optare illi abſolutam uictoriam. Tum ad Pindarum uerſus,quid ceſsas,inquit,Cur nõ me ab hac ignominia liberas?

ras? ſimulq́; iugulo ferrum excepit. hæc quidam produnt de morte Caſsij. alij putant eum, afferentibus lętum nuncium Bruti equitibus, exiſtimantem hoſtes eſſe, miſiſſe Titinium qui rem exactè cognoſceret. & cùm equites ut amicum Caſsij recepiſſent in medium, conclamantes præ gaudio, Caſsium qui crederet illum in hoſtes incidiſſe, hoc tantùm profatum, Expectauimus dum uideremus amicum abripi, ſeceſsiſſe in tentorium cum Pindaro, & Pindarum nuſquam uiſum poſtea. quamobrem quidam opinātur eum iniuſſum occidiſſe dominum. Obijt Caſsius natali ſuo die, poſtquàm euentu quo diximus pugnatum eſt. Titinius morarum pœnas ultronea morte luit. at Brutus ſupra Caſsij cadauer flens, appellabat ultimum Romanorum, intelligi uolens, neminem poſthac fore uirtute ſimilem, accuſans ſimul properationem eius & temeritatē, & ediuerſo mactum felicitatis prædicās, qui ſe curis ac moleſtijs exemerit, quæ me, inquit, ducunt ad neſcio quem exitum. tradito deinde amicis cadauere, ut clàm ſepeliretur, ne exercitus ex aſpectu prouocaretur ad lacrymas, ipſe cibo cæteraq́; corporis cura abſtinens, pernox conſtituebat exercitum Caſsij. Mane deinde hoſtibus progreſsis in aciem, ne pro uictis haberentur, mentem eorum intelligens: Sumamus, inquit, arma nos quoq;, & pari ſimulatione cladem tegamus. ut uerò inſtruxit aciem, hoſtes retroceſſerunt. Brutus ad amicos ſic in eos cauillatus eſt: Iſti qui nos ut feſſos prouocant, armis experiri nolunt. cæterùm qua die in campis Philippicis pugnatum eſt, etiam in Ionio mari caſus memorabilis accidit. Domitius Caluinus onerarijs nauibus uehebat duas legiones ad Cæſarem, quarum altera ob uirtutem Martiæ cognomine honeſtata fuerat: uehebat etiam cohortem prętorianorum duorū milium, & quatuor alas equitum, aliamq́; ſelectā multitudinem, paucis triremibus deducētibus. his Murcus & Aenobarbus obuiam fuit cū centū triginta longis nauibus. eas primùm onerariæ paucæ uelis plenis effugerunt, reliquæ repente uento uim remittente, in tranquillo mari errabant, diuinitus hoſti traditę. inuadebant enim intrepidè ſingulas & perrumpebant: nec à proſequentibus triremibus ullum erat auxiliū, quòd propter paucitatē circumuenirentur. in hoc prælio uarij conatus fuere periclitantiū, dum celeriter naues coniungunt contis ac funibus ne hoſtis perrumperet. quod cum ſuccederet, Murcus immittebat eis ignita iacula: & illi pari celeritate ſoluebant uincula, & diffugiebant metu incendij, atque ita rurſum exponebant ſe roſtrorū ictibus, aut circumueniebantur. ibi indignati milites præſertim Martij, quòd cum præſtarent robore, inulti perirent, alij ſeipſos interficiebant nō expectato incendio:

alij triremes hoſtium inſilientes, multa faciebant ac ferebāt fortiter: naues quoq; ſemiuſtulatæ diu iactabantur onuſtæ uectoribus, alijs igne, alijs fame ſitiq; pereuntibus. quidā antennis aut tabulis hærentes in ſcopulos aut deſerta littora eiecti ſunt, nōnulli horum ex inſperato ſeruati. fuerunt qui & ad quintam diem perdurarūt, picem interim lingentes, aut uela funésue mandentes, donec undis ad terram appellerētur. multi deditionem fecerunt, cùm non poſſent tot malis reſiſtere. in his fuerunt triremes x v i i. quarum milites ad Murci ſacramentum tranſierunt. Caluinus dux earum cum ſua naue Brundiſium quinta die redijt, periſſe creditus. idq; in Philippenſis pugnæ diem incidit, ſiue naufragium dicendum eſt, ſiue nauale prœlium: fuitq; res miraculo, poſtquam cōpertum eſt ita fortunæ uiſum, ut certamen utrunque in eundem temporis articulum competeret. Brutus autem aduocata concione militum, ſic eos allocutus eſt: Heſterno prælio cōmilitones nulla in re non ſuperiores hoſtibus fuimus: nam & pugnam incepiſtis alacriter, quamuis iniuſsi, & quartam legionem, propter opinionem uirtutis in oppoſito cornu locatam, totam cōcidiſtis, aliosq; deinceps uſq; caſtra, quæ & ipſa capta diripuiſtis: ut hæc uictoria lōge præponderet damno in ſiniſtro cornu accepto. quam cum poſſetis parare in ſolidum, res hoſtiū diripere maluiſtis quàm uictos delere. nam pleriq; ueſtrum præteritis hoſtibus in eorum bona fecerūt impetum: & hic quoq; nobis præualentibus, illi ex noſtris caſtris binis ceperunt altera, nos uniuerſa illorum occupauimus: atq; ita duplo maior eorū iactura fuit. hactenus quantū ad prælīū attinet potiores ſumus, de cætero quantū præpolleamus, poteſtis ex captiuis diſcere, de inopia caritateq; annonæ, de laborioſa cōportatione & penè defectu cōmeatuum. nam neq; è Sicilia, Sardinia, Africa, Hiſpaniaq; eis petere licet per Pompeiū, Murcum Aenobarbūq; claſſe c c l x. nauium mare illud intercludentes: & Macedoniam exhauſerunt iam: ſola nunc alit eos Theſſalia, quam uſq; quo ſuffecturam putatis? Ergo cùm eos ad pugnam properare uideritis, exagitatos à fame putate præſentem mortem appetere. nobis e diuerſo curandum eſt ut eos fame oppugnemus, quo debiliores & afflictiores inuadamus cum opus fuerit, nec alacriores ſimus quàm tempus poſtulat. quòd ſi quis hoc cōſilium cunctantiū magis quàm properantium putat per imperitiam, conſideret mare quod à tergo nobis cōmoditates omnes alimētaq; ſuppeditans, occaſionem præbet aſſequendæ uictoriæ ſine periculo, modò patienter & æquo animo feratis inſultantes & prouocantes: non quod uirtute præpolleant, ut declarauit heſternum certamē: ſed ut diuerſo timori afferant remedium.

remedium.cæterùm iſtam alacritatem, quam nunc uos uolo cõtinere, abundè præſtate quãdo poſtulabimus. ego uobis uictoriæ præmium ex aſſe, ubi dijs uiſum fuerit, poſt omnino profligatos hoſtes perſoluam: nũc ad fortem operã heri nauatã, denuo millenos H—S accipietis à me ſinguli: ordines ducẽtibus pro portione numerabit.

Hæc locutus continuò donatiuũ legionatim diſtribuit. & ut quibuſdam libuit monumentis prodere, Lacedæmonem & Theſſalonicam diripiendas eis ſe conceſſurum eſt pollicitus. At Cæſar & Antonius intelligentes Brutum nõ pugnaturum niſi coactum, concionem aduocarunt, tum Antonius ita locutus eſt: Heſternam uictoriam, milites, quiuis hoſtis (ut mihi compertum eſt) ex parte ſibi uerbis uindicat, quaſi fuſa noſtrarũ copiarũ parte, caſtriſq; direptis: re tamen fatebitur ueſtrã eſſe integram. polliceor enim uobis, nec cras, nec ſequentibus diebus ſponte prodituros in aciem: id quod certiſſimum argumentum eſt, heri uictos adhuc pauere: & ſicut athletæ faciunt, confiteri ſe inferiores uel ob hoc ipſum, quòd iam abſtinẽt à certamine. non enim ideo tam magnum collegerunt exercitũ, ut interſcepto aditu degant in Thracia: ſed quem murum uobis uenientibus obiecerunt præ timore, intra eum ſe clade heſterna perculſi cõtinent: quæ imperatorum alterum ætate maiorem & uſu peritiorem deſperatione coegit necem ſibi conſcire, quod & ipſum maximũ eſt cladis indicium. ergo ſi nobis prouocantibus in æquum locum nõ deſcenderint, malueríntq; in rupibus fiduciam collocare, quàm in manibus: tum uerò ut Romanos decet, colligite robur, quemadmodum heri feciſtis, turpe putãtes cedere territis, abſtinere à ſegnibus, & minoris arma ueſtra quàm illorum munimenta ęſtimare. nam ne noſtrum quidem propoſitum eſt in campis perpetuò uincere, & morantes cuncta deficiẽt. imò qui ſapiunt, bellum abſoluunt celeriter, pace fruũtur quàm poſſunt diutiſsimè. igitur opportunitates rerum gerendarum nos prouidebimus, quos heri non pœnitendos ardoris & conatus duces habuiſtis: uos contrà, quoties imperatores poſtulauerint, uirtutem exerite, rapinam heſternam nihili faciẽdo. nõ enim in his quæ habemus ſitæ ſunt noſtræ diuitiæ, ſed in uictoria: quæ res noſtras apud hoſtem adhuc incolumes, pręda cumulatas reſtituet. eas ſi feſtinamus recipere, feſtinemus ad prælium, quamuis iam heri ſatis multa recepimus, fortaſſe plura quàm amiſimus. nam illi quicquid ex Aſia rapuerunt ſecum ferebãt: uos è patria diſcedentes relictis pretioſioribus, neceſſaria tantũ aſſumpſiſtis. quòd ſi quid lautius fuit, noſtrum fuit imperatorum, qui parati ſumus omnia pro uictoria ueſtra impendere, nec obſtabit ea iactura quo minus addatur uobis

tur uobis denuò uictoriȩ præmiũ,in milites ſingulos quinquies mil leni ſeſtertij,centurioni quincuplum,tribuno duplum eius quod accipit centurio. In hanc ſententiã locutus: poſtridie rurſum eos produxit in aciem:cumq; hoſtis non deſcenderet, Antonius id moleſte ferebat, nec deſtitit producere. Brutus uerò copias ſuas partim inſtructas habebat, ne cogeret inuitus pugnare: partim per uiam qua cõmeatus afferebantur, certis interuallis diſpoſuerat præſidio. erat tumulus proximus caſtris Caſsij, quem occupare hoſti fuit difficile, quia ſagittis è caſtris infeſtari poterat. ei tamẽ Caſsius impoſuit præſidium, nequis audacior eum inuaderet. hunc à Bruto derelictũ Cæſariani occuparunt noctu quatuor legionibus, cratibus protecti ac corijs ad arcenda miſsilia. quo occupato aliæ decem legiones trans mouerunt caſtra uerſus mare quinq; ſtadia, inde porrò quatuor ſtadiorum interuallo duæ metatæ ſunt, hoc modò extenſuræ ſe uſque mare, cogitantes aut per littus, aut per paludes, aut quomodocunq; perrumpere, & intercludere cõmeatus hoſtium. huic conſilio Brutus occurrit tum alijs artibus, tum caſtellis ex aduerſo hoſtilium caſtrorum oppoſitis. At Cæſariani moras ferre non poterant, fame iam manifeſtè preſsi, quæ indies creſcens metum augebat. nam nec è Theſſalia ſatis eis ſubuehebatur, nec è mari quicquã ſperabant, claſſibus hoſtium toto mari uagantibus. quin & naualis in Ionio mari pugnæ euentus ad utrumq; exercitum iam perlatus timorẽ auxerat, appetente hieme quoq; moleſta in planicie cœnoſa manẽtibus. huic neceſsitati ut prouideretur, una legio miſſa eſt in Achaiam, ut quicquid nanciſceretur collectum feſtinè ad exercitum mitteret. Inſtante uerò tanto periculo anxij, cùm nihil proficerẽt alijs artibus, & fruſtra æquo loco oſtentarent aciem, ſubierunt cum clamore munitionem hoſtium, Brutum prouocantes ad pugnam cauillis & conuicijs, parati non tam oppugnare, quàm inſano impetu inuitũ ad prælium prolicere. at ille perſtabat in priſtino propoſito, eo magis quòd audierat de fame & de ſuorũ nauali uictoria, uidebatq; hoſtium deſperationem ex inopia natam: & malebat oppugnationem aut aliud quiduis ſuſtinere, q̃ confligere cum famelicis ac deſperatis, & totam fiduciam in armis habentibus. exercitus uerò aliter ſentiebat per imprudẽtiam, moleſtè ferens mulierum more in caſtris ſe otioſos præ metu concludi: indignabantur & ductores ordinum, non quòd improbarent Bruti conſilium, ſed quòd alacritate militum freti putarent citius adfore uictoriam. in cauſa erat ipſe Brutus mitis ac comis erga omẽs, diſsimilis Caſsio ſeuero & imperioſo per omnia. quapropter illius imperata minores duces exequebantur, nec rationem requirentes

quirentes eorum, nec ſi ſcirent retractãtes. Brutus uir manſueti ingenij nil aliud poſtulabat, quàm ut ex æquo imperaret cum alijs. tandem cùm crebro iactari uoces in militum circulis audiret: quo noſtro merito imperator damnat nos? quid peccauimus qui hoſtes fudimus & fugauimus? qui oppoſitum nobis cornu concidimus? qui caſtra expugnauimus? diſsimulauit, nec concionem aduocauit, ne præter decorũ à multitudine rationis experte cogeretur, præſertim mercenaria, quæ ſemper, ſicut inconſtantes ſerui, alios dominos reſpicit, leui momento in contrarium mutabilis. ubi uerò animaduertit & tribunos centurionesq; monere, utendum præſenti alacritate militum, fortaſsis enim effecturos aliquid egregiũ. quòd ſi quid aduerſum acciderit, redeundũ intra munitiones, & à uallo hoſtem arcendum: his magis etiã iratus, & dolens eos in cõmuni periculo tam facilè aſſentire militibus, dubiam fortunam anteponentibus tutæ uictoriæ, ceſsit illis in ſuam & ipſorum perniciem, his tantùm uerbis queſtus: Videor ut Pompeius Magnus bellum geſturus, nõ tam imperator, quàm imperata faciens. Et quantum ego intelligo, ideo non plura dixit, quia diſsimulabat id quod metuebat maximè, ne exercitus olim aſſuetus militiæ Cæſaris, indignatione motus ad hoſtẽ tranſiret: quod iam inde ab initio & ipſe & Caſsius ſuſpicantes, nullam eis occaſionem indignandi prębebant. Ita Brutus inuitus eos produxit, & ante munitiones ſtruxit aciem, ſubinde admonens ne longius à tumulo procederẽt: ut & receptus, ſi res id poſceret, eſſet facilis, & hoſtem poſſent è ſuperiore loco telis petere. erat autem utrisq; mutua cohortatio, & cupiditas pugnandi audaciaq; ſumma, quòd alteros fames urgeret, alteros iuſtus pudor, qui imperatorem ſuum coegerant cunctantem ad prælium: tunc uerò curabant ut re appareret fortitudo & audacia quam uerbis prę ſe tulerant, ne temeritatem magis ſecuti uiderentur, quàm laudabile cõſilium. quod & Brutus obequitãs ordines ſeuero uultu eis ingerebat, paucis pro tempore admonens: Vos pugnare uoluiſtis, uos me aliter affectum uincere cogitis. cauete ne uel meã uel ueſtrã ſpem fruſtremini. tumulus quoq; uos protegit, habetis à tergo ueſtra omnia. hoſtes in ancipiti ſunt periculo, inter uos & famem poſiti. Talia uociferans diſcurrebat, ordinibus acclamãtibus & fauſta ominantibus. Cæſar quoq; & Antonius, ſuos quiſq; obequitans, & dextram intendens, cõcitabat pro imperio, non diſsimulando famem, ut opportunam ad accendendã audaciam: Inuenimus hoſtem milites, adepti ſumus extra munitiones quos quæſiuimus. cauete ne quis ueſtrum ſuam prouocationem dehoneſtet, ne minis facta parum reſpondeant. cauete ne malitis cum

fame,

ſame,malo triſti & inexpugnabili conflictari, quàm cum armis hoſtium & corporibus, ueſtro ferro & audaciæ atq; adeò deſperationi ceſſuris.nam in eo ſtatu res noſtræ ſunt, ut procraſtinari non liceat,hodie de rerum ſumma decernendum eſt, & aut uincendum omnino,aut generoſe cadẽdum. Victores uno die,uno labore parabitis alimenta,& pecuniam,claſſes & exercitus, & inſuper ex noſtra liberalitate uictoriæ præmia.uincemus autem ſi primo congreſſu memores neceſsitatis fuerimus,deinde turbatis ordinibus cõfeſtim reditum ad portam eis intercluſerimus, & aut in prærupta eos aut in plana propulerimus, ne bellum rurſus renaſcatur, néue inimici ad ocium refugiant: qui imbecillitatis ſuæ conſciẽtia ſoli hoſtium non in pugnando ſpem collocant,ſed in abſtinẽdo à prælio.His tum adhortationibus utebantur Cæſar & Antonius quacunq; ſe uerterent, quibus effecerunt ut puderet non reſpondere imperatorũ expectationi, cupidos etiam euadẽdi famem ex necopinato auctam propter cladem acceptã nauali prælio.malebantq; in acie cum bona ſpe cadere ſi ita res ferat,quàm abſumi malo inexpugnabili.has cogitationes militibus inter ſe cõferentibus ambo exercitus repleti ſunt, nihil nõ auſuris animis, immemores quòd coniuncti eſſent iure ciuium, & quaſi natura hoſtes inuicem infenſi minaciter.adeò pręſens ira plus quàm ratio naturaq; ualuit.utriq; autem pariter diuinabãt, eius diei prælio de ſumma rerum Romanarum decerni,& decretũ eſt. iamq; dies, dum ſe parant, ad nonam horam proceſſerat, cùm aquilæ duæ pugnare cæperunt inter utramq; aciem intentam ſummo ſilentio. cumq; fugata eſſet quę à Bruto ſteterat,cõclamarunt hoſtes & ſigna collata ſunt,fuitq; congreſſus ſuperbus & immitis.omiſsis enim miſſilibus ut ſuperuacuis,cæteriſq; quæ in prælijs adhiberi mos eſt, cominus pugnabãt gladijs,ferientes & ictus excipiẽtes,impulſuq; mutuo turbantes ordines,alteri pro ſalute magis quàm pro uictoria certando,alteri pro ipſa uictoria,memores importunitate ſua coactum imperatorem ad id prælium.eratq; multa ubiq; cædes, multus gemitus,dum cadauera ſubtrahunt, & integros ſubſtituunt in locum cadentium,ſuccedentes è proximis manipulis. nec deerant imperatores officio ſuo,circũcurſantes & nunſquam non conſpicui,hortatibus accendendo impetum, laborantibuſq; acclamãdo, ut durẽt etiamnum pauliſper, & recentem manum in feſſorum locum ſufficiendo.itaq; à fronte ſemper redintegrabãtur animi.tandem Cæſariani, ſiue propter metum famis, ſiue propter fortunam ipſius Cæſaris (nam nec Bruti milites incuſari poterant) aciem aduerſam loco mouerunt, ac ſi impreſsione factà protruderẽt machinã quampiam grauiſsi-

grauiſsimam:hoſtes uerò pedem referebant etiam tum intrepidè.ut uerò prima frons diſſoluta eſt,concitatius ſe recipiebant, & cedentibus ſimul ſecundis ac tertijs manipularibus, omnes promiſcuè cõfuſi premebantur & à ſuis & ab hoſtibus inceſſanter urgentibus, donec effuſe iam fugerent. tum uerò Cæſariani mãdatorum memores, portam occuparunt magno ſuo periculo: telis enim & ſupernè & à fronte petebantur, donec excluſerunt fugientem multitudinẽ. fuga inde ad mare uerſa eſt,& ad montes per uallem Zygactę fluuij.fuſis & fugatis hoſtibus, quod reliquum erat operæ imperatores inter ſe partiti ſunt: relictoq; Cæſare ut erumpẽtes è caſtris exciperet, & ipſa caſtra cuſtodiret, Antonius exequebatur imperatoris omnia munia,fugiẽtes pariter ac reſiſtentes inuadens, & caſtra eorũ alia: profligabatq; omnia uiolento impetu:& ueritus ne duces elapſi aliũ exercitum colligerent,equites miſit circa uiarum exitus, qui fugientes caperent. qui diuiſis regionatim operis montem aſcendebant cum Thrace Raſco ſimul miſſo propter uiarum notitiã: & omni ex parte circundatis munitionibus præruptisq; caſtrorum, effugientes ut feras uenabantur,obſeruantes ne quis è caſtris euaderet. pars Brutũ ipſum perſequebantur. hos continuato curſu uenientes cõſpicatus Lucilius Lucinus ſubſtitit, & Brutum ſe fingens rogabat ut ad Antonium duceretur,non ad Cæſarem: qua de cauſa potiſsimum Brutus credebatur,quòd uitaret inimicum implacabilem. hunc ubi adduci cognouit Antonius, feſtinus occurrit, fortunam & dignitatẽ uiri uirtutemq; ſimul reputans, & cogitans quomodo excipiendus ſit.cui Lucinus obuiam factus ſatis audenter,Brutus,inquit,non eſt captus: nec capietur unquã uirtus ab ignauia.ego uerò his deceptis hic adſum tibi.tũ Antonius uidens erubuiſſe equites,conſolatus eſt. Non minorem mihi hanc prædam,inquit, ſed meliorem quàm putatis uenati eſtis,quãto amicus inimico eſt potior. & Lucinum tunc quidem amico cuidam curandum tradidit,deinde uerò ipſe fidiſsima eius amicitia uſus eſt. At Brutus cum ſatis multis in montes refugit,ut noctu reuerteretur in caſtra,aut ad mare deſcenderet.quoniam autem omnia cuſtodijs erant interſepta, armatus pernoctauit cũ omnibus:ferturq; ſidera intuentẽ dixiſſe,Iuppiter,ut ferias,qui horum eſt cauſa malorum: Antonium utiq; ſubindicãs: quod ipſe tandem (ut fertur) in proprio periculo faſſus eſt ſera pœnitẽtia: quòd cum poſſet accẽſeri Bruto & Caſsio, maluiſſet fieri apparitor Octauij. tũc uerò & Antonius armatus in ſtationibus per totam noctem Bruto ſe oppoſuit, pro uallo uſus congeſtis armis & cadaueribus. Cæſar uerò in mediam noctem labore tolerato, propter morbum

ſeceſsit, Norbano tradita caſtrorum cuſtodia. Brutus ſequēti die uidens inimicos perſtare in inſidijs, & circa ſe non integras legiones quatuor, ipſe quidē parum tutum putauit eas alloqui, ſed tribunos non ſine pudore agnoſcentes erratum ſuum, miſit ad eas, prætentaturos an uelint per medias inſidias erumpere, & ſua recipere adhuc aſſeruata à præſidiarijs. illi qui & prælium alacriter inierant, & hoſtem diu magno animo ſuſtinuerant, tunc infenſo numine reſponderunt imperatori, eum non pro dignitate ſe gerere: ſibi qui toties fortunam tentauerint, non eſſe corrūpendam ſpem pacis reliquam. Tum Brutus ad amicos, Ergo iam inutilis ſum patrię, ſi & iſti ſic animati ſunt: ſimulq́; Stratonem Epirotam amicum ſuum uocauit, iuſſitq́; ut ipſum ferro conficeret. qui cùm amplius deliberandum cenſeret, unum è ſeruis uocauit: & Strato: Non deerit, inquit, tibi Brute amicus magis quàm ſeruus ad mandata ultima, ſi iam decretum eſt: ſimulq́; cum dicto gladium infixit in latus Bruti, nec præbentis, nec auerſantis. Hic fuit Caſsij Brutiq́; exitus, uirorum generoſiſsimorū nominis Romani & illuſtriſsimorū uirtute incōparabili, abſq; uno piaculo: quos & C. Cæſar quāuis Pōpeianos, ex inimicis hoſtibusq; amicos fecit, & in amicitiam ſemel receptos, pro filijs habuit: ſenatus uerò tum extinctos deſiderauit, tum caſum eorū miſeratus eſt: quippe qui propter hos duos obliuionē decreuit cæteris, & exulantibus his dedit prouincias, ne eſſent exules: nō in contemptū Cæſaris, neq; quòd facto gauderet, quando & uiuum uirtutis fortunæq́; cauſa miratus eſt, & defunctū ſepelijt publicè, actaq; eius rata habuit, & magiſtratus pręfectosq́; diu ex pręſcripto eius creauit, ratus nihil ſe melius inuenturum illius conſilijs. ſed ſtudium erga hos uiros & ſolicitudo pro eis calumniandi materiam præbuit: adeò cari erant omnibus. quin & optimates exulum hos præferebant Pompeio, quòd hic propinquus eſſet, nec de pace deſperaret, illi & lōginquiores eſſent & implacabiles. cæterùm cùm ad res gerendas uentum eſt, biennio non integro collegerunt pluſquam uiginti legiones, & equitum circiter uiginti milia, naues longas ſupra ducentas, aliumq́; apparatum haud contemnendum: pecunias quoque infinitas à uolentibus nolentibus exegerunt: in bellis etiā quæ cum multis ciuitatibus ac gentibus & aduerſæ factionis hominibus geſſerunt, ſæpe uictores, imperio potiti à Macedonia uſq; ad Euphratem: & quoſcunq; bello petierunt, ad ſocietatem pertraxerūt, eorumq; opera fideli uſi ſunt, ſicut & regum ac dynaſtarū, atq; Parthorum etiam quamuis inimicorum, duntaxat in rebus minoribus: de rerum tamen ſumma certaturi, non expectarunt eorum aduētum, ne barbara infeſtaq; gens Romano

mano ſolo inſueſceret: et quod maximè mirandum fuit, pleraq; pars eius exercitus conſtabat ex his qui ſub C. Cæſare ſtipendia fecerant: quorum fatalem fauorem & ſtudium erga illum, percuſſores hi ad ſe traduxerunt, ita ut fideliorem operam ipſis præſtarent contra filium Cæſaris, quàm Antonio ſocio Cæſaris collegæq́;. nemo enim eorũ Brutum Caſsiumq́; uel uictos deſeruit, cũ Antonius ad Brundiſium à ſuis ante initium belli deſertus ſit. prætextũ autem belli habuerunt & nunc & Pompeianis temporibus, non utilitatem propriam, ſed nomen reipublicę: ſpecioſum quidem, ſed nõ ſemper cõmodum. ſe autem ipſos, poſtquam uiſi ſunt non amplius utiles patriæ, ambo contempſerunt pariter. quod autem ad utriuſq; curas attinet, Caſsius in unum bellum intentus, ſicut gladiator in aduerſariũ, nihil ſpectabat aliud: Brutus ubicunq; erat, uiſendarum rerum & audiendi fuit cupidus, quippe qui & philoſophiam liberaliter attigerat. attamẽ quamuis tam egregij uiri eſſent, omnibus eorum cœptis aduerſabatur facinus perpetratum in Cæſarem, quippe nec ſimplex nec modicum. amicum enim necopinum oppreſſerant, ingrati ergà benemeritum, qui belli iure captos ſeruauerat: & oppreſſerant per ſummum nefas imperatorem ſuum, in curia: põtificem, ſacra ueſte amictum, potentia præeminentem quantum non alius: ſed ſupra cæteros omnes imperio patriæq́; utiliſsimũ. quapropter numine irato, prodigia quoq; prænuncia fuere illorum exitus. nam Caſsio copias luſtranti lictor inuerſam coronam impoſuit, & aurea uictoria dedicata ab eo ſponte decidit: aues quoq; gregatim ſupra illius caſtra ſine ullo clangore conſederunt, examina uerò apum ferè continuè. Brutum item Sami natalem ſuum celebrantẽ in comeſſatione, quamuis non eſſet procliuis ad talia, ſine ulla euidente cauſa hunc uerſum protuliſſe aiunt: Sed me ſors miſera & Latonæ perdidit infans. & cùm traiecturus eſſet cum exercitu in Europam ex Aſia, noctu lucubrantem ad deficientem lucernam, uidiſſe aſtare ſibi ſpectrum inuſitata facie, & intrepidè percontatum, quisnam hominũ deorúmue eſſet? ſpectrum reſpondiſſe: tuus ſum Brute malus genius. Philippis me uidebis iterũ. aiunt apparuiſſe ei pridie quàm poſtremò pugnatum eſt. rurſum exercitui caſtris exeũti obuiam fuit Aethiops, quem mox milites abominati conciderunt. fuit & illud aduerſæ fortunæ, quòd Caſsius pòſt pugnam æquo marte diremptam deſperauit tam facile. Bruto conſultam cunctationem obtinere non licuit per milites: quodq́; pręlium conſeruit cum uiris magna fame preſsis ipſe abundans cõmeatibus & claſsibus, magisq; afflictus ſit à ſuis quàm ab hoſtibus. attamẽ multis rebus geſtis cõmunibus auſpicijs, in prælijs

nullam cladem paſsi ſunt: ambo autem interfectores ſuimetipſi fuerunt, ſicut prius Cæſaris fuerant. Ita Caſsius Brutusq; pœnas dederunt. corpus Bruti inuentum Antonius mox inuoluit coccina ueſte pulcherrima, crematoq; reliquias miſit matri eius Seruilię. exercitus eius morte cognita, miſit legatos ad Cæſarem & Antonium, impetrataq; uenia inter eos diuiſus eſt. erãt autem circiter quatuordecim milia, mox & illi deditionem fecerunt, qui erant in diuerſis caſtellorum pręſidijs. caſtella ipſa cum caſtris hoſtium cõceſſa ſunt in prædam Cæſarianis & Antonianis militibus. illuſtres uiri qui Brutũ ſequebantur partim in prælio ceciderunt, partim ipſi ſe interemerũt ſicut imperatores: quidam data opera pugnarunt uſq; ad necem, & in his L. Caſsius imperatoris fratris filius, & Cato Catonis illius filius, ſępius ingerẽs ſe hoſtibus, poſtremò depoſita galea, ſiue ut agnoſceretur, ſiue ut periret facilius, ſiue utraq; de cauſa. Labeo item uir notæ ſapientiæ, pater Labeonis eius qui nunc quoq; inter iuriſconſultos celebratur, effoſſa in tentorio ad ſui corporis modum fouea, ubi reliqua ſeruis mandauit, uxori quoq; & liberis ſcripſit quæ uoluit, & literas ſeruis commiſit. fidiſsimum autem ex eis dextra præhenſum circumegit, ut mos eſt Romanis libertos facientibus. moxq; gladium ei dedit & iugulum præbuit. & huic quidem tẽtorium pro ſepulcro fuit. Raſcus autem Thrax multos è mõtibus retraxit, cuius operæ præmium petijt & accepit ſalutem fatris ſui Raſcupolidis: unde ſatis apparuit, nec ab initio belli hos Thraces diſſenſiſſe: ſed cùm duo magni exercitus prope terras eorum dubio marte conflictarentur, incertum euentũ ita partitos, ut uictor uictum ſeruaret. At Porcia Bruti uxor, Catonis iunioris ſoror, poſtquam utrunque hoc fato ſublatum audiuit, cùm à domeſticis admodum cautè ſeruaretur, prunas è foco raptas deglutijt. quotquot autem alij nobiles in Thaſum euaſerunt, partim enauigarunt inde, partim cum reliquo exercitu in Meſſalæ Coruini & L. Bibuli poteſtatem ac arbitrium ſe dediderũt. alij de ſalute cũ Antonianis pacti, Antonio in Thaſum appulſo tradiderunt quicquid ibi erat pecuniarum, armorum, cõmeatuúmue, & apparatum reliquum. atq; ita Cæſari Antonioq; periculoſa audacia duobus terreſtribus prælijs talem uictoriã peperit, qualis ad eam diem nulla fuit. nũquam enim antea tanti aut tales exercitus Romani conflixerũt inter ſe, non ex delectibus urbanis cõſcripti, ſed uirtute lectiſsimi: nec tirones, ſed ueterani, bellis tam externis exercitati quàm ciuilibus: unius linguæ, unius militaris diſciplinæ peritia pares & robore, & ob hæc nõ facile alteri ab alteris ſuperabiles. ad hæc in nullo unquam bello tanto impetu tantaq; audacia tam multi congreſsi

greſsi ſunt,& quidem ciues, quondam inter ſe familiares contuber-
nalesq;.id ita eſſe certo argumento colligitur, quòd exęquato utro-
que prælio, non minor cæſorum numerus apud uictores comper-
tus eſt.atq; ita imperatorum Antonij Cæſarisq; prædictionem ut ue
racem exercitus comprobauit,uno unius diei labore ſeruatus ab ex-
tremo famis ac internecionis periculo, & per glorioſam uictoriam
translatus ad ſummam abundantiam. euenit & quod prodeuntibus
in aciem Romanis præſagijt animus. decretũ eſt enim ea pugna de
uniuerſo ſtatu eius ciuitatis, nec redijt poſthac res publica, nec fuit
opus ſimilibus inter ciues cõtentionibus,abſq; una diſſenſione Cæ-
ſaris & Antonij,quæ fuit inter Romanos ultima.motus uerò qui uſ-
que ad eam interceſſerant poſt Bruti obitum, Pompeio & Caſsianis
qui euaſerunt renouantibus bellum, quòd haberent adhuc eius ap-
paratus reliquias, nec parem præ ſe tulerunt audaciam, nec ſimilia
erga imperatores ſtudia uel ciuitatum uel exercituũ: quia cœptis nõ
illuſtris quiſquam,non ſenatus affuit,deniq; nõ ipſa popularis aura,
ut Caſsio Brutoq;,adſpirauit.

# APPIANI ALE-XANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS Ciuilibus Liber V

CAETERVM poſt Caſsij Brutiq; obitum Cæ-
ſar Italiam petijt,Antonius Aſiam,ubi Cleo-
patra Aegypti regina cũ eo congreſſa primo
ſtatim aſpectu uicit: qui amor & ipſis perni-
ciẽ,& poſt eos Aegypto uniuerſę attulit ma-
la plurima:quapropter & Aegyptus erit pars
huius uoluminis, non tamen tam magna ut
titulum ei dare debeat,cùm admiſceant mul-
tò plura de bellis ciuilibus. nam & poſt Caſsium Brutumq; fuerunt
alia ſimilia, nullo imperatore qui, ut illi, præeſſet omnibus, ſed alio
aliubi ductante copias,donec Sex.Põpeius Magni filius iunior,eius
factionis reliquus,à Caſsianis in faſtigio poteſtatis collocatus eſt, &
Lepidus imperio priuatus eſt,ſumma rerum in duorum tantùm po-
teſtatem redacta, Cæſaris & Antonij. ea nunc ſingula narrabimus.

Caſsius cognomine Parmenſis, Bruto Caſsioq; ad bellum profectis, relictus in Aſia cum claſſe ac exercitu, ut pecunias exigeret, poſt Caſſij mortem ſperans de Bruto meliora, è Rodiorum nauibus triginta ſelegit, ratus tot ſe impleturum ſocijs naualibus, reliquas incēdit excepta ſacra, ne ciuitas poſſet res nouas moliri. quo facto ſoluit inde cum nauibus ſuis & Rodijs. Clodius autem à Bruto miſſus eò cum tredecim nauibus, ut uidit rebellantes Rodios (iam enim & Brutus ſublatus erat) deduxit inde præſidiū trium milium, & cum Parmenſi ſe cōiunxit. ad eos uenit Torulus cum alijs multis nauibus & pecunijs quas à Rodijs ante defectionem exegerat. ad hanc claſſem, ut in qua iam eſſet aliquid roboris, cōfluebāt quotquot pro uarijs officijs erant diſperſi per Aſiam: & imponebāt legionarios quantū poterāt: remigum quoq; delectus faciebāt è nexis & mancipijs, & ex inſulanis ad quos appellebant. ad eos uenit & Cicero iunior, & quotquot nobilium è Thaſo diffugerant, ita ut breui frequens conuentus fieret, & claſsis exercitusq́; non contēnendus cum ſuis ducibus. aſſumpto deinde Lepido cum alia manu, quæ prę̨ſidio Bruti Cretam tenebat, ad Murcum & Aenobarbum ualidis copijs præfectos nauigarunt in mare Ionium: ubi diuiſi, pars cum Murco petijt Siciliam, & uires Sex. Pompeio addidit, pars cum Aenobarbo manſit, & propriam factionem conſtituit. atq; ita è reliquijs Caſsiani apparatus rurſum noui coiuerunt exercitus. At Cæſar & Antonius pro Philippenſi uictoria ſacris operabantur, & gratias agebant exercitibus: moxq; ad perſoluenda præmia profectus eſt imperatorum alter in Italiam, ut agros militibus diuideret, ipſosq; in domos aſcriberet. hoc enim elegit propter ualetudinem. Antonius uerò tranſmarinas prouincias petijt, collecturus pecunias quas eis promiſerant: rurſumq; diuiſione facta, prę̨ter ſupradictas prouincias, uſurpauerunt etiam quas Lepidus habuerat. nam & ulteriorem Galliam Cæſar poſtulabat liberam ex præſcripto patris facere: & Lepidus incuſabatur quaſi Pompeio fauens ſocios proderet: decreueratq; Cæſar, ſi deprehenderetur calūnia, prouincias alias Lepido reddere. emeritos quoq; dimiſerūt prę̨ter octo milia: quos rogati ut amplius eis militare liceat diuiſerunt inter ſe, & cohortes prę̨torias ex eis centuriauerunt. Supererant annumeratis qui à Bruto defecere, legiones undecim, equitū quatuordecim milia. ex quibus Antonius propter ſuſceptam expeditionem ſex legiones aſſumpſit & equitum decem milia, Cæſar equitum quinq; milia, cum quatuor legionibus. & pro his ipſis quas Antonio conceſſerat, recepturus erat alias, quæ illi ſub Caleno militarāt relicti in Italia. deinde Cæſar profectus eſt uerſus mare Ionium. Antonius

tonius poſtquam ad Epheſum peruenit, diuæ loci eius præſidi fecit ſacra magnificè, & ſupplices Caſsianos qui in aſylum id confugerãt, abſoluit, excepto Petroni,oqui conſpirationis in Cęſarem conſcius fuerat,& Quintio qui Laodiceæ Dolobellã Caſsio prodiderat. Græcos inde cæteraſq; nationes quæ circa Pergamum incolunt Aſiam, in frequenti legationum de pace conuentu, ſic pro concione allocutus eſt: Vos nobis uiri Græci, Attalus rex ueſter teſtamento reliquit, & mox meliores cõmodioreſq; nos experti eſtis quàm Attalũ. tributa enim quæ illi pendebatis,uobis remiſimus, donec exortis & apud nos populi turbatoribus, tributis opus habuimus. tum uerò non pro cenſu tributa uobis impoſuimus, ut ipſi extra periculũ exigeremus, ſed quotannis certam fructuum portionẽ pendere imperauimus,ut ex aduerſis tempeſtatibus cõmune uobiſcum detrimentum ſentiremus.cumq; publicani plus ęquo petentes iniurijs uos afficerent,C.Cæſar uobis remiſit tertias uectigalium, cauitq; ne in poſterum iniuriæ uobis fierent.uobis enim cõmiſit tributorũ exactionem ab agricolis: & talem uirum boni ciues noſtri tyrannũ appellauerunt,& uos eis contuliſtis multas pecunias,interfectoribus hominis optima de uobis meriti, idq; cõtrà nos qui eius uicem ulciſcimur. Verùm quia fortuna iuſtiori cauſę fauens,non ut uoluiſtis,ſed ut æquum erat decreuit, ſi ut eorum ſocij perſeueraſſetis in armis, puniendi ueniebatis. quoniã autem libenter credimus hæc coactos feciſſe,grauiores pœnas uobis remittimus:pecunijs tantùm & agris & ciuitatibus nobis opus eſt,ut perſoluantur exercitui uictori præmia.ſunt autẽ uigintiocto legiones,quæ cum ſuis appendicibus cõficiunt CLXX. uirorum milia:præterq; equites & militaris turba reliqua.ex hac multitudine uirorũ,quàm multis opus habeamus ſumptibus, poteſtis conijcere. agros & ciuitates eis diuiſurus Cæſar abit in Italiam,ut uerbo dicam,cõmigrare iuſſurus Italiam. uobis ne migrandum ſit ab ruſticis ac urbanis prædijs,ab aris fociſq;, denique à maiorum monumentis,pecuniarum tantùm ſubducta eſt ratio: nec tamen omnium:nec enim ferre potuiſſetis:ſed partis modicæ,quam ubi audieritis,contenti opinor abibitis. quantũ noſtris inimicis dediſtis biennio (dediſtis autem decem annorum uectigalia) tantundem nobis ſufficiet,niſi quòd intra annum accipere uolumus,quando ſic poſtulat neceſsitas.gratiam enim agnoſcitis.nam fatendũ eſt, uos non mulctari pro merito. Sic ille XXVIII. legionibus oſtentans gratiam, cùm ad Mutinam icto fœdere quadraginta tribus integris promiſerint præmia. in tantum acciſus erat tunc legionum numerus.Nondum extrema uerba finierat,cùm Gręci humi proſtrati,

multis exemplis adductis in medium excuſabant ſe uiolentiam Bruti Caſsijq́; perpeſſos, nō tam mulcta dignos quàm miſericordia. daturos enim libenter benemeritis, exhauſtos eſſe ab hoſtibus, quibus non pecunias modò, ſed his deficientibus ſupellectilem & ornamenta omnia contulerint, inde monetam ſignatam apud ſe. tandem impetrarũt, ut nouem annorum tributum penderent intra bienniũ. Regibus, dynaſtis, ciuitatibusq́; liberis, alia pro cuiuſq; facultatibus imperata ſunt. Obeuntem autem prouincias Lucius Caſsij frater, & alij quotquot ſibi timentes, de exemplo clementiæ ad Epheſum edito audierant, acceſſerunt ſupplices, quos omnes abſoluit præter conſpirationis conſcios. his enim ſolis manebat implacabilis. quin & ciuitates grauius oppreſſas conſolatus eſt, immunitate cōceſſa Lycijs, etiam Xanthios hortatus ut urbem ſuam inſtaurarent. Rodijs quoque donauit Andrum, Tenum, Naxum, Myndumq́;, quas non multò pòſt eis ademit, ut durius imperantibus. Laodicenſibus atq; Tarſenſibus libertatē cum immunitate conceſsit publicè, & quotquot Tarſenſes ciues capti uenierant, uno edicto liberauit. Athenienſibus comiter exceptis pòſt Tenum Aegynam dono dedit, præterq́; Icon, Ceam, Sciathum, Peparethum. trāſiens deinde per Phrygiam, Myſiam, Gallogręciam, Cappadociā, Ciliciam, Cœleſyriam, Palæſtinam, Ituræam, cæteraſq́; Syrorum prouincias, omnibus indixit tributa grauiſsima. diſceptationes quoq; ciuitatum ac regum ex arbitrio ſuo compoſuit, Siſinnæ Ariarathiſq́; in Cappadocia, prælato Siſinna in Glaphyræ matris formoſæ gratiam. in Syria uerò tyrannos oppidatim ſuſtulit: in Cilicia Cleopatram exceptā incuſauit, quòd non fuiſſet proximo bello Cęſaris laborum particeps. illa non tam ſe excuſauit, quàm ultro imputauit quatuor legiones inter initia belli miſſas ad Dolobellam: & quòd poſt aliam claſſem paratam impedita ſit aduerſis tempeſtatibus, caſuq́; Dolobellæ uicti opinione citius: quodq́; Caſsio bis minaciter imperanti ſuppetias non tulerit, medioq́; bello claſſe ſumptuoſa nauigarit uerſus mare Ionium cōtempto Caſsio Murciq́; ſtationibus, donec hiems præter aliam iacturam ipſam quoq; in morbum cōijceret. quamobrem nec poſtea ſe reuerſam in mare, parta iam uictoria. Tum Antonius ex aſpectu mentem ſaucius, cōtinuo cœpit eam amare iuueniliter, quamuis annum natus quadrageſimum, ingenio ſemper (ut fertur) ad huiuſmodi res flexili: in hanc uerò iam olim etiam tum puellam coniectis petulantius oculis, cùm Alexandriam ſequeretur ducem Gabinium iuuenis præfectus equitum. mox igitur remiſſa priſtina uiri induſtria, Cleopatræ iuſſa omnes exequebantur, nullo iam reſpectu humani

iuris aut diuini: quando & ſororem ipſius Arſinoen, apud Miletum Dianæ Leucophrynes ſupplicẽ, Antonius immiſsis percuſſoribus ſuſtulit: & Sarapionem præfectũ Cypri, quia auxilia Caſsio miſerat, Tyri ſupplicem, Tyrios iuſsit Cleopatræ dedere. ſimiliter & Aradios alium quendam ſupplicem, qui cum Ptolemæus Cleopatræ frater nauali prælio in Nilo uictus à Cæſare nuſquam cõparuiſſet amplius, ſe Aradijs uenditarat pro Ptolemæo. ſacerdotẽ quoq; Epheſiæ Dianæ Megabyzum, quòd Arſinoen tanquam reginam excepiſſet hoſpitio, duci iuſsit. ſed Epheſijs ipſi Cleopatræ pro eo ſupplicantibus dimiſit hominem. Tam cito mutatus eſt Antonius, qui affectus initium & finis ſecutorum malorũ ei fuit. reuerſa enim domum Cleopatra, Antonius miſit equites Palmyram, urbem non longè ab Euphrate ſitam, ut eam diriperẽt, in ſpeciẽ obiecto, leui crimine, quòd cùm eſſent in Romanorum & Parthorum confinijs, uiderentur ambiguæ fidei: quippe qui negotiationibus dediti è Perſide Indicas Arabicasq; merces ad Romanos deportant: re autem uera ut hoc modo ditaret equites. id quia præſenſere Palmyreni, in ulteriorem ripã ſua tranſtulerunt, diſpoſitis qui arcerent ſagittarijs, quo genere excellunt plurimum: equites autẽ inuenta urbe uacua, inanes & incruenti reuerſi ſunt. unde poſtea uidetur ortum bellum Parthicũ, multis è Syria tyrannis ad eos confugientibus. nam regio hæc uſq; Antiochum Pium, eiusq; filium Antiochũ, ſub regibus fuit Seleuci Nicatoris poſteris, ut in rebus Syriacis diximus. redacta autem Pompeij armis in prouinciã, Scaurum accepit præſidem: cui ſenatus miſit ſucceſſores alios, & in his Gabinium, qui Alexãdrinis bellum intulit. Gabinio ſucceſsit Craſſus, à Parthis pòſt interẽptus, & huic deinceps Bibulus. poſt obitũ autem C. Cæſaris, motis ſeditionibus oppidatim tyranni exorti ſunt, Parthis eos iuuantibus. iam enim penetrarant & in Syriam oppreſſo Craſſo à tyrannis inuitati, quos Antonius expulſos coegit ad Parthos fugere, & populis indixit tributa grauiſsima: offenſisq; Palmyrenis res prouinciæ turbatas non conſtituit, ſed diuiſo per hiberna exercitu, ipſe in Aegyptum ad Cleopatram profectus eſt. à qua exceptus ſplendidè, hiemauit ibi ſine inſignijs imperij, habitu & more priuati, ſiue tanquam in alieno imperio ciuitateq; regia, ſiue ut in hibernis feſtos dies celebraret. ſepoſitis enim curis, & ſemotis ducum officijs, pro habitu patrio ſumpſit ſtolam Græcanicam quadrangulam, & calceamẽtum album Atticum, quo tum Athenienſium tum Alexandrinorum ſacerdotes utuntur, uocantq; phæcaſum. progrediebaturq; tantùm ad templa, aut gymnaſia, aut philoſophorum conuenticula, cum Græcis conſuetudinẽ

habens

habẽs in obſequijs Cleopatræ, propter quam potiſsimum aiebat ſi-
bi eam peregrinationem ſuſceptam. Interea Cæſar in itinere quo
Vrbem repetebat, grauius laborabat ob aduerſam ualetudinem, pe-
riculoſiſsimè uerò circa Brundiſium, ita ut rumoribus iactatum ſit
eum eſſe mortuum. remittẽte ſe morbo Vrbem ingreſſus, Antoni-
anis literas imperatoris ipſorum exhibuit. qui mox & Calenum iuſ-
ſerunt duas legiones reddere Cæſari, & in Africam ſcripſerunt Sex-
tio, ut illi prouincia decederet, atq; ita utrunq; factum eſt. Tum Cæ-
ſar abſoluto ſua ſententia Lepido Africam uice ademptarũ prouin-
ciarum reddidit: & quod ex bonis proſcriptorum adhuc ſupererat
diuendidit. deducenti autem milites in colonias, & agros diuidenti,
magna difficultas obiecta eſt. milites enim petebant optimã quamq;
urbem tota Italia, ut antè bellum ſelectæ fuerant: contrà ciuitates
illæ poſtulabant, ut uniuerſa Italia diuiſioni huic adhiberet, aut ſor-
tito deducerentur coloniæ: & agrorum pretium repetebant ab im-
peratoribus, deficiẽte ærario. cõueniebantq; agminatim in urbem
promiſcuè iuuenes pariter ac ſeniores, mulieresq; cum paruis libe-
ris, & per fora templaq; cœtus faciebant lamentabundi, conqueren-
tes nullo ſuo peccato ſe homines Italici nominis pelli agris fociſq;
tanquam iure belli captos. quapropter populus condolebat & illa-
crymabat eorum calamitatibus, præſertim dum reputant nõ pro re-
publica, ſed pro libidine aliquot ciuium bellum id geſtum ad muta-
tionem ſtatus publici, & nunc reddi uictoriæ præmia, ut deductis
colonijs poſthac nequeat caput attollere reſpublica, dũ coloni hac
mercede obſtricti, parati ſunt principibus ad omne obſequium. ibi
Cæſar ciuitatibus neceſsitatis rationem exponebat, & ne ſic quidẽ
ſatis fore, nec fuit, ita uti uicini opprimerentur à militibus, limites cõ-
tumaciter tranſeuntibus, & plus quàm conceſſa uſurpantibus, & po-
tiora præripientibus: dum nec iurgijs Cæſaris à maleficio deterren-
tur, nec deliniuntur alijs largitionibus: quandoquidem principes, ut
opis ſuæ ad confirmandam dominationem egentes, facile contem-
nebant. iam enim inſtabat finis huius quinquennij, & utriſq; ad ſecu-
ritatem opus erat fauore mutuo, imperatoribus ut per milites prin-
cipatum confimarent: militibus ut accepta retinerent, manente pe-
nes autores eius donationis imperio: quos neceſſaria beneuolentia
uel propter ſeipſos proſequebantur. quin & alijs largitionibus ege-
nos milites ſolabatur Cæſar, è fanis mutuò ſumens pecunias, quo fa-
cto conciliauit ſibi eorum animos, prompta erga largitorem gratia,
cui agros, urbes, pecunias acceptas ferebant, inuidioſe occlamanti-
bus qui ſpoliabantur, illo uerò fortiter hoc ferẽte in gratiam militũ.

His

His animaduerſis Antonij frater Lucius tunc Cos. & eiuſdem uxor Fuluia, & qui abſentis bona procurabat Manius, ne Cæſaris uideretur totum hoc beneficium, néue ſoli deberetur gratia, & alter imperator fraudaretur fauore militum, uaframentis agebant ut coloniarum deductio differretur in aduentum Antonij. quod cum impoſsibile uideretur propter feſtinationem militum, petebant à Cæſare ut Antonianos ipſi deducerent in colonias, quamuis ex pacto id munus Antonius ſoli Cęſari ceſſerat, quod tamen conceſſum negabāt: productaq; ad exercitū Fuluia cum paruis Antonij liberis, inuidioſe ſupplicabant, ne paterentur illum fraudari ſua gloria, ſimul occaſione referendæ ipſis gratiæ. & erat tum inclytum Antonij nomen & apud milites & apud cæteros. nam Philippenſis uictoria, propter aduerſam Cæſaris ualetudinem, tota uidebatur unius Antonij. Cæſar quamuis non ignarus pacta uiolari, ceſsit tamen in gratiam Antonij. atq; ita legiones Antonianæ in colonias deductæ ſunt, nimia militum deductorum licentia, dum ne uideretur Cæſar beneficentia uincere, minus cohibentur à maleficijs. Fuerunt & aliæ ciuitates uicinæ his quarū agri militibus diuiſi ſunt, multas ab eis iniurias paſſæ, quæ clamabant in Cæſarem, iniquiores coloniarum deductiones nunc eſſe, quàm proſcriptiones antè fuerāt. tunc enim inimicos mulctatos, nunc uerò innoxios. & Cæſar intelligebat quidem iniuriam, ſed mederi non poterat. nam neq; pecuniā habebat, unde pretium agrorū ueteribus poſſeſſoribus redderet, neq; uictoriæ merces differri propter inſtantia bella poterat, Pompeio maria tenēte & Vrbi famem intentante intercluſis cōmeatibus, Aenobarbo etiam Murcoq; claſſem aliam & exercitum colligētibus: militibus uerò ſegniorem operam præbituris, niſi accipiāt debita uictoriæ præmia. & fermè iam iam exierat quinquenniū, ut rurſum opus eſſet exercitus beneuolentia. quamobrem ultro tum diſsimulabatur militaris inſolentia. certe in theatro Cæſare præſente cùm militi proprius locus non uacaret, trāſijt ad locos equitum: id populus notauit, Cæſar militem iuſsit ſurgere. exercitus rem indigne ferens, principem è theatro diſcedētem circūſtitit, militem exhiberi ſibi poſtulans, quia nuſquam apparentem periſſe putabat. ubi uerò ſuperuenit, rati productum è carcere: cum id negaret, remq; ut erat narraret, mentiri ſubornatum aiebant, proditorem appellando. & hoc quidem fuit theatralis inſolentiæ ſpecimen. cæterùm ad diuiſionē in campum uocati Martium, præpropere noctu uenerunt, ægreferētes Cæſarem ſuperuenire tardius: cùm Nonius centurio libere obiurgauit eos admonens officij, in Cæſaris ualetudinem, non ipſorum cōtemptum, cauſam reijciēs.

quem illi ut adulatorem cauillis adorti, mox iritatiores conuicijs & ſaxis impetierunt, & fugientem perſecuti dum in flumen ſe conijceret, necatum aquis extraxerunt, & proiecerunt quà tranſeundum erat Cæſari. quamobrem amici monebant ne ſe furentibus cõmitteret. ille tamen ne per abſentiã ſuam illorum inſaniam aleret, prodijt: uiſoq; obiter Nonij cadauere deflexit. ut uerò in paucos reiectũ eſt id facinus, iuſsis ut poſthac ſibi inuicem parcerent, agros diuiſit, & militaria dona meritis petere permiſit: deditq; nonnullis immeritis etiam præter animi ſententiam, donec uulgus admiratum eius conſtantiam, pœnitentia pudoreq; reſipuit, poſtulauitq; ut ad ſupplicium quęrerentur qui Nonium ad necem adegerãt. ille notos eos ſibi præfatus, ait ſe contentum ipſorum confeſsione ac cõſcientia, de cætero pœnam remittere. qui uenia ſimul & præmijs donisq; dignati, ad fauſtas acclamationes ſubito uerſi ſunt. hæc duo temporum illorum contumaciæ ſpecimina è multis ſelecta ſufficiant. in cauſa erãt duces pleriq; ſine legitimis creati ſuffragijs, ut fit in bellis ciuilibus: quando nec exercitus ſolennibus delectibus conſcripti fuerant in uſum patriæ, nec militabant auſpicijs S.P.Q.R. ſed eorum tantũ qui ipſos collegerant: ac ne id quidem legitimè, ſed priuatis inducti pollicitationibus: nec aduerſus hoſtes publicos, ſed aduerſus peculiares inimicos: nec cõtra exteros, ſed contra ciues dignitate pares. hæc ſunt quæ militarem diſciplinam peſſum dederunt, dum quiſq; oblitus ſe eſſe militem priuatis gratijs mauult ſeruire atq; cupiditatibus: dumq; principes opera ſubditorum abutuntur ad priuata cõmoda: & transfugium apud priſcos Romanos crimen inexpiabile, ea temporum iniquitate largitionibus rependitur, non milite magis uenali quàm exercitu, ne illuſtribus quidem uiris pleriſq; huiuſmodi ultro citroq; tranſitiones ad transfugarum ignominiam crimenq; pertinere exiſtimantibus. adeò tam apud integros exercitus, quàm apud nonnullos illuſtres uiros pro re ludicra habitum eſt transfugium, facile conciliante improbos morum ſimilitudine. namq; de cætero ſimiles inter ſe, homines alioqui mutabiles, ſolos pro hoſtibus habebant, qui ab imperatoribus ſuis quaſi rem populi agentibus aliquo prætextu dammabantur pro hoſtibus: itaq; imperatores quoq; tametſi negotium probe intelligentes multa ferre coacti ſunt in eis, qui excuſſa legum reuerentia ſolis trahebantur largitionibus. adeò tum ſublata omni diſciplina, ſeditionum incentores altoresq; regnabant in exercitibus. Vrbs interim fame laborabat, impeditis per Pompeium frumentationibus maritimis: in Italia uerò præ continuis bellis agricultura neglecta, propemodũ & ſiquid agri ferrent, abſumente milite.

milite. in ipſa quoq; urbe non ſolùm furtorum nocturnorum, uerùm etiam uiolentiæ fuit impunitas, dum militibus imputantur etiam aliena facinora. plebs uerò clauſis officinis, etiam magiſtratus antiquauit, ut quibus nihil opus eſſet in egena urbe occupata latrocinijs. Cæterùm Lucius bene affectus erga rẽpublicã & infenſus Triumuirorum potentiæ, ultra præfinitum tempus ut uidebatur manſurę, offendebat interdum Cęſarem ad contentiones uſq;, dum ueteres agrorum poſſeſſores ſuppliciter ad optimates confugientes ſolus excipit opem pollicens, & illi uiciſsim ad quiduis promittunt ei ſuam opem. quo factum eſt ut & Antoniani milites & Cæſar incuſarent eum tanquã aduerſantem Antonio, itemq; Fuluiam ut bellum excitantem alieno tempore. ſed præualuit Manij uafrum conſilium, qui mulieri perſuaſit, pacata Italia moraturũ Antonium apud Cleopatram, bello uerò turbante aduenturum properè. Tum Fuluia muliebri affectu exaſperauit Lucium: & cùm Cæſar proficiſceret̃ ad deducendas reliquas colonias, Antonij liberi comitati ſunt eum unà cum Lucio, ne potior haberetur Cæſar, ſi ſolus conſpiceretur in exercitu: cumq; Cæſaris equites excurriſſent in Brutiorum littora, ne Pompeius ea uaſtaret, Lucius ſiue timens, ſiue fingens ſe timere ne contra ipſum & Antonij liberos equitatus ille miſſus ſit, curſim ſe contulit ad Antonianorũ colonias, collecturus ſibi ſatellitium, Cæſarem calumniando ut perfidum erga Antonium. ille contrà docebat integram ſibi cum eo manere amicitiã, Lucium uerò alia de cauſa bellum inter ipſos ſerere, quòd infenſus ſit Triũuiratui, per quẽ noui coloni firmam poſſeſsionem habeant: equites uerò etiamtum in Brutijs eſſe ac mandata exequi. his intellectis Antonianorũ duces in Teanenſi conuentu cum eo collocuti redierunt in gratiam, his cõditionibus: ut cõſulibus per Triumuiros liceat rempub. adminiſtrare more maiorum. agros diuidant nemini præter defunctos Philippenſi militia. utq; pecuniæ proſcriptorum & agrorum pretia colonijs Antonianis ex ęquo diſtribuãtur: néue imperatorum alterutri poſthac in ijs delectus habere liceat. in expeditione contra Pompeiũ Cæſari duæ legiones Antonij militent. Alpes in Hiſpaniam à Cæſare miſsis ut pateant, néue Aſinius eos prohibeat. utq; his conditionibus Lucius pacatus ſatellitium amoueat, et ſecurus adminiſtret rempublicam. Hæ tum fuere cõditiones renouati fœderis opera ductorum exercitus: quarum duæ tantùm poſtremæ ratæ fuerũt, & Saluidienus inuitis cuſtodibus per Alpes tranſiit. cumq; reliqua differrẽtur, Lucius Præneſte ſeceſsit, dicẽs ſe timere Cæſarem pro magiſtratu munitum ſatellitibus, cùm ipſe nullos circa ſe habeat. ſeceſsit &

Fuluia ad Lepidum, dicens ſe timere ſuis liberis. nam hunc præfere-
bat Cęſari. & ab utriſq; ſcriptæ ſunt literæ Antonio, perferentib. eas
amicis, qui certiorem erant facturi de ſingulis. quarum exemplaria
diu quæſita inuenire non potui. tum utriuſq; exercitus proceres cō
iurarunt ſe ex iure dirempturos hanc litem imperatorum, & coactu
ros parēre eum qui noluerit, inuitabantq; huc & amicos Lucij. qui-
bus renuentibus, Cæſar inuidioſe eos tum apud primores exercitus,
tum apud urbanos optimates incuſabat. moxq; concurſus ex Vrbe
ad Luciū factus eſt, deprecātium ut miſereretur Italiæ afflictæ bellis
ciuilibus, & adhiberet aliquem, qui uel ſecum, uel cum præfectis mi
litum, negotium totum componeret. cumq; Lucius tum ipſos reue-
reretur, tum ea quæ dicebant, Manius reſpondit ſatis aſperè, Anto-
nium tantùm pecunias colligere ab exteris, Cæſarem uerò & exerci
tus & opportuna loca Italiæ pręoccupare co, nciliatis ſibi hominum
ſtudijs. nam & Galliam quæ prius obuenerat Antonio, nunc in frau
dem illius liberari, & Italiam propemodum uniuerſam pro octode-
cim ciuitatibus trāſcribi ueteranis: præterea legionibus XXXIIII.
non ſolis XXVIII. quæ pro ſuis partib. pugnarūt, agros diuidi: atq;
etiam pecuniam è fanis deſumptā, prætextu quidem Pompeiani bel
li, quod tamen in tanta urbis fame nondum cœptum ſit, re autē uera
ut militum fauor paretur aduerſus Antonium, dum etiā proſcripto-
rum bona non tam uendunť eis quàm donantur. quòd ſi pacē quæ-
rat ſeriò, debere eum prius actorum rationem reddere, & in poſte-
rum nihil agere niſi de cōmuni ſententia. Hæc fuit arrogans Manij
poſtulatio, ut neq; Cæſar quicquā poſſet arbrtratu ſuo facere, neq;
rata manerent de quibus cum Antonio conuentū fuerat, uidelicet
ut merum imperium uterq; haberet in cōmiſsis ſibi prouincijs, utq;
alter alterius acta rata haberet. tum Cæſar uidēs eos omnino bellum
cupere, ſe quoq; parabat. cæterū duæ legiones Anconam deductæ,
quæ & patri Cæſaris & pòſt Antonio militauerāt, poſtquam bellum
parari audiuerūt, pro affectu quo utrūq; proſequebanť, legatos mi-
ſerunt Romam, qui utroſq; deprecarētur ut pacem mallent. & cùm
Cæſar reſpondiſſet, ſe non Antonium impugnare, ſed impugnari à
Lucio, legati cum præfectis Antonianorū militum collocuti, cōmu-
nem legationem miſerunt ad Lucium, poſtulantes ut cōtrouerſiam
quam habebat cū Cæſare, ſineret decerni iudicio: præ ſe ferentes au
ſuros aliquid, ni admittat iudicium. Vbi uerò id impetrarunt à Lu-
cio, locus iudicio definitus eſt Gabij, urbs Romam inter & Præne-
ſte media, paratumq; eſt iudicibus conſiſtorium, & in medio ſugge
ſta duo, in quibus cauſa diceretur. Cæſar qui prior uenerat, equites
miſit

miſit quà tranſiturus erat Lucius, diſpecturos num quæ ſtruantur inſidiæ. hi in Antonianos inciderunt equites, ſiue prçcurſores Lucij, ſiue ſpeculatores etiam, cõſertisq; manibus occiderunt aliquot. Lucius retroceſsit, metu inſidiarũ,ut dicebat:uocatusq́; à præfectis exercitus, deducturos ſe eum pollicentibus, parere amplius noluit. itaq; fruſtratis pacificatoribus ſtatuerunt bellum gerere, amarulentis edictis inſectantes ſe inuicem.erant Lucio ſex legiones ex delectu quem Cos.creatus habuit, præterq; Antonianæ undecim ſub Caleno duce, omnes hæ in Italia. Cæſar Capuæ quatuor legiones habebat,& circa ſe cohortes prçtorias.Sex alias legiones Saluidienus adducebat ex Hiſpania.Lucio pecuniæ ſuppetebant è prouincijs pacatis Antonij: Cæſari ex omnibus quas ſortitus fuerat,excepta Sardinia, quæ tum bello infeſtabatur: & è fanis accipiebat mutuo, promittens ſe redditurũ cum fœnore, uidelicet è Capitolio, Antio, Lanuuio, Nemore, Tibure, in quibus urbibus & hodie ſunt theſauri copioſi ſacrę pecuniæ.nec erant omnia quieta extra Italiã. Pompeius enim ex proſcriptis,& ueteribus colonis, & hac ipſa Lucij ſimultate multũ exiſtimatione ac uiribus creuerat. qui enim ſaluti ſuæ metuebant,aut bonis ſpoliati fuerant, aut præſentem rerum ſtatum nõ probabant,ad ipſum accedebant maximè: ſimulq́; alia manus iuuenum militiæ lucriq; cupida,nihil referre putans cuius ductu ſtipendia faciat:quando omnes duces Romani erant, & Pompeij cauſa uidebatur iuſtior. quin & ex maritimis prædis ditatus fuerat, nauesq́; habebat cũ ſupplemento permultas.Murcus quoq; duas ei legiones adduxerat,& quingentos ſagittarios, pecunias multas, naues octoginta:& alium exercitũ acciuerat è Cephalenia. quapropter ſunt qui putent,ſi tum inuaſiſſet Italiam, facile potiturum ea fuiſſe, quæ fame ſimul & inteſtinis diſſenſionibus afflicta,illum reſpiciebat.ſed Pompeius per imprudẽtiam ſua defendere maluit,quàm aliena inuadere, donec ſic quoq; uictus eſt. In Africa uerò Sextius legatus Antonij, nuper exercitum à Lucio iuſſus Fagioni Cæſaris legato tradiderat: deinde remiſſus ut eum reciperet, cum Fagione reddere nolente bellum gerebat, collecta emeritorum manu & Afrorum multitudine, regulorumq́; auxilijs. & cùm in utroque cornu profligatus caſtra quoque amiſiſſet Fagio, ratus id proditione ſibi accidiſſe, ſeipſum interemit.Ita Sextius iterum utraq; Africæ prouincia potitus eſt.Bocchus item rex Maurorum à Lucio perſuaſus, Carinati Hiſpaniam pro Cæſare curanti bellum intulit.Aenobarbus quoq; cum ſeptuaginta nauibus & duabus legionibus, adiuncta etiam ſagittariorum funditorumq́; manu,& nõnullis uelitibus ac gladiatoribus ua-

gando per mare Ionium uaſtabat regiones agnoſcentes Triumuirorum imperium: & cùm appuliſſet Brundiſium, triremes Cæſarianas partim cepit, partim cremauit, & Brundiſinis intra mœnia compulſis, agros deprędatus eſt. eò Cæſar legionem unam miſit, & Saluidienum properare iuſsit ex Hiſpania: certatimq; delectus agebãtur per totam Italiam, tam à Cęſarianis, quàm ab Antonianis Lucij ducibus. interim pugnatũ etiã inter utroſq; aliquot uel minoribus uel maioribus prælijs, tum aperto marte, tum ex inſidijs. Verùm Italorum fauor erga Lucium erat multò propenſior, quòd pro ipſis contra nouos colonos bellum gereret. nec ſolùm ciuitates, quarum agri militibus diuiſi fuerãt, ſed Italia fermè uniuerſa cõmota erat, dum quiſq; ſibi timet calamitatem ſimilem: eiectiſq; Cæſarianis qui mutuabantur ſacram pecuniam, aut occiſis etiam, ſeruabant ſua mœnia, & accedebãt ad Luciũ. ediuerſo noui coloni adiungebãt ſe Cæſari, quaſi utriq; rem propriam agerent. In eo rerum ſtatu Cæſar, accito etiam equeſtri ordine in curiã, ita locutus eſt: Scio me à Lucij factione cõtemni ut parum audacem infirmitatis conſcientia, & eum contemptum augeri propter hunc ueſtrum conuentum. ego uerò exercitũ ualidum habeo, tum eum qui unà mecum iniuſtè ab eo læditur, detrahente ſibi debita præmia, tum eum qui aliâs noſtris auſpicijs militat. nec minus ualida ſunt cætera, modò ſana mens adſit. non enim delector bellis ciuilibus non neceſſarijs: nec abutendum cenſeo his qui ſuperſunt ciuibus in mutuam perniciẽ, præſertim hoc ciuili motu, cuius facinora non è Macedonia nunciabuntur aut Thracia, ſed ſpectanda ſunt in ipſa Italia: quæ ſi huius belli campus fuerit, etiamſi nemo deſideretur, quanta patietur incõmoda? hoc eſt, cur me priorem incipere pigeat. & nunc quoque proteſtor, me nec de Antonio queri, nec facere quicquam, cur ille de me queri debeat. ueſtrum eſt ut ueſtra etiam cauſa coarguatis Lucium cum ſuis inſtigatoribus, & ut eos mihi recõcilietis rogo. quòd ſi nunc quoq; perſtabunt in ſua peruicacia, oſtendam illis me hactenus non timore tardatum, ſed cõſilio. uos mihi non ſolùm apud uosmet teſtes eritis, ſed etiã apud Antonium, me ad hanc neceſsitatem adactum inſolentia Lucij. Hæc Cęſar: illi rurſum Præneſte aduolant. Lucius hoc tantùm reſpondit, utrinq; iam uentum ad manus præpropere. Cæſarem fictè agere omnia, qui iam Brundiſium legionẽ miſerit, quæ Antonium arceat ab aditu Italiæ. Manius uerò etiam epiſtolam oſtendebat Antonij: uerã an fictam incertũ, quæ iubebat uel bello tueri dignitatẽ ipſius. cũq; legati ſenatus amplius percontarentur, ecquis illius dignitatem cõuelleret, & prouocarent ea de re ad iudices, Manius rurſum multa cõmini-

comminiſcebatur, donec abierunt rebus infectis. nec tamen legatio reſponſum nunciauit Cæſari, ſiue quòd à ſingulis rem cognouit, ſiue ob pudorem, ſiue ob cauſam aliam. iamq; manifeſtũ bellum erat, & Cæſar in expeditionem profectus eſt, præfecto Vrbi Lepido cum duarum legionum præſidio. quo tempore magnus nobilium numerus declarauit ſibi non placere Triumuirorum poteſtatem. conferebant enim ſe ad Lucium. id bellum, ut compendio dicam, ſic geſtum eſt. Duæ Lucij legiones apud Albam exorta ſeditione tribunis expulſis ad defectionem ſpectabãt, ad eas cùm & Cæſar properaret & Lucius, hic prior eò peruenit: & multis largitionib. pollicitationibusq́; retinuit eas in officio. Furnio deinde adducẽte illi alium exercitum, Cæſar poſtremum agmen inuaſit, & Furnium in tumulum quẽdam compulit. proxima nocte abeũtem in urbem ſuæ factionis Sentiam, perſequi noluit metuens inſidias, ſed die ſequenti urbem obſedit & exercitum. At Lucius Romam properans, tria præmiſit agmina, quę mira celeritate noctu clàm urbem ingreſſa ſunt: ipſe cum exercitus robore, equitatu gladiatoribusq; ſequebat̃: exceptusq; à Nonio portæ cuſtode, milites eius in fidem recepit. Lepidus euaſit ad Cęſarem. Lucius aduocato in concionem populo ſpem fecit fore ut Cæſar & Lepidus mox pœnas dent eorum quæ in magiſtratu uiolenter egerant: frater uerò deponat ſponte poteſtatẽ illegitimam, conſulatum pro ea recepturus, hoc eſt, magiſtratum à maioribus traditum, pro dominatione tyrannica. Hæc locutus, omnibus lætis, & Triumuiratum iam antiquatum exiſtimantibus, imperator à populo cõſalutatus, profectus eſt contra Cęſarem: colligens obiter alium exercitum ex Antonianis colonijs, & ipſas muniens, bene affectas erga Antonium. interea Barbatius Antonij quæſtor, ab offenſo dimiſſus, ſcitantibus militibus reſpondit, eum iraſci gerentibus bellum contra Cæſarem & cõmunem potentiam. quo factũ eſt, ut quotquot dolum Barbatij non ſenſerunt, à Lucio deficerent ad Cæſarem. L. uerò Saluidieno profectus eſt obuiam, cum magnis copijs reuertenti ad Cæſarem è Gallia: quem à tergo ſequebãtur Aſinius & Ventidius, & ipſi duces Antoniani, uetantes ne ulterius procederet. tum Agrippa Cæſari amiciſsimus, ueritus ne Saluidienus circumueniretur, Inſubres occupauit regionem opportunam Lucio, putans fore ut ille à Saluidieno in ſe auerteretur, & à tergo infeſtaret̃ ab eo. nec fefellit Agrippam ſua opinio. Lucius cœpto fruſtratus petijt Aſinium & Ventidium, Saluidieno Agrippaq; utrinq; occaſionem inuadendi captantibus, & maximè itinerũ anguſtias obſeruantibus. ille ubi inſidias ſibi parari cognouit, nõ auſus cum utrinq; imminente hoſte manus cõ

ſerere, ad Peruſiam ſe recepit urbem munitam, & ibi caſtra metatus eſt, expectaturus Ventidium. moxq; Agrippa & Saluidieno ipſoq; Cæſare ſuperuenientibus, obſeſſus eſt Peruſię tribus exercitibus, accitis propere alijs quoq; Cæſarianis copijs, ne Lucius belli caput elaberetur. miſsi ſunt & qui diſtinerent Ventidium Aſiniumq;, quamuis non admodum properantes, quòd nec bellum id probarent, & incerti eſſent de mente Antonij. huc accedebat inter ipſos duces æmulatio, dignitate pares, & proinde non ſine cõtentione ambientes totius exercitus imperium. Lucius interim obſeſſus nec prælio ſe cõmittebat, impar hoſti non numero ſolùm ſed & genere militum, fruſtra tirones ueteranis obiecturus: nec iter ingredi audebat, ne à tam multis infeſtaretur undiq;. quapropter Manium miſit ad Vẽtidium & Aſinium, qui urgeret eos ad ſubueniendum obſeſsis: ſimulq; Titinium iuſsit cum quatuor equitum milibus è Cæſarianorum agris prædas agere, ut Cæſar ab obſidione diſcederet. Peruſiam autẽ ideo uenerat, ut ſi opus eſſet, in urbe munita hiemaret, donec Ventidius ueniret cũ ſocijs. At Cæſar uniuerſis copijs properè opus facere iuſſis, urbem circumuallauit quinquagintaſex ſtadiorũ ſpatio, propter tumulos in quibus urbs ſita eſt, & brachia longa inde duxit ad Tiberim, ne quid in eam importaret. ediuerſo Lucius ſimili uallo foſſaq; muniebat radices tumuli. Fuluia quoq; Ventidium, Aſinium, Ateium, Calenumq; properare iubebat in auxilium obſeſsi, cõſcriptoq; nouo exercitu, ductu Planci miſit eum ad Lucium. is Plancus legionem Cæſarianam, dum illa urbem peteret, concidit in itinere. Cùm autem Aſinius Ventidiusq; ſegniter quidem, ut incerti uolũtatis Antonij, irent tamen ad Lucium propter Fuluiam & Manium, ut obſidionem ſoluerent, Cæſar obuiam eis profectus eſt cum Agrippa, relicta ad Peruſiam cuſtodia. at illi prius quàm coniungerẽtur intermiſſo itinere contulerunt ſe alter Rauennam, alter Ariminum: Plancus uerò Spoletium ſe recepit. Cæſar oppoſita cuiq; parte ſui exercitus, ne coniungerẽtur, Peruſiam redijt, & celeriter foſsis uallum addidit: ipſas foſſas duplo patentiores fecit, aucta ad triginta pedes tum profunditate tum latitudine: munitiones quoq; altiores, additis MD. ligneis turribus ſexagenos pedes inter ſe diſtantibus & crebris propugnaculis: ita ut omnes munitiones eſſent ancipites, tam contra externa auxilia, quàm contra eruptiones obuerſæ. interim non ſemel eruptiones tentatæ ſunt, Cæſarianis melius uelitantibus eminus, & ex aduerſo gladiatoribus Lucij ingerentibus ſe audacius, multoſq; cominus trucidantibus. ubi uerò perfectum eſt opus à Cęſare fames in obſeſſos ingruit, augebaturq; in dies, quia nec oppidani nec ipſe ullos

ullos commeatus præparauerant. id intelligens Cæſar diligentiores adhibuit cuſtodias. nocte autem quæ præceſsit calendas Ianuarias, Lucius ratus id ſolenne allaturum hoſtibus negligentiam, in ipſam portam eorum fecit impetum, quaſi facta eruptione admiſſurus alias copias, quas multas multis locis habebat. ſed celeriter excita legione è propinquis excubijs, & Cæſare unà cum prætorianis ſuccurrẽte, Lucius poſt acre certamẽ retro repulſus eſt. Per eoſdem dies Romæ cum frumentũ aſſeruaretur in uſum militum, plebs bello & contentionibus ciuilibus exaſperata diſcurrit per priuatas ædes frumentum quærendo, & quicquid inuenit diripuit. At Ventidiani ignominioſum rati, non ſubuenire laboranti fame Lucio, profecti ſunt omnes ad eum reiectis Cæſarianis quacunq; ſe opponerẽt. ſed Agrippa Saluidienoq; aduentantibus cum maioribus copijs, ueriti ne circũuenirentur, deflexerunt Fulginium, caſtrum centũſexaginta ſtadijs à Peruſia diſsitum: ubi ab Agrippa obſeſsi, nocturnis ignibus multis accenſis ſignificabant Lucio. ibi in conſultatione placebat proficiſci ut decerneretur prælio. Plancus amplius expectandum cenſebat, ne ingererẽt ſe periculoſe medios inter Agrippam & Cæſarem: quę ſententia uiſa eſt potior. Qui Peruſiæ obſidebantur ad primum conſpectum ignium gauiſi, tardantibus ſocijs conijectabant eos impediri: ubi uerò ignes ceſſarunt, deletas putabant eas copias. Lucius autem fame preſſus, rurſum à prima uigilia uſq; diluculum eruptionem tẽtauit locis omnibus: ſed undiq; repulſus recepit ſe Peruſiam: & ſubducta ratione quantum uictualium eſſet reliquum, ſeruis pręberi uetuit, ipſosq; cuſtodiuit, ne transfugiendo indicarent eam difficultatem hoſtibus. errabant igitur agminatim paſsim ſuccumbentes malo uel in urbe, uel in pomœrijs, herbam ſicubi inuenirẽt depaſcẽtes & frondes uirides: exanimes autem Lucius in foueas altas defodiebat, ne rogos hoſtis animaduerteret, néue ex cadauerum exhalatione peſtis gigneretur. cumq; nec famis finis appareret nec funerum, milites pertæſi rogabant Lucium ut rurſum tentaret erumpere, quaſi munimenta omnino perfracturi. qui approbato eorum ardore: nuper, inquit, nõ tam ſtrenuè quàm neceſsitas poſtulabat certauimus. nunc aut deditionem facite: aut, ſi hæc morte uidetur deterior, uſq; ad mortem pugnate. accipientibus cõditionem omnibus, & ne nox ullam occaſionẽ ignauiæ præberet, clara luce ſignum ſibi dare poſtulantibus, Lucius duxit eos ſub diluculum, inſtructos affatim ferramentis & ſcalis uariarum formarum, machinis quoq; quibus foſſę complentur aggere, & turribus plicatilibus ex quibus pontes iaciuntur in mœnia: adhæc miſsilia generis omnis accedebant, &

ſaxa cratesq́;,quas palis inijcerent. itaq; connixi totis uiribus repleta foſſa uallum tranſcenderunt: ſubeuntesq́; murũ alij ſuffodiebant, ſcalas applicabant alij:quidã turres expugnabant magno mortis contemptu,quamuis arcerentur ſaxis, miſsilibus,atq; glandibus. fuitq́; non uno loco hęc oppugnatio.ita hoſtes in diuerſa diſtracti reſiſtebant ſegnius: alicubi uerò iã pontibus iniectis in mœnia ſummo certabatur periculo,Lucianis de ponte pugnantibus, & à lateribus impetitis omni telorum genere.perruperunt tamen, & in mœnia proſilierunt aliquot,moxq; plures ſequebantur: & fortaſsis ut deſperati effeciſſent aliquid, ni cognito non multas eſſe tales machinas, fortiſsimi Cæſarianorum recentes feſsis obiecti eſſent. qui tum demum deturbarunt eos è mœnibus, & confractis machinis, iam contemptim è ſublimi feriebant.illi perfoſsis ſcutis & conſauciatis corporibus,uoce quoq; iam deficiente,durabant tamen acriter. ut uerò etiã cadauera eorũ qui in mœnibus ceciderant,ſpoliata uiderunt deijci, non tulerunt contumeliam: ſed pudore confuſi conſtiterunt pauliſper dubij,ſicut athletæ interquieſcentes. ſic affectos miſeratus Lucius receptui cecinit. Cumq́; Cęſariani læti comploſiſſent arma ut in uictoria,iritati Lucij milites,rurſum arreptis ſcalis(iam enim nullas turres habebant)cum deſperatione ruebant in mœnia, ſed irrito conatu,quia lædere hoſtem non poterant. Lucius uerò circuncurſans eos rogabat,ne amplius de uita pugnarent, & gemẽtes ac inuitos reduxit. hic fuit acerrimę oppugnationis exitus. tum Cæſar ne hoſtes rurſum auderent tentare mœnia, poſt ipſa collocauit ſtationes militum:docuitq; ſigno dato alios alibi proſilire in murum:id quod cõtinuè faciebant nemine urgente, ſe exercentes & hoſtem territantes pariter. Lucij uerò milites occupauit mœſtitia,& ut in tali rerũ ſtatu ſolet fieri, cuſtodibus remiſsius agentibus fiebant transfugia, non uulgarium tantùm, ſed & præfectorum aliquot. Lucius quoq; iam ad pacem flectebatur,pereuntium multitudinem miſerãs:ſed unum hoc eum remorabatur,quòd Cæſaris inimici ſibi timebant. ſed ubi apparuit,à Cęſare clementer excipi transfugas,omnibus iam ad pacẽ pronioribus,timor Lucium ſubijt,ne ſi ſolus obſtaret,dederet Cæſari.quapropter poſtquã prætẽtati ſpes affulſit, ſic apud milites concionatus eſt: Erat quidem animus,cõmilitones,rempublicam reducere ad formam à maioribus traditam,cùm uiderem Triumuiratum uerſum in tyrannidem, neq; poſt Brutum & Caſsium ſublatos ceſſantem,qui prætextus belli fuere.Lepido enim amoto à collegio, Antonio in remotiſsimis prouincijs colligente pecunias, unus iſte arbitratu ſuo gerebat omnia:leges tantùm prætextui fuerunt & ludibrio.

brio. his incommodis ego quærens remedium, & cogitans de reſtituenda republica, poſtulabam ut redditis militibus uictoriæ præmiis abrogaretur unius imperium. quod quia impetrare nõ potui, conatus ſum pro poteſtate uel ui efficere. tum iſte me apud exercitum falſo incuſauit, quaſi obſiſtam ideo, quòd ueterum colonorum miſereat, eius calumniæ diu ignarus, ne tum quidem cum audiui credidi, ſciens & à me deſignatos qui uobis agros diuiderẽt. ſed quia pleriq; crediderunt calumniæ, profecti ſunt ad eum ut bellum contra nos gererent, comperturi tandem ſuſceptam contra ſeſe eam expeditionem. Equidem teſtis ſum uos potiores partes ſecutos laboraſſe pro eis ſupra uires etiam. uicti tamen ſumus à fame non ab hoſtibus, ac proinde à noſtris deſerti ducibus. me ſanè certantẽ pro patria decebat experiri fortunam extremam, laudem egregiæ uoluntatis percepturum ab exitu: ſed non ſuſtineo propter uos, quorum incolumitatem antepono meæ gloriæ. mittam igitur legatos ad uictorem, rogaboq; ut à me uno pœnas, uobis omiſsis, quas uult expetat: uobis uerò quam mihi non peto det ueniam, ciuibus ſuis & quondam etiã militibus, ac ne nunc quidem peccantibus, ſed honeſtas belli cauſas habentibus, & ne bello quidem uictis, ſed fame. Hæc locutus continuo miſit tres electos ex optimatibus: reliqua multitudo ingemuit, uel ſuam uicem, uel imperatoris, rectè cum eis ſentientis, & ut uidebatur amici reipublicæ, ſuccumbentis tamen neceſsitati ultimæ. Legati ad Cæſarem admiſsi memorabant communem patriam, cõmunemq; olim militiam, amicitias uirorum utriuſq; partis nobilium, morem maiorum abhorrentiũ à lętalibus diſſenſionibus, & cætera eòdem facientia. Cæſar non ignarus hoſtium exercitum conſtare è ueteranis et tironibus, arte uſus, ait ſe Antonianis ueniam dare in imperatoris gratiam, cæteros iuſsit ut ſe ipſius poteſtati permitterent. Hæc publicè: ſeorſim autẽ Furnio uni legatorum oſtendit ſpem clementię uel in reliquos, duntaxat exceptis inimicis proprijs. illi hoc priuatum Furnij colloquium ſuſpectum habentes, conuicijs ipſum exceperunt: & à Lucio poſtularunt ut aut eandem omnibus pacem peteret, aut bellum interneciuum gereret. bellum enim hoc nõ propter priuatas inimicitias ſuſceptũ eſſe, ſed pro republica. Lucius uiros dignitate pares miſeratus laudauit, promiſitq; ſe miſſurum legationem aliam: & prętatus neminem ſe inuenire ſeipſo magis idoneum, mox abſq; feciali profectus eſt, pręcurrentibus qui nunciarent Cęſari, deſcendere Lucium. ille confeſtim iuit obuiam. peruenerũt igitur in conſpectum ſtipati amicis, uterq; illuſtris cultu imperatorio. tum Lucius ſemotis amicis, duobus tantũ lictoribus comitatus

ibat,

ibat, præ ſe ferens quid peteret. intellexit Cæſar, & imitatus eſt eius modeſtiam, ut daret ſignum futuræ beneuolentiæ: ut uerò uidit Lucium intra uallum properantem, ut uideretur ſic quoq; in poteſtatẽ ſe permittere, ipſe prior extra uallum prodijt, ut liberum eſſet Lucio rebus ſuis cõſulere. hæc dum ſe inuicem accedunt ipſo habitu ſigna ſunt edita. ut uerò ad foſſam peruentum eſt, poſt mutuam ſalutationem ſic Lucius exorſus eſt: Si cum exteris bellum hoc geſsiſſem Cæſar, uinci turpe putarem, turpius etiam deditionem facere, & ab hac ignominia facile meipſemet eximerem: quoniam autem & cum ciue mihi res fuit, & cum pari dignitate prędito, idq; pro patria, non exiſtimo turpe talem ob cauſam à tali uiro me uinci. quod dictum ſit, non quia recuſem pati quicquid uis, quippe qui ſine feciali ad tua caſtra profectus ſum: ſed ut alijs petam ueniam, iuſtam & tuis rebus utilem. quod ut clarius intelligas, ſeparabo cauſam illorũ à mea, ut poſtquam me ſolum cauſam fuiſſe intellexeris, in me iram effundas. nec putes me uelle inuehi in te licẽtius, quod intempeſtiuum fuerit, tantùm uerè dicẽtur quæ diſsimulari non poſſunt. Ego hoc bellum contra te ſuſcepi, non ut te ſublato in principatum ipſe ſuccederem, ſed ut reipublicæ moderationem ad optimates reuocarem, quæ ſub hac Triumuirali poteſtate ceſſat, quod ne ipſe quidẽ negaueris. cùm enim eam induxiſtis, faſsi non eſſe legitimam, dixiſtis ad tempus neceſſariam, Caſsio Brutoq; ſuperſtitibus, qui uobis reconciliari non poterant. illis ſublatis, qui diſſenſionis caput fuerant, reliquis, ſi quę tamen ſunt reliquiæ, non contra rem publicam, ſed quòd metuant ſibi à uobis, arma ferẽtibus, elapſo etiam quod præfiniſtis quinquennio, poſtulaui ut magiſtratus oppreſsi caput rurſus attollerẽt, ne fratris quidem ratione magis quàm patriæ habita: quippe ſperans me idem ei perſuaſurum quamprimum reuerterit, & properãs rem ceptam abſoluere magiſtratus mei tẽpore. id ſi tuum fuiſſet inſtitutũ, ſolus haberes gloriam. Verùm quoniam perſuadere tibi non poteram, ad Vrbem profectus putabam ui id effecturum me, qui & ciuis eſſem nobilis, & conſul etiam. hæ ſolæ ſunt huius belli cauſæ, nõ frater, nec Manius, nec Fuluia, nec agri diuiſi uictori ad Philippos militi, nec miſeratio ueterum colonorũ ſuis eiectorum poſſeſsionibus. nam me quoq; autore aſsignati ſunt agri fratris legionibus, ſpoliatis poſſeſſoribus priſtinis. ſed hanc calumniam tu cõmentus es, ut tuam culpam belli moti transferres in me nouosq; colonos: & hac arte cõciliatis ueteranorum animis nũc uictor euaſiſti. perſuaſum enim eſt eis, me ut hoſtem infenſum repellendum eſſe hoſtiliter. Sed his artibus utendũ fuit dum aduerſum me bellum gereres: nũc uictor ſi es

inimicus

inimicus patriæ, me quoq; hoſtem iudica, ei cõſulere per famẽ prohibitum. & hæc loquor ultrò me in tuam (ut dixi) dedens poteſtatẽ, oſtendẽs quid & prius de te ſenſerim, & nunc ſentiam cùm ſolus ad te uenio. hactenus de meipſo. quod autem ad amicos & uniuerſum exercitum attinet, niſi ſuſpectum tibi eſt, conſilium utiliſsimum dedero: ne durius in eos animaduertas propter meam tuamq; contentionẽ: & cum homo ſis fortunæ innixus inſtabili, ne ſegniores ad pericula facias propugnatores tuos, ſi à teipſo exemplum editum uiderint, nihil de ſalute ſperandum niſi uictoribus. quòd ſi omne aduerſarij conſilium, ut inuidum reijciendum eſt, non piget me abs te precibus petere, ne ab amicis meis pœnas exigas mei ſiue peccati ſiue infortunij: ſed in me potius omnia referas, qui cauſa ſum horum omnium, conſulto enim illos poſt me reliqui, ne ſi hæc illis audientibus dicerem, meam cauſam uiderer agere. Ad ea Cæſar ſic reſpondit: Cũ uiderem te Luci ſine feciali ad me deſcendere, extra caſtra feſtinus occurri, ut liberè tuis rebus conſuleres, diceresq; ac faceres quæ tibi putas cõducere. quoniam autem errorem agnoſcens teipſum mihi cõmittis, non opus eſt coarguere quæ mihi ſcitè ſed falſò obieciſti: qui ut antè ſtatueras nunc mihi noces. ſi enim ad fœdus deſcẽdiſſes, in uictorem merito infenſum incidiſſes. nunc cum abſq; ullis conditionibus te, amicos, exercitum, nobis permittis, adempta eſt omnis ira, adempta & fœderum neceſsitas. conſiderandum enim non tam quid ſitis cõmeriti, quàm quid me deceat, id quod malo facere, uel propter deos, uel propter meipſum, uel propter te Luci, nec fallam eam quę te huc adduxit expectationem. Hęc propemodum utriuſq; uerba in cõmentarijs eorum temporum inuenio. in his Cæſar probauit & miratus eſt generoſum infractumq; animum Lucij coniunctum cum prudentia: Lucius clementiã & expeditam breuitatẽ Cæſaris. reliqui ex utriuſq; uultu orationum cõiecturã fecerunt. tum Lucius miſit tribunos ut teſſeram à Cæſare acciperent. illi attulerunt ei matriculam, ſicut hodieq; mos eſt cùm tribunus petit teſſeram, regi offerre præſentem numerum in libello diario. accepta teſſera nõ intermiſerunt tamẽ excubias, ita iubente Cæſare, ut quiſq; ſeorſum excubaret exercitus. ſequenti die Cæſar ſacrificauit. Lucius uerò miſit ad eum exercitum arma geſtantem, ſed iter facientium habitu. & illi Cæſarem è longinquo imperatorem conſalutarunt: & conſtiterunt legionatim quo loco Cæſar mandauit, ueterani diſcreti à tironibus. ipſe peractis ſacris laureatus ſedit pro tribunali, iuſsitq; omẽs in ueſtigio arma deponere. quo facto ueteranos iuſsit propius accedere, ut ingratitudinem opprobãs eos terreret. nec ignota erat mens eius.

tum

tum Cæſariani ſiue ſubornati, ſiue ſuopte affectu moti erga homines neceſſarios, extra ordinem in quo conſtiterant proceſſerunt ad Lucianos quondam cõmilitones: effuſiq; in eorum complexus ſalutabant & complorabant, rogabantq; pro eis Cæſarem: nec diuellebantur nec deſinebant occlamare interim, tangente & tirones iam miſeratione ſimili, adeò ut omnia miſcerētur mœſtitia. quamobrem ne Cæſar quidem perſtitit in ſententia, ſed ægrè ſedato clamore ſic ſuos allocutus eſt: Ita uos cõmilitones ſemper geſsiſtis erga me, ut nihil fruſtra poſsitis petere. Ego uerò tirones quidem neceſſariò militaſſe puto auſpicijs Lucij, hos autem ueſtræ prius militiæ nõ ſemel ſocios, qui nunc ueſtra ſeruantur opera, interrogare uolebam, qua noſtra iniuria, aut qua fruſtrati gratia, aut quid maius expectantes ab altero, arma tulerint contra me, & uos, & ſeipſos? nam ego labores omnes pro agrorum diuiſione pertuli, cuius & iſti fuere participes. quorum ego inſolentiam uel nunc compeſcam, ſi modò finitis. Illis uerò non ſinentibus ſed indeſinenter deprecantibus: Concedo, inquit, uobis quicquid petitis, dimittantur impunè, ſed poſthac uobiſcum conſentiant. id poſtquam utriq; ſunt polliciti, acclamatum eſt à gratias agentibus Cæſari: qui nonnullis permiſit quoſdam excipere hoſpitio, uulgus autem iuſsit ſeorſum tentoria figere quo loco primùm conſtiterant, donec Cæſar ad hiberna deſignauit eis oppida, ſimulq; qui eos deducerent. deinde ſedens pro tribunali euocauit Peruſia Lucium cum Romanis honoratioribus: & deſcẽderunt multi ſenatores, multi Romani equites, omnes ſqualidi & ob tam repentinam mutationem miſerabiles. quibus Peruſiam egreſsis præſidium in urbem eam receptum eſt. ubi uerò uenerunt, Lucium Cęſar aſſumpſit, è cæteris alios amici Cæſaris, alios centuriones inter ſe partiti ſunt, omnes præmoniti, ut haberent eos in honeſta & latente cuſtodia. Peruſinos quoq; deprecantes è mœnibus, uenire iuſsit abſq; decurionibus, donauitq; eos uenia. decuriones tunc miſsi in carcerem, paulò pòſt necati ſunt, excepto Lucio Aemilio: qui Romę ſedẽs in iudicio quo poſtulabant percuſſores Cæſaris, palàm atrum tulit calculum, & alijs autor fuit ut idem facerent, expiarentq; ſe ab eo ſcelere. Peruſiam ipſam diripiendam militi dare Cæſar ſtatuerat. ſed quidam oppidanorum nõ ſatis ſanę mentis nomine Ceſtius, qui quoniam in Macedonia quondam militauerat, ſeipſum uocabat Macedonicum, incendit ædes proprias, & ſe in ignem iniecit: tum uentis flammam difflantibus per totam Peruſiam, cremata ſunt omnia. ſano Vulcani tãtùm excepto. Hic finis fuit Peruſiæ, urbis antiquitate inclytæ. aiunt enim unam è duodecim priſcis Etruſcorũ urbibus fuiſſe,

fuiſſe, poſt recentem eorum aduentum in Italiam conditis. quamob rem Etruſco more Iunonem colebāt. tunc autem quotquot diuiſe-runt inter ſe urbis reliquias, Vulcanū uice Iunonis tutelare numen ſibi optauerunt. ſequenti die Cæſar fœdus inijt cum omnibus exerci tibus, tamen tumultuari contra quoſdā non deſijt, donec interfecti ſunt, qui erant inimiciſsimi Cęſaris, Canutius, C. Flauius, Clodius Bi thynicus, & cæteri. Hunc exitum habuit Peruſina obſidio, bellūq; geſtum contra Lucium, difficillimū ſanè, & quod uidebatur diu ue-xaturum Italiam. nam Aſinius, Plancus, Ventidius, Craſſus, Ateius, & quotquot alij huius partis habebāt copias, in tredecim diuiſas ex-ercitus, & equitum ſex milia quingentosq; inſuper, rati caput belli fuiſſe Lucium, ad mare ſe contulerunt alius alia uia, pars Brundi-ſium, pars Rauēnam, pars Tarentum: quorum alij Murcum aut Ae-nobarbum, alij petierunt Antonium, perſequentibus Cæſarianis & pacem offerentibus, recuſantesq; infeſtantibus terreſtri maximè iti-nere: è quibus Agrippa duas legiones Planci ad ſe pellexit relictas Cameriæ. Fuluia quoq; cum ſuis liberis fugit Puteolos, & inde por-rò Brundiſium, deducentibus tribus milibus equitum, quos in hoc à ducibus acceperat. Brundiſij quinq; naues longas accitas è Mace-donia conſcendit, ſoluitq; unà cum Planco futuro nauigationis eius comite, qui prę ignauia reliquum etiam exercitus deſeruerat. Sed hi mox auſpicia Ventidij ſecuti ſunt. Aſinius Aenobarbū pertraxit ad amicitiā Antonij. qua de re ambo certiorē illū fecerūt per literas: ac mox ut uēturo in Italiā, loca opportuna quò exſcēderet parabant, & cōmeatus expediebāt. erāt & aliæ ſub Alpibus Antonianorū copię, quibus Calenus præerat. has Cęſar aliquo modo cogitabat in partes ſuas pertrahere, ſuſpecto iam Antonio: ut aut amico ſeruaret eas, aut cōtra hoſtē multū uiriū aſſumeret. ſed dum cunctaṫ & honeſtā occa ſionē quærit, Calenus fato functus eſt: Cęſar occaſione arrepta pro-fectus eò, tum exercitū occupauit, tum Galliam Hiſpaniāq; Antonij prouincias, Fuſio Caleni filio per metū omnia dedēte ſine certami-ne. Sic Cæſar eadē opera undecim legionibus & prouincijs ampliſsi mis potitus, amotis præfectis & ex ſua factione ſubſtitutis in eorū lo cum alijs, Romā reuerſus eſt. At Antonius legatos ex colonijs ad ſe miſſos detinuit, ſiue propter hibernū tēpus, ſiue ut celaret ſua conſi-lia. ineunte autem uere Alexandria profectus Tyrum peruenit, inde per Cyprium Rodiūq; mare nauigans in Aſiam, de Peruſinæ obſi-dionis euentu cognouit, incuſauitq; fratrem & Fuluiam, & magis e-tiam Manium. uxorem Athenis inuenit profugam è Brundiſio: Iuli-am uerò matrem Pompeius è Sicilia quò confugerat, ad eum miſit

longis nauibus, deducentibus Pompeianis optimatibus, L. Libone Pompeij ſocero, & Saturnino alijsq́;, qui captantes magnificentiam Antonij, uolebant eum cum Pompeio conſpirare contra Cæſarem. is reſpondit, ſe quidem gratias Pompeio pro remiſſa matre habere, relaturum etiam ſuo tempore: & ſi bellum gerendum ſit contra Cæſarem, uſurum illius ſocietate. quòd ſi fœdera ſemel icta mãſerint, daturum operam ut Pompeius reconcilietur Cęſari. Sic tum reſpondit Antonius, cùm Cæſar in Vrbem reuerſus è Gallia, cognouit quidem nauigaſſe quoſdam Athenas, ſed quid reſpõſi tulerint neſcius, inuidiam apud nouos colonos faciebat Antonio, quaſi Pompeium cum ueteribus colonis in poſſeſsiones eorũ reduceret. nam eorum pleriq; ad Pompeium cõfugerant. id facile creditum, ne ſic quidem ueteranos ſegniores ad Antonij militiam reddidit. tantum fauoris pugna Philippenſis ei parauerat. Cæſar autem putabat ſe Antonium & Pompeium Aenobarbumq́; ſuperaturum legionum numero: habebat enim iam ſupra quadraginta: ſed cùm nullam nauem haberet, nec tempus ad ædificandas ſuppeteret, timebat, ne illi quingẽtis inſtructi nauibus oras Italiæ circumerrando famem inferrent. id cogitans, quamuis aliquot uirginum offerretur ei cõditio, Mæcenati ſcripſit ut cum Scribonia ſorore Libonis ſoceri Pompeij tranſigeret, ut per hanc occaſionem poſſet pacem cum Pompeio ſi opus eſſet facere. his cognitis Libo ſuis mandauit per literas, ut eam incunctanter collocarẽt Cæſari. tum Cæſar quotquot Antonianos amicos aut exercitus ſuſpectos habebat, alios alia occaſione ablegabat, & Lepidũ in deſignatam ei Africam, cum ſex Antonianis ſuſpectis legionibus. Lucium autem accitum laudauit quidẽ ut erga fratrem pium, ſi eius uoluntati obſecutus culpam in ſeipſum tranſtulerat: exprobrabat autem ingratitudinem, ſi ne poſt tantum quidem acceptum beneficiũ fateretur de Antonio, qui iam manifeſtè diceretur conſpiraſſe cum Pompeio. Equidem tibi credens, inquit, poſt Caleni mortem, prouincias & exercitum ne ſine imperatore eſſent, per meos amicos ſeruabam Antonio: nunc uerò deprehenſis inſidijs, & illa omnia mea facio, & tibi ſi uelis ad fratrem abire ſecurè permitto. Hęc Cęſar, ſiue ut tentaret Lucium, ſiue ut ad Antonium permanarẽt quæ dicebat. Ille quæ prius retulit: Fuluiæ quidem ingenium noram dominationis cupidum, ſed ego fraternis copijs utẽdum putaui ad tollendum dominatum ueſtrum omnium. Et nunc quoq; ſi uenturus eſt frater ut ſubuertat monarchiam, clámue palámue proficiſcar ad eum, certaturus iterũ cõtra te pro patria, quamuis affectus à te maximo beneficio. quòd ſi & ille quæret ſocios ſuæ tyrannidis, pro te ſtabo cõtra eum,

eum, quamdiu putabo neq; te affectare monarchiam. ſemper enim apud me plus ualebit affectus erga patriam, quàm uel gratia uel cognatio. Cæſar tunc quoq; miratus ſermonem Lucij, negauit ſe uſurum eius opera cõtra fratrem, ne ſi uellet quidem ſequi, crediturum tamẽ ut tali uiro uniuerſam Hiſpaniam cum exercitu, & legatos additurum ei proprætores Peduceium & Luceium. ita & Lucium Cæſar ablegauit honoris ſpecie, legatis iuſsis eum clàm cuſtodire. cæterùm Antonius Fuluiam Sicyone reliquit languidam, & ſoluẽs Corcyrã nauigauit per Ionium mare cum nõ magnis copijs, claſſe uerò ducentarum nauium quas in Aſia confecerat. audito autẽ quod Aenobarbus cum claſſe ac magno exercitu iret ſibi obuiam, qui credebatur à nonnullis non fore conſtans in inchoato fœdere, damnatus enim fuerat ut conſpirationis in Cæſarem cõſcius, ideoq́; relatus in proſcriptorum numerũ, & Philippenſi prælio contra Cæſarem Antoniumq́; ſteterat: nihilominus pergebat nauigare cum quinq; optimis nauibus, ne uideretur diffidere, iuſsis reliquis ex interuallo ſubſequi. cumq́; iam in conſpectu eſſet Aenobarbus cum omnibus copijs uniuerſaq́; claſſe propinquans concito remigio, extimuit Plancus aſtans Antonio: cenſuitq́; ſiſtendum curſum, & præmittendos qui explorarent fidem uiri dubiam. ille reſpondit, ſe malle mori deceptũ fœdere, quàm euadere ſpecimine pauoris edito. iamq́; è propinquo agnoſcebant ſe inuicem & petebant naues prætoriæ conſpectis inſignijs. cùm primarius lictor Antonij ſtãs in prora, ut mos eſt, ſiue oblitus quòd uir dubiæ fidei habens ipſe quoq; proprium exercitum aduẽtaret, ſiue generoſa quadam uſus ſuperbia, ut ſubditis aut inferioribus occurrentibus imperauit detraherent inſignia. fecerũt illi, & nauem appulerunt ad latus nauis Antonij. ſecuta deinde ſalutatione inter ductores, milites Aenobarbi Antonium appellarũt imperatorem, & Plancus uix recepit animum. Antonius recepto in ſuam nauem Aenobarbo, ad Poloenta appulit, ubi erant Aenobarbi terreſtres copiæ: ibi Aenobarbus imperatori ceſsit ſuo tẽtorio. inde Brundiſium nauigatum eſt, ubi quinq; Cæſarianæ cohortes erant in præſidio. Brundiſini portas clauſerunt Aenobarbo ut hoſti ueteri, Antonio ut hoſtem adducenti. ille indignatus & prætextum hunc exiſtimãs, re autẽ uera ſe à Cæſarianis excludi ex ſentẽtia Cęſaris, ceruicem qua urbs continenti iungitur foſſa muroq́; interſepiuit. eſt enim ſita in peninſula in ſinum portuoſum excurrente: nec poterat adiri à continente, cliuo tranſuerſim interciſo. ſinum quoq; ipſum quàm magnus eſt, crebris caſtellis obſedit, & quas complectitur inſulas: miſitq́; circum oras Italiæ, qui loca opportuna occuparẽt, hor

tatus ſimul & Pompeium ut claſſe quantum poſſet inuaderet Italiã: ille perlibenter Menodorum cum ualida claſſe & quatuor legionibus miſit in Sardiniam quæ tum erat Cæſaris: ubi duas legiones in ſuas partes pertraxit, attonitas metu conſpirationis eius cum Antonio. In ora Italiæ Sigiuntum oppidum Auſoniẹ ceperunt Antoniani. Thurios & Conſentiam Pompeius obſedit, in agris earũ urbium equites collocauit. Cæſar tot locis impugnatus eodem tẽpore, Agrippam miſit in Auſoniam, ut obſeſsis opem ferret: qui ex colonijs eius uiæ ueteranos iuſsit ſubſequi, quaſi ductũ contra Pompeium. ſed quia didicerunt hæc geri ex Antonij ſententia, clàm domum reuerſi ſunt, quod maximè Cæſarem terruit. nihilominus ipſe Brũdiſium profectus eſt cum alio exercitu, & tẽpeſtiuis alloquijs reducebat ueteranos ad officium. à ſe uerò deductos reuerẽtia ſui permouit ut ſequerentur, agitantes clandeſtina conſilia Antonium cõciliandi Cæſari. quòd ſi ille bellum inferret pertinaciter, tuendi dignitatem imperatoris ſui, qui tum Canuſij per aliquot dies corpore languens, de cætero copijs præſtabat Antonio: cumq; uideret uallo intercluſum Brundiſium, tantùm admotis eò caſtris, hoſtem obſeruabat ex inſidijs. Antonius munitionibus ſuperior, à quibus maiorẽ etiam tum arcere poterat, exercitũ propere uocauit è Macedonia: ſtratagemate uſus etiã, ut noctu paganis tum in longas tum in onerarias naues impoſitis, interdiu alij poſt alios armati appellerent quaſi aducti è Macedonia, inſpectante aduentum eorum Cæſare. iamq; etiam machinis inſtructus oppugnare parabat Brũdiſium magno dolore Cæſaris, qui opem obſeſsis ferre nõ poterat, cùm ſub ueſperam utriſq; nunciatum eſt Sigiuntum ab Agrippa receptum: Pompeium uerò à Thurijs repulſum, adhuc obſidere Cõſentiam: quod Antonius permoleſte tulit. ut uerò etiam Seruilium cum mille ducentis equitibus ire ad Cæſarem auditum eſt, nòn potuit ſe continere, quin ſtatim à cæna cum amicis quotquot paratos nactus eſt, & quadringentis equitibus audacia magna irrueret in mille quingẽtos, quos adhuc cubantes oppreſsit circa Vriam, & terrore in deditionem acceptos eadem die reduxit Brundiſium. adeò Philippenſe prælium illi opinionem inuicti parauerat. quãobrem prætoriani elatiores alij poſt alios accedebant ad caſtra Cæſaris, exprobrantes ſuis quondam cõtubernalibus, quòd arma ferrent aduerſus Antonium, cuius opera ſeruati ſint Philippenſi acie. quibus reſpondentibus, imò ſibi bellum inferri, uentum eſt ad colloquia: rurſumq; interceſſerunt criminationes mutuæ: alteris excluſos ſe Brundiſio, & Caleni exercitum alienatum querẽtibus: alteris è diuerſo Brundiſij obſidionem & oppugnationem

nem obijcientibus, excurſionesq; factas in oram magnæ Græciæ, ar maq; ſociata cum Aenobarbo percuſſore C. Cæſaris, cumq; cõmuni hoſte Pompeio. tandem Cæſariani mentem ſuam aperuerunt alteris: ſecutos ſe Cæſarem non oblitos uirtutis Antonij, ſed cupidos reducendorum imperatorum in mutuam gratiam: aut ſi Antonius flecti ſe non patiatur, uim ui repulſuros. & hæc etiam Antoniana caſtra ſubeuntes profitebantur. dum ſic ſermones ultro citroq; cõmeant, cõmodum nũciatur mors Fuluiæ: quæ dicebatur Antonij querelas ęgrè ferens, ultro ſibi mòrbum acciuiſſe, quòd iratum haberet Antonium. ægrotam enim deſeruerat, & ne diſcedens quidem inuiſerat. ea mors uiſa eſt utriq; parti utilis, ſublata fœmina inquieti ingenij, quæ ob Cleopatræ muliebrem æmulationem tam graue bellum exciuerat. caſum tamen hunc parum fortiter tulit Antonius, quaſi ipſe in cauſa fuerit. erat L. Cocceius utriq; imperatori amicus, qui à Cæſare in Phœnicen æſtate ſuperiore ad Antonium unà cum Cecinna miſſus fuerat, & reuerſo Cecinna ipſe apud Antonium manſerat. is Cocceius captata occaſione, finxit ſe reuocatum à Cæſare, uelle ei prius uale dicere. & permittente ut abiret Antonio, pertentans amplius rogauit ecquid uellet reſcribere Cæſari, à quo per ipſum Cocceium literas acceperat. tum Antonius: quid nunc ſcribamus inuicẽ cùm ſimus inimici, niſi fortaſſe mutua cõuicia? & alioquin iam reſcripſi per Cecinnam. id exemplar ſi uis accipe. Cocceius cauillum hoc repercuſsit, contendens non eſſe inimicum appellandum Cæſarem, qui ſic Luciũ & alios Antonij amicos tractauerit. tum ille: ſed me, inquit, excluſit Brundiſio, meas prouincias & Caleni exercitum occupauit. quod uerò in ſolos amicos benignus eſt, non tam amicos mihi ſeruat, quàm inimicos reddit ſuis beneficijs. Cocceius ubi querelas audiuit, nolẽs hominem iracundum irritare amplius, profectus eſt ad Cæſarem. ille uiſo homine miratus eũ nõ rediſſe citius: Num, inquit, ideo fratrẽ tuum ſeruaui, ut ipſe inimicus mihi fieres? tum alter: Itáne amicos inimicos uocas, & exercitus eis aufers ac prouincias? ad hæc Cæſar: Non enim poſt obitum Caleni adoleſcẽtulo debuit relinqui tam opportunus exercitus abſente Antonio, furente Lucio, Aſinio, Aenobarboq; uicinis libẽter uſuris eo contra nos. nam & Planci legiones occupaui properè, ne Pompeio ſe adiungeret. certè equites earum traiecerunt in Siciliam. tum Cocceius: aliter hæc ad Antonium delata ſunt: nõ credidit tamen, priuſquã pro hoſte excluſus eſt Brundiſio. Nihil, inquit Cæſar, de hac re mandaui. nec enim illum appulſurum pręſcire poteram, aut expectare uenturũ cum hoſtibus. Brundiſini ipſi & relictum ibi propter Aenobarbi popula-

tiones,præſidium centurionesq; iniuſſu ſuo excluſerunt Antonium fœderatum communi hoſti Pompeio, & adducentē Aenobarbum paricidam,publico iudicio damnatū proſcriptūq;: qui poſt Philippenſem pugnam oppugnauit Brundiſium,& adhuc circūquaq; populatur Ionij maris littora:qui naues meas cremauit,& Italiam prædatus eſt.tum alter:Permiſiſtis inuicem cum quibuslibet fœdera facere,nec Antonius cum quoquā homicida pacem fecit magis quàm tu ipſe,rationem tui patris habens.Aenobarbus non eſt è paricidis damnatus ab infenſis iudicibus, ne conſcius quidem illius conſilij. quòd ſi ut Bruti amicum indignum uenia ducimus, uidēdum eſt ne fermè omnibus infenſi ſimus.Cum Pompeio fœdus ictū eſt,non ad te oppugnandum:ſed ut ſi à te infeſtetur Antonius,belli ſocium habeat:ſin minus,ut eum tibi conciliet,ipſum quoq; alienum ab omni ſcelere. tu uerò etiam hic in culpa es. niſi enim bellum motum eſſet in Italia, iſti nūquam auſi fuiſſent legationes ad Antonium mittere. Cæſar criminari pergens,ait Italiæ ſibiq; Manium & Fuluiam Luciumq; bellum intuliſſe.Pompeium uerò nunquam antea,ſed tum primum Antonij fiducia maritimas eius regiones auſum aggredi. tum Cocceius,imò iuſſu,non ſolùm fiducia.nec enim diſsimulabo,inuaſurum claſsibus etiam reliquam Italiam, nudatam nauali præſidio, niſi uos pacem feceritis.Cæſar,qui non otioſe huic commento aures præbuerat:attamen,inquit,non impune feret Pompeius, repulſus à Thurijs ut cōmeruit. tum Cocceius perſpecta cōtrouerſia, mentionem iniecit mortis Fuluiæ:utq; non ferens iratum ſibi Antonium, in morbū inciderit,eumq; auxerit perpetua mœſtitia, cùm ne in ægritudine quidem Antonius dignatus ſit ipſam inuiſere,ſicq; mulieri mortem accelerauerit.qua ſublata è medio, nihil aliud,inquit,uobis deeſt,quàm ut abſq; fuco proferatis ſuſpiciones mutuas.Per hoc colloquium Cocceius delinito Cæſare, ea die hoſpitio exceptus eſt: rogauitq;, ut iunior grandiori ſcriberet aliquid. negauit ille ſe hoſti quicquam ſcripturum,cùm ipſe nihil literarū accipiat ab eo. de matre uerò eius queſtus eſt, quod cognationis iure ſemper in præcipuo honore habita, fugiſſet Italiam, quaſi non quiduis impetratura à ſe ut filio.Ita & Cæſar pari arte uſus ſcripſit Iuliæ. diſcedenti autem è caſtris Cocceio multi centuriones aperuerunt mentem exercitus. qui ut cætera,ita eam quoq; indicauit Antonio,ut ſciret bellum imminere ab eis,ni redeat in gratiam. conſulebat igitur ut Pompeium ab alienis uaſtandis reuocaret in Siciliam, Aenobarbum aliquò ablegaret,donec redintegrarentur fœdera.huc accedentibus etiā precibus matris Iuliæ:pudor morabatur Antonium,ne ſi tētata pax minus

nus ſuccederet, rurſum recurrẽdum eſſet ad Pompeiana auxilia. ſed matre ſpem faciente, quam Cocceius cõfirmabat quaſi ſecretiorum conſcius, ceſsit Antonius, reuocauitq; Pompeium in Siciliam, quaſi curaturus ea de quibus inter ipſos conuenerat. Aenobarbum miſit cum poteſtate in Bithyniam. id ubi cognouit exercitus Cæſaris, lega tos elegit qui utrumq; imperatorẽ adirent. hi cohibitis eorum querelis, quippe nõ ad iudicandum electi, ſed ad pacem ſarciendam: adhibitoq; Cocceio, ut cõmuni amborũ amico, & ex Antonianis Pollione, è Cæſarianis Mæcenate, decreuerunt præteritarũ offenſarum obliuionem mutuam, & amicitiam in poſterum. quoniam autẽ Marcellus nuper obierat, maritus Octauię ſororis Cæſaris: poſtulauerũt pacis autores ut frater eam collocaret cum Antonio: moxq; deſponſa, dictum FELICITER, conſequentibus fauſtis acclamationibus totius exercitus utriq; bene precantis, quæ per totam diem totamq; noctem continuatæ ſunt. tum Cæſar & Antonius totum Romanum imperium inter ſe denuo partiti ſunt, feceruntq; terminum utriuſq; ditionis Codropolim oppidum Illyricum, quod uidebatur ſitum in intimo ſinu Adriatico. ab hoc uerſus Orientẽ ut omes Antonius haberet tam inſulas quàm prouincias uſq; flumẽ Euphratẽ: uerſus Occidentem uerò Cęſar uſq; Oceanum. Africa Lepido relicta eſt, ita ut à Cæſare acceperat. bellum contra Pompeiũ Cæſari obuenit, ni quid aliud interueniret. Parthicum uerò Antonio, ad ulciſcẽdam illatam Craſſo iniuriam. Aenobarbus in fœdus receptus eſt à Cęſare, iiſdem quibus prius ab Antonio conditionibus. additum ad fœdus, ut liceat utriq; imperatori habere in Italia nouos delectus pari numero legionum. In has leges poſtremum fœdus inter Cæſarem & Antoniũ ictum eſt: moxq; ad res urgentes obeundas uterq; amicos dimiſit, Ventidium in Aſiam Antonius, ut reprimeret Parthos Labienumq; iuniorem auxilio Parthorum per occaſionem ciuilis motus infeſtantem Syriã uſq; Ioniam: quorũ clades ultro citroq; illatæ referunt in rebus Parthicis. Helenum autem Cæſarianum ducem Sardinia potitum, rurſum eiecit inde Menodorus Pompeianus: quæ cauſa præcipua fuit cur Cæſar indignatus reconciliari Pompeio per Antonium noluerit. In Vrbem deinde reuerſi celebrarũt nuptias, & Antonius interfecit Manium, quod Fuluiam exaſperaſſet Cleopatræ criminationibus, & tantorũ malorum cauſa fuiſſet. Saluidienum uerò Narbonenſis exercitus ducem apud Cæſarem detulit, uoluiſſe ad ſe deficere, & ſuper ea re miſiſſe nuncium obſidenti Brundiſium. hoc ſecretum ille protulit, non omnibus probantibus, ingenuus alioquin & facilis ad amicitiam. Cæſar cõtinuo Saluidienum ad ſe properare

iuſsit, quaſi opus haberet eius præſentia, remiſſurus mox ad exercitum. quem ubi uenit coargutũ occidit: exercitum eius ut ſuſpectum dedit Antonio. Populus interim fame premebatur: cum nec ab Oriente negociatores quicquam ſubueherent metu Pompeij ac Siciliæ: nec ab Occidente propter Sardiniam Corſicamq; occupatas ab eodem Pompeio: nec ex Africa, propter claſſes hoſtium uagãtes in mari medio. Itaq; in ſumma annonæ caritate cauſam eius referentes in diſcordiam principum, conuicijs eos inceſſebant, urgebantq; ut pacem cum Pompeio facerẽt. cumq; ne ſic quidem Cæſarem poſſent flectere, Antonius cenſebat accelerãdum bellum propter inopiam: & quia pecuniæ in eius apparatum deerant, edictum de cõferendis eſt propoſitũ, ut domini in ſingula mancipiorũ capita, quemadmodum Caſsiano bello uicenosquinos ſeſtertios cõtribuerant, tunc dimidium penderent, utq; certa pars decideretur ex hæreditatibus. id ſcriptum plebs furibunda detraxit, indignè ferens poſt exhauſtũ ærarium, ſpoliatas prouincias, Italiam ipſam exactionibus & bonorum confiſcationibus oppreſſam, non ad externa bella pro imperio, ſed ad perſequendos priuatos inimicos augendamq; domeſticã potentiam, propter quam proſcriptiones, cædes, fames deniq; populariter ferenda ſit, nunc etiam eo ſe mulctari quod reliquum ſupereſt. uociferabanturq; per cœtus ac circulos, ſaxis impetentes eos qui ſe nõ aggregarent, minantes direpturos ſe domos eorum & incenſuros, donec tota plebs exacerbata eſt. tum Cæſar cum amicis paucisq; ſatellitibus proceſsit in mediũ, uolẽs rationẽ eius reddere. illi ut primùm conſpectus eſt ſaxa coniecerunt in eum, neq; ſuſtinentem præbentemq; ſe ictibus reueriti. quod ut audijt Antonius ſuccurrit properè. in eum per ſacram uiam deſcendentẽ nemo quicquam iecit, quod eſſet paratus cum Pompeio pacem facere: tantùm iubebãt ut ſecederet: cumq; nil moueretur, tum demùm ſaxis eum appetebant. ille armatos acciuit intra mœnia: & cùm ne ſic quidem omitteretur, milites diuiſi ab utroq; uiæ foriq; latere per angiportus irruebant ſternentes obuios. qui ne fugam quidem expedire poterant conſtipati præ multitudine, nec ualentes excurrere, ſed cædes miſcebantur uulneribus, & de tectis gemitus ac clamores audiebantur. ſic Antonius uix euaſit, qui ſolus Cæſarem quoq; manifeſto periculo eripuit, domumq; reduxit. turba uerò tandem diſpulſa, cadauera ne triſte ſpectaculum exhiberẽt in fluuium proiecta ſunt: moxq; alius luctus extitit, dum per profluentẽ feruntur, aut ſpoliãtur à militibus, mixtisq; eis maleficis, qui ut quodq; optimè cultũ animaduertebãt, auferebãt tanquam ſuum. uerùm hoc malum ceſſauit non ſine terrore & inuidia prin-

dia principum.fames ſæuiebat nihilominus,gemente ac ferente po. pulo. Antonius Libonis familiares monuit, uocarent eum è Sicilia, ut affinitati gratularetur,effecturus etiam maius aliquid,& ipſe ſecuritatem illi præſtitit.qui celeriter miſerunt ad eum literas,nec Pompeius hominem detinuit. in itinere Libo ad inſulam Pithecuſas appulit,quæ nũc eſt Aenaria.quod ubi populus didicit,rurſus coibat: rogabatq; cum lamentis Cæſarem, ut Liboni literas fidei mitteret, uenienti legato de pace: quod ille inuitus fecit. populus uerò etiam Mutiam Pompeij matrem minis adegit, ut legationem ad eum ſuſciperet. Libo ubi ſenſit inimicos remiſsius agere, poſtulauit ipſorum ducum colloquium,ut arbitratu ſuo rem cõponerent.& poſtquam id quoq; uiolẽtis precibus obtinuit populus,profecti ſunt Baias Cæſar & Antonius. Pompeio uerò alij omnes uno cõſenſu pacem ſuadebãt,ſolus Menodorus ſcribebat è Sardinia,ut aut gereret bellum, aut cunctaretur amplius,dum fames pro ipſis faceret,ut pax,ſi ita uideretur, æquioribus coiret conditionibus. ſimulq; ſuſpectum reddebat Murcum pacis auctorem,quaſi ipſe ſibi pararet potẽtiam. ille qui iam ante Murcum propter dignitatem & integritatem grauatim ferebat:tunc uerò omnino à ſe amouit, nec ulla in re conſilio huius uſus eſt, donec ille offenſus Syracuſas ſeceſsit: cumq; uideret ſequi Pompeianos cuſtodes,corã eis in Pompeium iecit conuicia.ille corrupto Murci tribuno & centurione, miſit qui eum interficerent, & à ſeruis proprijs interfectum fingerẽt. is dolus quo magis fidem inueniret,ſeruos in crucem egit. nec tamẽ latuit alterum hoc eius ſcelus poſt ſublatum Bithynicum patratum in uirum illuſtrẽ laude bellica, & factionis eius amicum cõſtantiſsimum iam inde ab initio, de ipſoq; Pompeio in Hiſpania bene meritum,qui ultrò in Siciliam uenerat.quo mortuo,& alijs Pompeium ad pacem hortãtibus, Menodorumq; criminantibus quaſi gaudentem claſsis imperio, nec tam domino ſtudentem, quàm ſibi uſurpantem prouinciam cum exercitu,Pompeius obſecutus traiecit in Aenariam,cum multis ſelectis nauibus, ipſe inuectus ſexireme ornatiſsima,atq; ita ſuperbe Puteolos prẹternauigauit circa ueſperam,hoſtibus inſpectantibus.primo autẽ mane defixis in mari palis interuallo modico, pontes inſtrati ſunt deſuper, in quorum alterum terræ contiguum Cæſar proceſsit cum Antonio: Pompeius & Libo in alterum canali diremptum modico, ita ut non niſi clara uoce loquentes exaudirẽtur inuicem. quoniam autem Pompeius putabat ſe uenire ut in ſocietatẽ imperandi admitteretur loco Lepidi, alteri reditum ei cõcedebant tantũmodo, tunc re infecta diſceſſum eſt: cẹtera per amicos internuncios tractata, uarias con-

rias cõditiones ferentes ultrò citroq́;. Poſtulabat Pompeius ut proſcriptis quos circa ſe habebat,coniurationis ſocijs concederetur ſecurum exilium, reliquis honoratus in patriam reditus, & bonorum reſtitutio.urgente autem pacem tum fame tum populo,impetratum eſt ab aduerſarijs ut quartam duntaxat eorum partem à nouis poſſeſſoribus redimerẽt: ſcripſeruntq́; de ea re proſcriptis, rati contentos fore.qui acceperunt conditionẽ, timentes iam Pompeium propter ſcelus in Murcum perpetratum:aditoq́; uiro pacem ſuadebant. ille ueſtẽ dirupit, quaſi ab his proditus, quorũ hactenus propugnator fuerat,crebro Menodorum nomine uocans ut imperatoriarum artium gnarum, & ſolum conſtantem in beneuolentia.tandem inſtigantibus Murcia matre Iuliaq́; uxore rurſum hi tres cõuenerunt in ueterem quendam aggerem mari cinctum undiq́;, collocatis circa eum in ſtatione nauibus cum ſatellitio. ubi his conditionibus tranſactum eſt, ut pace terra mariq́; reddita negotiationes nuſquã impedirẽtur, Pompeius ex omnibus Italiæ locis præſidia deduceret, nec amplius fugitiuos reciperet,néue naues ſuas in littoribus Italię ſtare permitteret: imperaret Sardiniæ, Siciliæ, Corſicæq́; & cæteris quas tunc habebat inſulis tot annis in quot Antonio Cæſariq́; prorogatũ fuerit imperium, mitteretq́; Romano populo frumentum iamdudũ debitum. quin & Peloponneſum ultra dictas inſulas acciperet. abſens conſulatum per quemlibet amicorũ gereret, & aſcriberetur in pontificum collegium.his Pompeio conceſsis reditus pateret nobilibus exulibus,exceptis coniuratis damnatis iudicio publico.profugis bona erepta ad aſſem reſtituerentur exceptis mobilibus,proſcriptis uerò quarta pars.utq́; ijs qui ſub Pompeio militarũt, ſeruis quidem libertas eſſet præmium: ingenuis uerò poſt peracta ſtipendia perſoluerẽtur eadem præmia quæ ueteranis Cæſaris & Antonij. hæ tum pacis leges fuere, quas conſcriptas obſignatasq́; in Vrbem miſerunt adſeruandas Veſtalibus. moxq́; alteri alteros inuitarunt hoſpitio,quod ſorti cõmiſſum eſt.prior ſortito Pompeius ſexireme ad aggerem appulſa excepit hoſpites: ſequentibus diebus Antonius & Cæſar,fixis in eodẽ aggere tentorijs,hoc prætextu,ut omnibus epulum præberetur in littore, ſed fortaſſe magis ut ſecura eſſet hilaritas. nec enim cura fuit remiſsior,ſed & naues præſto erãt in ſtationibus, ſatellites loco ſuo cõſtiterant: cõuiuæ quoq; ſub ueſte accincti erant pugionibus. Fertur Menodorus, dum in naui epulantur hoſpites, Pompeium per quẽdam admonuiſſe, ut aduerſarios dolo aggreſſus ulciſceretur patri fratriq́; illatam iniuriam, & occaſione arrepta paternum ſibi aſſereret imperium. ſe enim curaturũ, ut nemo è nauibus effu-

bus effugiat. illum uerò reſpondiſſe ut conueniebat & præſenti neceſsitati & ipſius generi: Vtinam Menodorus hoc abſq; me poſſet perficere. nam illi periurium conuenire, non Pompeio. in ea cœna Pompeij filia Libonis neptis, deſpõſa eſt Marcello nepoti Antonij, Cæſaris ſororis filio. ſequenti die Coss. deſignati ſunt in quadriẽnium, ante omnes Antonius & Libo, ut tamen Antonio liceret alium pro ſe ſubſtituere: poſt illos Cæſar & Pompeius, tum Aenobarbus & Soſius, deinde rurſum Cæſar & Antonius, tertiùm tunc futuri cõſules, & ut ſperabatur, populo reddituri adminiſtrationem reipublicę. his tranſactis diſceſſerunt, hic in Siciliam nauibus, illi ad Vrbem terreſtri itinere. ad eius pacis nuncium Vrbs & uniuerſa Italia feſtis cõclamationibus perſtrepuit, ſublato bello inteſtino & crebris delectibus, præſidiariorumq; licentia, mancipiorum trãsfugijs, agrorum uaſtationibus, & agriculturæ ceſſatione, & ſuper omnia fame grauiſsima. quapropter tranſeuntibus imperatoribus ſacra uulgò faciebãt ut ſeruatoribus: Vrbs quoq; illuſtri pompa illorum aduentũ exceptura fuerat, ni maluiſſent noctu clàm ingredi, ne urbanis eſſẽt oneri. ſoli publicæ hilaritatis expertes erant, qui agros poſsidebant exulum, quibus ex fœdere impetratus erat reditus, quippe qui putabãt paratos ſibi uicinos infenſiſsimos, & ad quamuis occaſionem exerturos maleuolentiam. cæterùm profugi qui hactenus Pompeiũ ſecuti fuerant, pleriq; omnes paucis exceptis apud Puteolos Pompeio ſalutato, ad Vrbem nauigarunt, unde noua plebi fuit lætitia, acclamationesq; uarię, tot illuſtribus uiris præter ſpem redditis patriæ. Poſthæc Cæſar in Galliam fecit expeditionem turbatam nonnihil: Antonius ad bellum Parthicum profectus eſt: & S.C. approbatis actis eius tam futuris quàm præteritis, rurſum duces paſsim dimiſit, & alia cuncta ut uoluit diſpoſuit. reges quoq; aliquot appellauit arbitratu ſuo, duntaxat qui certum tributum penderent. Ponti Darium Pharnacis filium Mithridatis nep. Idumęorum Samaritarumq; Herodem, Amyntam Piſidarum, Polemonem partis Cilicię, aliosq; aliarum gentium. exercitum autem, qui alioquin circa ipſum hibernaturus fuerat, ut lucris ſimul exercitijsq; aſſuefaceret, miſit in Parthienos gentem Illyrycam Epidamno uicinam, Bruti quondam ſtudioſiſsimam: alium in Dardanos hos quoq; Illyrici generis, Macedoniam incurſare ſolitos. alios in Epiro præſtolari iuſsit, ut omnes circa ſe haberet, qui Athenis hiberna ſibi delegerat. miſit & Furnium in Africam, ut Sextij quatuor legiones contra Parthos duceret. nondum enim audierat Lepidum eas ademiſſe Sextio. his diſpoſitis, hibernauit Athenis cum Octauia, ſicut antè Alexandriæ cum Cleopatra,

patra, tantùm literas ab exercitibus uenientes inſpiciens, relicto imperatorio cultu palliatus rurſum & phæcaſiatus, remotis à foribus ſalutatorum officijs, & procedens in publicum abſq; inſignijs, comitatus duobus amicis & duobus famulis, ut profeſſores aut recitatores audiret. cœnam quoq; Græco more cum Græcis ſumebat ea hieme, frequens in ſolennibus cum magna uoluptate Octauiæ, cui admodum erat deditus, ut natura pronior ad amores mulierum. exacta uerò hieme tanquam alius factus ad priſtinũ cultum redijt, perſonamq; mutauit: rurſumq; circa fores obuerſabantur lictores, duces & ſatellites, ad terrorẽ omnia cõpoſita: legationes quoq; admittebantur ad id tempus dilatæ: ius reddebatur, naues deducebantur, & apparatu ſtrepebant omnia. In his dum Antonius occupatur, Cæſaris Pompeijq; turbata ſunt fœdera, cauſis ut tũ uiſum eſt alijs, ſed quæ in publicum efferebantur, fuerunt hæ. Peloponneſum Antonius Pompeio ceſſerat, modo quæ Peloponneſij debebant aut ſolueret ei, aut ſoluturũ ſe reciperet, aut tantiſper expectaret dum ipſi debitores ſatisfacerent. ille non accepit hac conditione prouinciam, ratus cum ea data ſibi etiam debita. id ægrè ferens (ut Cæſar aiebat) uel ſuapte perfidia, uel quòd inuideret alijs magnos exercitus habentibus, uel quòd Menodoro crederet non pacem hanc eſſe dicẽti ſed inducias, parabat alias naues aliudq; remigium, exercitu quoq; pro cõtione admonito, omnino eſſe opus apparatu alio, rurſumq; ex occultis piratarum receptaculis infeſtabat maria, ut paruum & propemodum nullum afferret urbanæ fami remedium. quare paſsim iactabatur, nõ quæſitum malorum finem hac pace, ſed aſſumptum quartum tyrãnidis ſocium. & Cæſar captos aliquot piratas torſit, qui faſſi ſunt ſe à Pompeio ſubmiſſos. id Cæſar euulgauit populo, & ipſi Pompeio ſignificauit per literas. ille ſe prius excuſato, de Peloponneſo querebatur. quotquot autem nobilium adhuc apud Pompeium hæſerant, uidentes eum ſemper libertorum parere conſilijs, corruperunt aliquot ex eorum numero, ſiue ultro, ſiue in gratiam Cæſaris, ut Pompeium iritarent contra Menodorum, quaſi imperantem ipſi domino. id libenter illi fecerunt, quippe inuidentes ei tãtam potentiam. Sic alienato Pompeio à Menodoro, per eoſdem dies Philadelphus Cæſaris libertus nauigauit ad Menodorum frumentationis gratia, & Micylio Menodori fidiſsimus amicus ad Cęſarem, acturus de eius trãsfugio. offerebat autem Sardiniam, Corſicam, tres legiones, & multos amicos. eũ fauorẽ, ſiue opera Philadelphi, ſiue Pompeij calumnijs paratum, Cæſar non ſtatim quidem, accepit tamẽ, putans iam antea pacem uiolatã, euocauitq; Antonium Athenis Brundiſium

diſium ad certam diem, ut de hoc bello cōferret cum eo conſilia: ſimulq; naues longas è Rauenna, exercitum è Gallia cæterumq́; apparatum properè acciuit Brundiſium & Puteolos, ab utroq; latere inuaſurus Siciliam, ſi idem uideretur Antonio. qui uenit quidē ad ſtatutam diem cum paucis, ſed non inuentum Cæſarem nō expectauit: ſiue quòd improbaret bellum ſuſcipi contra fœdera: ſiue quòd uideret magnū apparatum Cæſaris (ſemper enim ambos ſolicitos habuit regni cupiditas) ſiue prodigio quodam territus. quidam enim excubitorum eius tentorij repertus eſt à feris abſumptus excepta ſola facie, quaſi in hoc relicta ut noſceretur abſumptus: idq́; factum eſt abſq; ipſius clamore, nemine ſentiente ſimul quieſcentium. & Brundiſini aiebant ſe uidiſſe lupum ſub diluculum procurrentem è tabernaculis. ſcripſit tamen Cæſari, ne à pactis diſcedat: & minatus eſt uindicaturum ſe in ſeruitutem Menodorum, ut fugitiuum ſuum. nam Pompeio Magno ſeruierat. bona uerò Magni Antonius emerat, ſub haſta iure belli uendita. Cæſar in Sardiniā Corſicamq́; miſit qui eas inſulas à Menodoro acciperent: & oras Italiæ multis caſtellis muniuit, ne rurſum incurſarentur à Pompeio: iuſsitq́; alias triremes Romæ Rauennæq́; fieri, & exercitum magnū acciuit ex Illyrico. Menodorum quàm primùm ad ſe uenit è liberto fecit ingenuum, cōmiſſa ei claſſe quā adduxerat, ut legatus eſſet præfecto claſsis Caluiſio. his ita conſtitutis in apparatu amplius occupabatur cunctabundus, & incuſans Antonium quòd ſe non expectauerit. quæ uerò iam parata habebat, Cornificium è Rauenna Tarētum iuſsit traducere. hunc nauigātem adorta tempeſtas, ſolam nauem prætoriā fregit paratam Cæſari, quod in omen uerſum eſt. cūq; uulgò ſuſpicarētur homines id bellum fore contra fœdera, Cæſar ut eam ſuſpicionem eximeret, populum Romanum per literas, exercitum pro contione docuit: fœdus à Pompeio uiolatū, qui per piratas infeſtarit maria, quod et ipſorum piratarum & Menodori confeſsione compertum ſit. nec ignorare id Antonium, ideoq; Peloponneſum ei non dare. deinde ut ſatis paratus uiſus eſt, nauigauit in Siciliam, ipſe à Tarento, Caluiſius Sabinus & Menodorus ab Etruria, exercitus quoq; terreſtri itinere petijt Rhegium, omnibus accelerantibus. nec prius Pompeius ſenſit transfugiſſe Menodorum, quàm adnauigante Cęſare. Vtrinq; autem imminente claſſe hoſtium, ipſe Meſſanę expectauit Cæſarē: Caluiſio Menodoroq; oppoſuit cum magna claſſe Menecratem libertorum infenſiſsimum ipſi Menodoro ex æmulatione mutua. is in conſpectum hoſtium in alto uenit ſub ueſperam, illi receperunt ſe in ſinum qui ſupra Cumas eſt, ibiq; noctem eam quieuerūt, Menecrates

appulit Aenariam. ſub auroram uerò Caluiſiani oram ſinus lunata claſſe legebant, ne perrumperetur ab hoſtibus. Menecrates rurſum uenit in conſpectum, moxq; claſſem concitauit. & quia non proueхebantur in altum aduerſarij, cùm aliud nõ poſſet, impetu facto naues eorum in terram propulit. illi puppibus admotis littori proras ſimul obiecerant, & inde repugnabant. hoſtibus autem facile erat in altum ſe recipere, & inde redintegrare impetum, & mutare naues alias poſt alias. illis luctandum erat etiam cum ſcopulis in quos impegerant, præter quòd naues mouere non poterant. uidebantur enim contra naualem pugnam terreſtri cõtendere, cùm nec refugere poſſent nec perſequi. interea Menodorus & Menecrates ueniunt in conſpectũ mutuum, relictoq; cætero prælio, cum ira clamoreq; ſe petunt inuicem: apparebatq; uter eorum uinceret, eius claſsis fore uictoriam. naues magno impetu colliſæ mulctauerunt ſe inuicem, defracto roſtro nauis Menodori, deterſisq; remis Menecratis. iniectis deinde utrinq; ferreis manibus, naues iam ceſſabant hærentes ſibi: ſocij nauales non aliter q̃ in terra nihil ſibi ad ſummam contentionem alacritatemq; fecerũt reliquum. impetebant enim ſe ſagittis, ſaxis, iaculis, pontesq; inijciebãt per quos tranſcẽderent. & quia Menodori nauis extabat altius, & pontes eius facilius permeabantur à uiris audacibus, & tela inde miſſa incidebant uehemẽtius ut è loco ſuperiore. iamq; multis cæſis, ſauciatis reliquis, Menodorus ueruto per brachium traiectus eſt, quod mox extractũ eſt è uulnere. at Menecrates in femur ictus eſt hamata Hiſpanica ſoliferrea, quæ non potuit eximi celeriter. itaq; iam ad pugnam inutilis, ſic quoq; hortabatur alios, donec naue ſua capta, ſe in mare dedit præcipitem. Menodorus captiuam nauem religatam à ſua pertraxit ad terram: nec amplius quicquam potuit efficere. hęc in ſiniſtro cornu geſta ſunt. è dextro Caluiſius ad ſiniſtrum nauigans, aliquot Menecratis naues interclufit à cæteris, eas fugientes in altum perſecutus eſt. Demochares uerò libertus & ipſe Pompeij, tunc legatus Menecratis, reliquas Caluiſianas aggreſſus, partim fugauit, partim in ſaxa compulſas fregit: exilientibusq; inde naualibus ſocijs, ipſas cremauit: cùm Caluiſius à perſecutione reuertens, & ſuas fugientes reduxit, & incendium inhibuit: ſuperueniente nocte quiſq; ad ſuam pridianam ſtationem reuerſus eſt. hunc finem id prælium habuit, Pompeianis longè potioribus. Demochares ægrè ferens mortem Menecratis ut cladem maximã (nam Pompeius in rebus maritimis Menecratis Menodoriq; opera præcipua ſemper uſus eſt) omiſsis omnibus rebus, ex acie Siciliam rectà petijt, ac ſi non Menecratis corpus & nauem unam, ſed

integram

integram claſſem amiſiſſet. Caluiſius quandiu Democharem cōtra ſe uenturum putauit, in eadem ſtatione manſit, ad redintegrandam pugnam minimè idoneus. nam optima quęq; nauis perierat, cæterę ad pugnam erant inutiles. poſtquam autem cognouit eum abiſſe in Siciliam, reparatis nauibus oram legebat, ne ſinus quidem traijciēs. parte alia Cæſar à Tarento Rhegium cum bene magna claſſe exercituq; petijt, & Pompeium ad Meſſanā aſſecutus eſt, quadraginta tantum comitatum nauibus. itaq; amici hortabātur, ut per occaſionem Pompeianas paucas naues ipſumq; aggrederetur claſſe inſtructiſsima, priuſquam cæteræ illius naues ueniant. ſed parēre conſilio noluit, expectans Caluiſium, negansq́; conſultum exponere ſe periculo, dum expectantur auxilia. Vbi uerò Demochares Meſſanam attigit, Pompeius ipſum & Apollophanem pariter ſuum libertum claſsi præfecit loco Menecratis & Menodori. Cæſar uerò nunciato detrimento quod ad Cumas acceperat, enauigabat fretū occurſurus Caluiſio. iamq́; ſuperata eius maiore parte, in præternauigantem quam uocant Stylida, & flectentē curſum uerſus Scyllam ſcopulum, Pompeius à Meſſana fecit impetum: aggreſſusq́; poſtremas, etiam præcedentes perſecutus eſt, omnibusq; impetitis prouocabat ad prælium. illæ quamuis infeſtatę ad prætoriam non ſunt reuerſæ, non permittente Cæſare: ſiue quòd nō auderet pugnare in anguſtijs: ſiue quòd maneret in propoſito non pugnandi abſente Caluiſio. iuſsit autem ut omnes ſe ad littus reciperēt, & in ſalo ſtarent in ancoris, arcerētq́; à prora ſiquis inuaderet. Demochare uerò inuehēte, binis nauibus in ſingulas, perturbatæ iam & in ſaxa impingebant, & inter ſe collidebantur, replebanturq́; mari, & peribant per ignauiam. hæ quoq; ut in Cumano prælio, immotæ ipſæ infeſtatæ crebro impetu hoſtilium incurſantium atq; recurſantiū. nec enim aduerſari fortuna deſierat. Cæſar certè in ſaxa è naui deſilijt, & enatantes excipiebat, recipientesq́; ſe in montē deducebat. cæterùm Cornificius & quotquot alij duces aderant cohortati ſe mutuò, iniuſſu imperatoris abruptis ancoralibus in altum cōtra hoſtes euecti ſunt: rati ſatius eſſe pugnādo uinci, quàm ſtando ſuſtinere impetus inſultantiū. primusq́; Cornificius periculoſa audacia prætoriam Democharis concuſſam cepit: Demochares in aliam exilijt. in hac cōflictatione multis pereuntibus, cōſpecti ſunt per mare aduentantes Caluiſius & Menodorus, non à Cæſarianis uel in terram eiectis, uel in mari certantibus, ſed à ſolis Pompeianis, qui à terra longius aberant, moxq́; retroceſſerūt. iam enim appetebant tenebræ, nec audebant feſsi cum recentibus congredi. qui caſus peropportunè reliquis periclitantibus accidit.

noctu uerò pleriq; deſertis nauibus in montes confugerunt, accen ſisq; multis ignibus ſigna dabant permanentibus in mari: ſicq; pernoctabāt ſine cibo, ſine cura corporis, egeni rerum omnium: quos Cæſar pariter affectus circuncurſando hortabatur ut uſq; mane durarent. ac ne tum quidem cognitum eſt aduentare Caluiſium, nec à nauibus quicquam erat præſidij, occupatis circa naufragia: ſed alio quodam bono euentu decimatertia legio propinquabat per montes: quę audita clade per aſpreta cōtendens ad ignes, reperit imperatorem ſuum & eos qui cum illo refugerant, feſſos & uictus indigos: diuiſisq; operis alij curabant alios. ipſum imperatorem centuriones induxerunt in extemporaneum tabernaculum, deſtitutum ab omnibus familiaribus, nocturno tumultu diſperſis. cumq; mox circumquaq; miſiſſet qui nunciarēt ſe incolumem, audiuit Caluiſium cum præcurſorijs nauibus appellere: & ſic ex inſperato refectus duobus lætis nuncijs, quieti ſe dedit. prima uerò luce mare inſpiciens, ſpectabat incenſas naues ambuſtas & ſemicrematas, rurſum alias fluitātes inter fragmenta nauium & inſtrumenta nautica, tum ex his quæ ſupererant quaſſatas pleraſq;. admota igitur claſſe Caluiſij, curabat ne ceſſaria ſubductis ſartiendis nauibus, cum otium eſſet ab hoſtibus, ſiue propter Caluiſium, ſiue quòd in alto mallent ipſum aggredi. in hoc rerū ſtatu auſter exortus meridie magnos fluctus mouit in freto anguſto & ſuapte natura concito. ſed Pōpeius in Meſſanenſi portu erat: Cæſarianæ uerò naues rurſum circa littus aſperū & importuoſum conflictabantur cum ſaxis & inter ſe, carentes etiam ſupplemento nautico, ideoq; regi difficiles. Menodorus igitur ueritus ne malum in horas creſceret, longius receſsit à littore, iactis in ſalo ancoris: & quia fluctus in profundo erat lenior, remorū quoq; ui contendebat ne tranſuerſus ad terras ageretur, imitātibus eum quibuſdam alijs. reliqua multitudo rati uentum cito remiſſurū, ut ſolet uerno tempore, utrinq; naues infrenauerunt ancoris, tam ab alto quàm à littore, contis protrudentes ne colliderentur. ſed uento ſæuiente amplius, conturbata ſunt omnia: abruptiſq; ancoris naues collidebantur, & in terram aliæ poſt alias excutiebantur: clamoresq; uarij miſcebantur, pauentium, eiulantium, fruſtra ſurdos cohortantium. nemo enim exaudiri præ tanto ſtrepitu poterat, nihil inter gubernatorem & uulgarem nautam intererat. non artes, non mandata proderant: ſed par omnium erat interitus, & in ipſis nauibus, & quoties quis excideret, eliſorum inter fluctus & nauigia. fluitabant enim toto eo mari naufragia nauium ac uirorum, partim uiuorū partim extinctorum: è quibus ſi quis ad terram enataſſet, hi quoq; ad ſaxa allidebantur

debantur à fluctibus.ut uerò æſtus etiam acceſsit familiaris huic freto,inſuetos nouus terror occupauit, nauigijs tum maximè hac illac raptatis & inter ſeſe arietantibus, cùm uentus ſub noctem crebreſceret,ut ne in luce quidem perirent ſed in tenebris: audiebanturq́; per totam noctem eiulatus & clamores ſuos nomine uocantium,diſcurrentiumq́; per terram & in mare inclamantium, & complorantium ut defunctos quando non exaudirentur: rurſum aliorum extra fluctus caput attollentium,& ſuccurri ſibi rogantium.ſed erant utriſq; omnia difficilia:nec ſolùm mare periculoſum erat intrãtibus, & his qui adhuc in nauibus manebant, ſed terra quoq; propter inundationem nihilo tutior,dum metuunt ne ſe fluctus ad ſaxa allideret,nouo tempeſtatis more,ut terræ proximi terram tamen timerent, non ualentes in altum ab ea refugere ne tantillum quidem quãtum ad uitandam colliſionem ſufficeret.namq; loci anguſtia difficilis & alioquin permeantibus,exortaq́; tempeſtas,& uẽtus à circumſitis montibus in procellas refractus,ſimulq́; uorticoſus profũdi maris ęſtus, nec manere ſinebat nec fugere . quæ omnia grauabant tenebræ noctis obſcuriſsimæ.quapropter moriebantur ne conſpicui quidẽ inuicem, alij tumultuantes clamanteſq́;, alij ſilentio necem expectantes,quidam etiam accelerãtes ſibi perniciem,ut in rebus deploratiſſimis.nam expectatio malo ipſo moleſtior omnem etiam fortuitæ ſalutis ſpem adimebat,donec repente uentus remiſit appetẽte iam die, & ſole reuerſo in uniuerſum elanguit, quamuis fluctus etiam quieſcente uẽto diu turbauit: qualem tempeſtatem ne indigenę quidem unquam fuiſſe meminerant, tunc uerò modum omnem moremq́; tranſgreſſa, maiorem partem nauium uirorumq́; Cæſaris perdidit. ille ſupra cladẽ pridianam duabus nouis afflictus calamitatibus, Vibonem eadem nocte per montes properauit, impatiens infortunij, cui nullam opem ferre poterat: dimiſsis nũcijs ad omnes amicos & duces ut ſibi præſto eſſent,ne (ut fit in rebus aduerſis) aliquæ nouæ contra ipſum exorirentur inſidiæ.terreſtres autem copias quas circa ſe habuit,dimiſit per Italiæ littora,ne Pompeius hoc ſucceſſu elatus terram auderet inuadere . qui tamen nec de terra quicquam cogitauit,nec reliquias naufragij uel præſentes uel abeuntes tempeſtate ſedata aggreſſus eſt: paſſus eos nauigia cingere ſicut poterant,& ſecundo uento Vibonem perferri: ſiue ſatis afflictos putabat, ſiue neſciebat uti uictoria: ſiue, ut aliâs dixi, ad aliena inuadenda ſegnis, cõtentus erat ſua defendere. Cæſaris autem nauium ne dimidiũ quidem ſuperfuit, & id uehementer quaſſatum . relictis tamen aliquot ad claſsis curam,ipſe ægrè ferens abijt in Campaniã. nam neq; naues

alias habebat, cùm multis opus eſſet, neq; tempus ad fabricã, urgente fame, & populo rurſus pacem flagitante, bellumq́; uituperante ut ſuſceptum contra fœdera. pecunijs quoq; opus erat in magna harum inopia, populo Romano neq; cõferente quicquam, neq; ſinente uti exigẽdi artibus. uerùm ille ingenioſus ad propria cõmoda, miſit Mæcenatem ad Antonium, qui melius edoctum de recens exortis inter ipſos controuerſijs, ad belli eius ſocietatem pertraheret: id ſi minus ſuccederet, cogitabat legiones onerarijs in Siciliam traijcere, omiſſoq́; mari, in terra bellum gerere. his curis anxio nunciatur Antonium ſocietatẽ non recuſare, ſimulq́; uictoria de Aquitanis egregia, parta Agrippæ auſpicijs. amici etiam quædamq́; ciuitates ei naues pollicebantur & fabricabant. Sic ille omiſſa mœſtitia, magnificẽtiores iam claſsis apparatus faciebat. ineunte autem uere Antonius ex Athenis Tarentum cum trecentis nauibus appulit, Cæſari auxilium ferens ut promiſerat. ille mutato conſilio, expectabat dum noua claſsis perficeretur, rurſumq́; inuitatus ut Antonij apparatu ſuffecturo ad id bellum uteretur, excuſabat ſe diſtineri alijs negotijs: ut ſatis appareret, aut rurſum aliquid querelarum eum habere contra Antonium, aut eius auxilia contemnere contentum proprijs facultatibus. id indignè ferens Antonius, tamen eodem loco manſit, uocauitq́; illum iterum. nam cum grauatim ſumptus in claſſem faceret & ad Parthicum bellum opus haberet Italicis legionibus, claſſem eis permutare cogitabat: quãuis ex fœdere utriq; poteſtas erat delectus habendí per Italiam: ſed hoc difficilius futurum erat ipſi, ſortito Italiam altero. quamobrem Octauia profecta eſt ad Cæſarem, ut arbitra inter eos foret. aiebat enim ſe deſertum incidiſſe in periculũ, quo penè interijt in freto Siculo. retulit illa, crimen hoc iam per Męcenatem dilutum. poſt hoc obiectum eſt, eum Calliam libertum ad Lepidum miſiſſe, ut fœdus contra Cæſarem inirent. illa reſpondit, ſe ſcire, Calliam miſſum ut de cõnubijs ageret. uoluiſſe enim Antonium antequam contra Parthos expeditionem ſuſciperet, elocare filiam filio Lepidi, ut promiſerat. hæc aſſeuerante Octauia, Calliam quoq; Cæſari miſit Antonius, ut tormentis ueritatẽ exprimeret. eum ille nõ accepit, dicens ſe collocuturum cum eo inter Metapontũ & Tarentum, quo loco fluuius eiuſdem nominis medius interfluit. forte fortuna cùm uterq; propinquaret fluuio, Antonius è carpento deſiliẽs, in lintrem ibi ſtantem ſolus inſilijt: traijciebatq́; ad Cæſarem, credẽs ut amico. id Cæſar æmulatus eſt: ita in flumine obuij, contendebant dum uterq; uult in ripam alterius excendere. uicit Cæſar, iturus Tarentum etiam ad Octauiam. cõſeditq; in eodem carpento cum Antonio,

tonio,& Tarenti uenit in eius diuerſoriũ abſq; ſatellitio, & ſic pernoctauit apud eum. eadẽ omnia ſequenti die fecit Antonius. ita continenter momento leui mutabantur uel ad ſuſpiciones per ambitionem: uel ad fiduciam, quoties poſtularet neceſsitas. cæterùm expeditionem contra Pompeium Cæſar in annum ſequentem diſtulit: Antonio diutius ibi morari propter Parthos non fuit integrum. permutatio tamen facta eſt. Antonius Cæſari c x x. naues cõtinuo Tarentum miſſas tradidit: pro quibus Cæſar ei uiginti legionariorũ milia pollicitus eſt miſſurum ſe ex Italia. Octauia quoq; fratrẽ donauit impetratis ab Antonio decem phaſelis triremibus, quod nauis genus medium eſt inter longas & onerarias. Cęſar uiciſsim Octauiam mille ſelectis ſatellitibus, Antonio delectu eorũ permiſſo. & quoniam Triumuiratus tempus S.C. præſcriptum exibat, prorogarũt ſibijpſi poteſtatem in aliud quinquenniũ, nihil morati plebis ſuffragia. atq; ita diſceſſerunt, Antonio rectà feſtinante in Syriam, Octauia relicta apud fratrem cum cõmuni filiola. Cæterùm Menodorus ſiue quòd natura eſſet reciprocus ꝓditor: ſiue minas Antonij ueritus, qui ſeruitutem ei ut mancipio turbulento intentauerat: ſiue minora ſpe cõſecutus præmia; ſiue permotus quotidianis cæterorum Pompeij libertorum opprobrijs, perfidiam obiectãtium, & ad officium reuocantium, extincto Mæcenate, fide impetrata transfugit ad Pompeiũ cum ſeptem nauibus, non ſentiente præfecto claſsis Caluiſio. quamobrem Cæſar ablatam ei præfecturam in Agrippam tranſtulit. abſolutam deinde claſſem luſtrauit hũc in modum. Altaria ſtant in extremo littore undis alludẽtibus. naues plenæ claſsiarijs ordine circumſtant cũ altiſsimo ſilentio: ſacrifici ſtando in mari mactant uictimas, moxq; in ſcaphis ter circum claſſem luſtramina circumferunt, nauigantibus unà & ducibus, cõprecãtibusq; ut in ea luſtramina à claſſe auertãtur infauſta omnia. diuiſis deinde luſtralibus uiſceribus, partem in mare porriciunt, partem adolent in altaribus, fauſta ominante multitudine. hoc modo Romani claſſes ſuas luſtrare ſolent. Statutum autem erat, ut Cæſar à Puteolis, Lepidus ex Africa, Taurus à Tarento, diuerſis claſsibus Siciliam inuaderent, ut hoſtem ab Oriente pariter & Occidente Meridieq; circumuenirent, præmonitis omnibus ad quem diem Cæſar ſolueret. ea fuit decima poſt ſolſtitiũ, quas Romani calendas uocant menſis in honorem ſuperioris Cęſaris dicti Iulij, qui prius Quintilis uocabatur. hanc diem Cæſar præſtituit, fauſtam ratus fortaſſe propter patrem perpetuò uictorem. Pompeius uerò Lepido oppoſuit Plennium ad Lilybæum, cum legione una & multitudine uelitum, Orientale Occidentaleq; Siciliæ latera præ-

ſidijs munijt, præſertim inſulas Liparam & Coſſyram, ne hæc Lepido, illa Cęſari, portus aut ſtationes opportunas præberent contra Siciliam. robur autem claſsis Meſſanæ continebat, in omnes occaſiones intentus. hic fuit apparatus partium. poſtquam autem calendæ uenêre, prima aurora omnes ſoluerunt: Lepidus ex Africa mille onerarijs, longis ſeptuaginta, cum legionibus duodecim, equitũ Numidarũ quinq; milibus, multoq; apparatu alio. Taurus Tarento ex Antonianis c x x x. nauibus duas tantùm ſupra centum duxit, reliquarum peſtis abſumpſerat remigium anteacta hieme. Cæſar Puteolis, cùm prius è prætoria porrectis extis in mare litaſſet uentis ſerenis, tutelari Neptuno, & tranquillo mari, ut propitij ſibi contra patricidas fauerent. præcurſoriæ uerò nõnullæ ſinus maris ſcrutabantur, poſtremum nauium agmen Appius cogebat cum præſidio. tertia uerò die poſtquam ſoluerãt, exortus auſter multas onerarias Lepidi ſubuertit. tenuit tamen Siciliam, & Plennium intra Lilybæum oppugnauit, oppidaq; aliquot partim ui partim deditione in poteſtatem ſuam redegit. Taurus mox ubi reflare uentus cœpit, Tarentum reuerſus eſt. Appio uerò circa Mineruæ promontorium nauigante, pars nauium illiſa eſt ſcopulis, pars hæſit in breuibus, reliquæ nõ ſine damno diſiectæ ſunt. Cæſar tẽpeſtate oriente in Velinum ſinum natura tutum confugit, excepta una ſexireme, quæ circa promontorium fecit naufragiũ. cumq; auſtro ſucceſsiſſet Africus, ſinus ad Occidẽtem apertus miſcebatur fluctibus: & naues neq; reflante uento exire ſinum iam poterant, neq; aut remis ſiſti aut ancoris, ſed uel ad ſaxa uel inter ſe collidebantur, quod malum aduentu noctis auctum eſt. tandem ſedato infortunio, Cæſar necatos ſepelijt, uulneratos curauit, enatantes ueſtijt armauitq; armis alijs, & uniuerſam claſſem refecit pro copijs præſentibus. perierunt naues graues ſex, leuiores uigintiſex, liburnicæ plures etiam. his incõmodis ſartiẽdis opus fuit triginta dierum ſpatio, & æſtas iam uergebat: unde optimum uiſum eſt, differre bellum in æſtatem proximam. ſed cùm populus laboraret inopia, ſubductas naues reparauit celeriter, & ſocios nauales recollectos ex naufragijs Tauro in ſupplementũ tranſmiſit. poſt hunc haud exigui momenti caſum Mæcenas Romam miſſus eſt, propter conſternatos ob nondum abolitam ex animis ciuium Pompeij Magni memoriã. nouos colonos ipſe magna feſtinatione Italiam obeundo recreabat à pauore. pari celeritate & Tarentum accurrit, ut Tauri claſſem inuiſeret, inde Vibonem profectus, legiones affatus iuſsit eſſe bono animo, accelerauitq; apparatum nauium, breui Siciliam inuaſurus denuo. Pompeius ne hac quidem tot naufragiorũ occa-
ſione

ſione uſus, tantùm Neptuni ſacris operabatur & Salatiæ, quorum etiam filium appellari ſe ſuſtinuit, perſuaſus, non ſine deo bis ita per æſtiuos mẽſes hoſtem afflictum aduerſis tempeſtatibus. Fertur eum his ſucceſsibus inflatum mutaſſe paludamentum quoq;, celuleumq́; ſumpſiſſe pro puniceo, adoptatum à Neptuno ſcilicet. cumq; ſperaſſet quieturum Cæſarem, ut audiuit inſtaurata claſſe rediturum eadem æſtate in Siciliam, perculſus eſt, quaſi contra inexpugnabilem mentem apparatumq; bellum gereret. Menodorum tamẽ cum VII. quas adduxerat nauibus, miſit ſpeculatum ad naualia Cæſaris, effecturum quantum potuerit. qui iam antè dolens non redditum ſibi claſsis imperium, tum uerò ſentiẽs propter ſuſpicionem ſolas quas adduxerat naues ſibi creditas, rurſus transfugiendi cepit conſilium. & quia uidebat in quemuis euentũ utile fore ſi aliquod uirtutis ſpecimen ederet, ſocijs quicquid auri habebat diſtribuit: eremigatisq́; triduo D. ſupra M. ſtadijs, in præſidiarias nauium quæ Cæſari fabricabantur, fulminis in morem repentinus irruens, rurſumq́; ſe inde proripiens, iam duas, iam tres earum opprimebat: onerarias quoq; frumentum uehentes in ſtationibus curſúue mergebat, aut capiebat, aut incendebat: repleuitq́; omnia tumultu per Cæſaris Agrippæq́; abſentiam. nam hic in ſyluam profectus fuerat ad parandam materiam. illudens etiam hoſtibus, impegit nauim contemptim in ſolum mollius, in luto ſe hærere fingens, donec tanquam ad paratam prædam è monte decurrentibus obuerſa puppi cum riſu abijt, Cæſarianis mœrentibus æquè ac ſtupẽtibus. ubi uerò ſatis oſtẽdit quantum rebus momentum uel hoſtis afferret uel ſocius, Rebilum ſenatorem captum dimiſit, ad futura parãs initium. moxq́; de Vinidio Marcello Cæſaris familiari, cuius amicitiã in priore transfugio ſibi quæſierat, ſparſit rumorẽ apud ſuos, proditionẽ eum moliri & transfugiũ. ipſe ad hoſtes appellens propius, poſtulauit cum Vinidio in parua quadam inſula ſibi permitti colloquium de rebus utriq; parti conferentibus. quo impetrato ſemotis arbitris ait ſe prius ad Pompeium refugiſſe coactum iniurijs illatis ſibi à Caluiſio claſsis p̃fecto: nũc præfectura in Agrippam translata, rediturum ad Cæſarem non malè de ſe meritũ, modò Vinidius fidem ſibi afferret à Meſſala, Agrippæ abſentis uicario. promiſitq́; ſe reſarturum peccatum ſuum egregijs facinoribus: ſed antequam fidem accipiat infeſtaturum Cæſarianos ut antea, ob cauendam ſuſpicionem. digreſſus deinde infeſtus fuit more ſolito. Meſſala dubitauit aliquantiſper ut de re parum honeſta: tandem conceſsit ſiue, has belli neceſsitates exiſtimãs, ſiue de Cæſaris mente præmonitus, coniecturámue faciens. Menodorus

rurſum

rurſum transfugit,accidensq; ad genua Cæſaris,petijt ueniam priuſquam fugæ cauſam indicaret. qui propter fœdus incolumitatem ei donauit,adhibitis qui clàm obſeruarent hominem:triremium uerò eius præfectos quocunq; uellent abire permiſit: parata deinde claſſe Cæſar ſoluit iterum:appulſusq; Vibonem,Meſſalam cum duabus legionibus traijcere in Siciliã iuſsit, & cum Lepidi exercitu ſe cõiungere,tranſireq; in ſinum qui eſt uerſus Tauromimium:tres uerò alias miſit ad Stylida in extremũ fretum, occaſionẽ expectaturas. Taurum etiam ad montem Scylacium, qui eſt ex aduerſo Taurominij, è Tarẽto circumnauigare iuſsit.quod ille fecit, paratus tum ad remigationem tum ad prælium,proſequentibus terreſtribus copijs, præexplorantibus terram equitibus, mare Liburnicis.ad eum ſic iter facientem Cæſar è Vibone accurrit:conſpectusq; circa Scylacium,ordine approbato,Vibonem redijt.At Pompeius,ut diximus,diſpoſitis circa loca ad exſcendendum in inſulam opportuna præſidijs,claſſem Meſſanæ continebat, ſuccurſurus quocunq; opus foret. Dum ea utrinq; parantur,Lepido rurſum ex Africa reliquæ quatuor legiones tranſportabãtur onerarijs,quibus in alto factus obuiam Pompeianus dux Papia, & tanquam amicus expectatus,eas oppreſsit. putabant enim à Lepido miſſas ſibi occurrere, qui tardius ſuas deduxerat.quas deinde uenire uiſas declinarunt onerarię quòd hoſtiles has quoq; crederent:donec alię captæ, aliæ crematę ſubmerſæue,quædam in Africam reuerſæ ſunt. ex legionibus duæ perierunt in mari, & ſiqui militum enatarunt, eos Tiſienus Pompeij dux terram prenſantes confecit. reliquus exercitus ad Lepidum perlatus eſt,uel tunc uel poſtea.Papia nauigauit ad Pompeiũ.Cæſar in Strongylen, unam è quinq; inſulis Aeolijs, è Vibone cum tota claſſe traiecit, præmiſsis exploratorijs liburnicis. cumq; in fronte Siciliæ multas uideret copias circa Pelorum & Mylis & Tyndaride,coniectauit ipſum adeſſe Pompeium: relictoq; ibi Agrippa uicario, ipſe Vibonem reuerſus, mox inde in caſtra Tauri tranſcurrit cum Meſſala & tribus legionibus,cogitans Taurominiũ occupare per Pompeij abſentiã, & ipſum à duobus lateribus aggredi. Agrippa igitur à Strongyle in Hieram traiecit,eamq; cepit,pulſis præſidiarijs, ſequenti die Mylas tentaturus & Democharem præfectum quadraginta nauium. Pompeius ſuſpectos habens Agrippæ conatus, alias quadragintaquinq; naues à Meſſana miſit Demochari, duce liberto Apollophane, quẽ ipſe cũ alijs ſeptuaginta ſequutus eſt. Agrippa ante lucem ex Hiera ſoluit cũ dimidia parte nauium, quaſi pugnaturus cum ſolo Papia. ubi uerò & Apollophanis claſſem uidit, & illam aliam ſeptuaginta nauium, continuò

continuò ſignificauit Cæſari, Pompeium cum maiore claſsis parte eſſe ad Mylas, ipſe cum grauibus nauibus medium agmen tenuit, reliquis iuſsis ex Hiera celeriter ſubſequi. erat autē utrinq; apparatus magnificus, impoſitis à prora puppiq; turribus. ut uerò poſt ſolennem cohortationem ſignum per ſingulas naues elatum eſt, utrinque in ſe fecerunt impetum, in frontem alteri, alteri per ambages ad terrorem circumuentis incutiendum magno nauium uirorumq; ſtrepitu. erant enim naues Pompeio mediocres, leues, & ad incurſandū circumueniendumq; hoſtem agiles: Cæſari uerò maiores grauioresq;, & ob id ipſum tardiores: ſed ad ictus tum inferendos ualidiores, tum ſuſtinendos firmiores: milites uerò hinc robore præſtabāt, illinc rei naualis peritia. hi non cōcurrendo, ſed circumcurſando ſuperabāt, iam remos maiorum nauium detergendo, iam diffringendo gubernacula: interdū etiam magna ui in eas reuerſę roſtris ictus regerebant non leuiores quàm acciperent. contrà Cæſarianę roſtris ut minores facile repercutiebant, aut quaſſabant, aut perforabant. & quoties colluctarentur cominus, miſsilibus è ſuperiore loco obruebant, iniectisq; coruis aut ferreis manibus retinebāt eas facilius. tum aduerſarij non ferentes impetum in pelagus exiliebant, & à ſcaphis Pompeianorum ad id diſcurſantibus recolligebantur. Agrippa nauim Papiæ petebat maximè, ictamq; ſub prora & concuſſam perfregit uſq; carinam. qui in eius turribus ad propugnandum conſtiterant, excuſsi ſunt. mare in nauem admiſſum, obruit rémigum ordinem infimum. reliqui perfracta contabulatione, natatu euaſerunt: Papia receptus in nauem proximam, rurſus in prælium redijt. Tum Pompeius è monte conſpicatus ſuas parum proficere, & quoties cominus res gereretur, ſocios nauales amittere, Agrippę uerò triarias ex Hiera ſuccurrere, ſignum ſuis dedit ut ſeruatis ordinibus ſe reciperent. id quod fecerunt, pugnandoq; paulatim ſeſe ſubduxerunt è prælio. Agrippa uerò urgente refugerunt, non in aſpera littora, ſed quà limo fluuijs illato molliuntur. ille à gubernatoribus uetitus ne magnas naues locis uadoſis cōmitteret, in alto iactis ancoris conſtitit, quaſi hoſtem, ſi opus ſit, inuaſurus nocturno prælio. monentibus autem amicis ne iram magis quàm rationē ſequeretur, néue militem nimis diuexaret uigilijs ac laboribus, néue maris tranquillitati multū crederet, uix ſerò ſe retro recepit. Pompeiani portus ſuos petierūt amiſsis triginta nauibus, ſubmerſis quinq; hoſtilibus, alijsq; multis acceptis pariter ac illatis incōmodis. quos Pompeius laudans quòd tam magnis reſtitiſſent nauibus, ait ſibi hanc nō tam naualem pugnam uiſam quàm oppugnationem mœnium: nec aliter quàm ui

ctores

ctores donauit, ſpem faciens, in freto propter fluxum claſſem ſuam ut leuiorem ita ſuperiorem fore: promittéſq; additurum ſe aliquantum ad ſuarum nauium altitudinem. Hic euentus fuit naualis circa Mylas pugnæ inter Agrippã & Papiam. At Pompeius ratus id quod erat, Cæſarem in Tauri caſtra profectum ut tẽtaret Taurominium, mox à cœna Meſſanam circumuectus eſt, Mylis relicta parte nauiũ, ut Agrippa ipſum ibi eſſe putaret. qui milite refecto pro tẽpore, nauigauit Tyndaridem dedentem ſe: ubi receptus ab oppidanis, rurſum à præſidiarijs egregiè repugnantibus eiectus eſt. aliæ quoq; ciuitates ad eum deficiẽtes acceperunt præſidia, ipſe ueſpere ad claſſem redijt. interea Cæſar è Scylacio ad Leucopetram deuectus fuerat, certior factus Pompeium Meſſana Mylas profectũ propter Agrippam. cumq́; ſtatuiſſet è Leucopetra noctu traijcere Taurominiũ, poſtquã audiuit de nauali prælio mutauit ſententiam, honeſtius uictori exiſtimans non clàm ſed clara luce nauigare cum fiducia. credebat enim Pompeium prope Agrippam haudquaquam manſurum. cumq; exorta die proſpexiſſet in altum è montibus, nuſquam apparente hoſte nauigabat impoſito quãtum claſsis capiebat milite, reliquis Meſſalæ cõmiſsis, donec ad eum naues redirẽt. Taurominiũ uerò delatus, præmiſit qui deditionem poſcerent: & cùm præſidiarij ſe non admitterent, præternauigato flumine Onobala & fano Veneris, ad Archegetam appulit precatus deum, poſitis ibi caſtris oppugnaturus Taurominiũ. eſt autem Archegeta Apollinis parua ſtatua, quam primam dedicarunt Naxij coloni miſsi in Siciliam. hic è naui excendens prolapſus eſt: moxq́; ſurrexit & caſtra metabatur, cũ Pompeius magna claſſe ſuperuenit, omnibus mirantibus. credebatur enim deuictus ab Agrippa. per oram etiam equitatus irruebat, celeritate cõtendens cum nauibus: & diuerſa parte pedeſtres copiæ conſpectæ ſunt. itaq; omnes ſunt exterriti, circumuenti à tribus exercitibus. timuit & Cæſar, quòd nõ poſſet Meſſalam accerſere. equites igitur primi Cæſarianos in caſtris muniẽdis adhuc occupatos turbarũt. quòd ſi claſsiarij peditesq́; pariter feciſſent impetũ, fortaſsis egregia Pompeiò cõtigiſſet uictoria. nunc per imperitiam rei militaris, & hoſtium trepidationis ignorantiam, ueriti ſub ueſperam inire prælium, alteri ad Coccynum promontorium in ſtationem ſeceſſerunt: pedites uerò nolentes prope hoſtem caſtra metari, in oppidum Phœnicem ſe receperunt. nocte ſequente hi quieuerunt, Cæſariani uallum quidem abſoluerunt, ſed propter laborem & uigiliam ad pugnandum inutiliores redditi. erãt autem legiones tres, equites ſine equis quingenti, uelites mille, coloni auxiliares uoluntarij M M. præterq́; naua-

nauales ſocij. tradito igitur peditatu Cornificio, ut in terra quantum poſſet repugnaret hoſtibus, ipſe ante lucē in altum prouectus eſt, ne & à mari intercluderetur. dextro cornu præfecit Titinium, ſiniſtro Carcium. ipſe liburnica circum claſſem uolitans omnibus hortator aderat. quo facto, inſignia ut in maximo conſtitutus periculo depoſuit. occurrente autem ex aduerſo Pompeio bis congreſsi certamen in noctem extraxerunt. cumq; naues Cæſarianæ caperentur & incenderentur, pars earum expanſis minoribus uelis aufugit in Italiam contēptis hortatibus: quas aliquot Pompeianis perſequentibus, & reliquæ profligatæ partim captæ partim incenſæ ſunt. qui in terram enatabant, ab equitibus Pompeianis interimebātur aut capiebantur: quidam in Cornificij caſtra ſe proripiebant: quos ille accurrentes excipiebat ſolis obuiam miſsis uelitibus. intempeſtiuum enim putabat mouere prolegiones malè animatas, propinquo exercitu terreſtri hoſtium, inſoleſcentium (ut fieri ſolet) uictoria. Cæſar in actuarijs ad multam noctem iactatus, incertus Cornificiū ne per media naufragia peteret, an ad Meſſalam refugeret, forte fortuna ad Abalam portum appulit cum unico armigero, deſtitutus amicis, ſeruis, & ſatellitibus: quem quidam è montibus ad rem cognoſcēdam decurrentes, inuenerunt animo defectum & corpore, & translatum nunc in hoc, nunc in aliud acatium quo magis hoſtem fallerent, ad Meſſalam deportarunt, qui non longè aberat. inde priuſquam corpus curaret, ad Cornificium miſit liburnicam, & circa omnes montes dimiſit qui nunciarent ſe incolumē, iuberentq; omnes opem ferre Cornificio, & ipſe per literas pollicitus eſt ei mox adfore auxiliū. curato deinde corpore cum quieuiſſet modicum, ad Stylida noctu profectus eſt, Meſſala eum deducente ad Carinatem, paratum ad nauigationem cum tribus legionibus, quem iuſsit in Liparam traijcere, ipſe mox cōſecuturus. Agrippę quoq; ſcripſit, ut periculo eximeret Cornificium celeriter, ſubmittendo cum expeditis Laronium. Męcenatem iterum in Vrbem miſit, propter quoſdam rerum nouarum cupidos, in quorum aliquot animaduerſum eſt publicè. Meſſalam uerò Puteolos, ut legionem primam Vibonem adduceret. hic Meſſala Romæ à Triumuiris proſcriptus fuerat, propoſitis interfectori præmijs, ſiue pecunias, ſiue libertatem peteret. profugus deinde ad Brutum & Caſsium, poſt illorum mortem Antonio claſſem ex fœdere tradidit. id nūc memorare libuit Romanæ uirtutis exemplū, quando Meſſala habēs in poteſtate próſcriptorem ſuum deſolatum in tanta calamitate, refouit ut imperatorem ſeruauitq;. At Cornificius quamuis à caſtris facilè hoſtē arcere poterat, tamē quia laborabat

commeatuum inopia, ſuis in aciem productis hoſtem prouocauit. Pompeio uerò detrectante certamen cum uiris in ſola dextra fiduciam habentibus, & fame ſe ſubacturum eos ſperante, Cornificius iter ingreſſus eſt, receptis in medium agmen inermibus qui euaſerant è naufragio, in regione campeſtri miſsilibus ab equitatu hoſtium infeſtatus grauiter: in aſpera uerò ab Afris armatis leuiter, qui magna ex parte iaculatores facile refugiebāt, ſi qui in eos procurrerēt ex agmine. quarta demùm die peruenerūt ad terram aridam, quam indigenæ torrentem ignis nominant, uſq; ad mare ſqualidam abſumptis æſtu ſcaturiginibus, accolis noctu tantū permeabilem, uitandi ęſtus pulueriſq; gratia. per eam Cornificiani neq; noctu præſertim ſilente luna iter auſi ſunt facere, propter uiarum imperitiā & metum inſidiarum: neq; interdiu ſuſtinuerunt: ſed ſuffocabantur, & plantas ut in æſtate feruida adurebantur, nudi pręcipuè: nec tardius ingredi ſitis ſinebat, aut in uelites infeſtantes procurrere, ſed exponebant ſe uulneribus. ubi uerò ad fauces quà è peruſto agro erat exitus, offenderunt alios, neglectis nudis & infirmioribus, irruerunt in eas quot quot poterant audacia perdita: & hoſtem impulerunt pro uiribus. ſed cùm & alias deinceps fauces obſideri cernerent, deſperatis rebus remiſerunt impetum, ſiti ſimul & æſtu laboreq; afflicti. cūq; Cornificius eos hortaretur oſtendēs fontem in proximo, redintegrato impetu propulerunt hoſtem amiſsis multis è ſuis, cęterùm fons ab alijs hoſtibus occupatus eſt, collapſiſq; in totum animis etiā corporum uires defecere. ſic affecti Laronium à longè conſpiciunt, miſſum ab Agrippa cum tribus legionibus, nōdum ſatis certi amicum eſſe, ſpe tamen reficientes ſeipſos. ut uerò & iam hoſtem uiderunt aquam relinquere, ne includeretur medius, exclamarunt præ gaudio quantū poterant: cumq́; clamorem reddidiſſet Laronius, curſu fontem occuparunt, ducibus uetantibus ne ſe ingurgitando explerēt: quorum monita qui neglexere, inter bibendum emoriebantur. ſic ex inſperato Cornificius cum ſuperſtite parte exercitus Mylas ad Agrippam euaſit incolumis. qui tum Tyndaridem ceperat refertam uictualiū copia, & opportunam bello maritimo, quò Cæſar deportabat pedites & equites. habuit autem in uniuerſum in Sicilia uigintiunā legiones, equitum uiginti milia, leuis armaturæ plures quinq; milibus. Mylas autem & Naulochos & Pelorum omnemq; oram maritimā Pōpeius adhuc tenebat præſidijs: quæ ab Agrippa maximè ſibi metuentia, continuos ignes fouebant, ut hoſtium naues abſterrerēt intentando incendium. fauces quoq; utraſq; occuparat, tum Tauromitanas tum Mylenſes, & montanos calles muris interſepijt. Cæ-

ſarem

ſarem etiam ultra Tyndarida procedentem infeſtabat abſtinentem à prælio. cumq́; Agrippam appulſurum crederet, ad Pelorum tranſcurrit, deſertis faucibus Mylēſibus: quas mox Cæſar occupauit unà cum Mylis præterq́; Dianium oppidulum perexiguum, celebre Solis boum dormiente Vlixe à ſocijs abſumptarum fabula. Sed ubi opinio de Agrippę aduentu euanuit, & Pompeius amiſſas fauces cognouit, Tiſienum acciuit cum exercitu. ei Cæſar obuiam profectus aberrauit à uia circa montem Myconium, in quo ſine tentorio pernoctauit. & cum imbres uehementes ruerent, ut per autumnum ſolent, per totam noctem ſtetit ſub ſcuto Gallico, militibus id ſuſtinentibus. auditi quoq; ſunt Aetnæ horrendi fremitus & longi mugitus, excandeſcentibus & ignibus exercitumq́; fulgore terrentibus, adeò ut Germani è cubilibus præ timore proſilirent: nec amplius incredibilia uiderent Aetnæ miracula, & inter cętera illud de torrēti igneo. poſt hęc Palęſtenum agrum uaſtauit, & Lepidus factus eſt illi obuiam frumēta colligens: moxq́; ambo Meſſanam obſederunt. & cùm per totam Siciliā paſsim uelitationes fierent, nullo memorabili pręlio, Cæſar Taurum miſit ut Pompeiū cōmeatu arceret, occuparetq́; ciuitates quæ illi ſuppeditabāt. qua maximè difficultate coactus Pompeius ſtatuit ſemel prælio decernere. & quia terreſtres hoſtium copias timebat, in nauibus habens fiduciam, rogauit per nuncios, num uellet dimicare nauali prælio. ille quamuis abhorreret ab omnibus rebus maritimis, quas ad eam diem infeliciter tentauerat: tamen turpe ratus detrectare, conditionē accepit: præſtituta die, ad quam trecenæ naues utrinq; parabātur, inſtructę telis omnigenis, turribusq́; ac machinis quotquot excogitari potuere. Agrippa uerò & harpagonem cōmentus eſt, quinquecubitale tignum ferro indutum, in utraq; extremitate habēs circulum, & in horum altero harpagonem, uncum ferreum, in altero multas reſtes, quæ machinis attrahebant harpagonem, catapulta in hoſtilem nauem immiſſum. ubi uerò ſtatuta dies uenit, primùm remigum fuit oſtentatio non ſine clamore: mox miſsilibus certatum, partim è machinis, partim manu coniectis, ut ſunt ſaxa, ſagittæ, ignitaq; iacula. naues quoq; ipſæ concurrebant ictus inferentes accipientesq́; nunc in latera, nunc in proras, nunc in ipſa roſtra, qui maximè uectores concutiunt, & naues reddunt inutiliores. aliæ in tranſcurſu telis uelitabantur, actuarijs in mare delapſos recolligentibus. eratq́; contentio militum pariter ac nauium gubernatorumq́;. accedēte ducum cohortatione & machinarum opera. ſed maximè harpago probabatur, è longinquo propter leuitatem in naues inuolans inhærēſq́;, præſertim cum retraheretur

reſtibus. nec præcidi propter ferrum poterat, nec pertingi uſq; reſtes propter longitudinem: & ignotum erat genus machinę, & ideo hoſtes falcatas haſtas non præparauerāt. unus ut in re improuiſa conatus profuturus uidebatur, ſi ui remorū ſe retraherēt. & cùm idem aduerſarij facerent, pariter utriſq; conātibus harpago peragebat ſuum officium. ergo coniunctis nauibus uarijs modis pugnabat, tranſiliendo in aduerſarias, nec iam facilè erat pugnantes diſcernere. maiore enim ex parte utebantur eodem armorum genere, & lingua fermè omnes Latina: teſſeræ quoq; utrorūq; inter permixtos euulgatæ ſunt: & inde magna utriſq; doli occaſio uariaq;, dum non facilè teſſeris creditur, nec dignoſcunt ſe inuicem, mari pleno pugnantium cadentiumq; multitudine, & ſcutis naufragijsq; fluitantibus. nihil enim intentatū præter ignem reliquerunt. nam poſt primum cōcurſum abſtinuerūt eo, ubi cœptum eſt pugnari cominus. id certamen uterq; terreſtris exercitus ſpectabat è littore, nō ſine metu ſtudioq; partium, in eo de ſua quoq; incolumitate agi exiſtimans. nihil tamen diſcernebant oculis, ac ne poterāt quidem quamuis intentis admodum, utpote in DC. nauium ordine longiſsimo, uariante eiulatu nunc hac parte, nunc alia. uix tandem è turrium coloribus, quod ſolum diſcrimen erat, plures Pompeianas naues periſſe intelligens, Agrippa, cohortatus eſt proximos quaſi iā uictores: redintegratoq; in hoſtem impetu, urgere non deſijt, donec qui ipſi oppoſiti erant primi coacti cedere turres deiecerunt, uerſisq; nauibus in fretum fugerunt, duntaxat ſeptemdecim nauibus, reliquæ per Agrippam interclusæ, bona ex parte littori illiſæ dum uehementi fugiunt impetu, aut retractæ inde ſunt aut incenſæ. quod ubi uidere quæ in alto pugnam continuabant, deditionē fecerunt. dum Cæſarianus exercitus naualis uictoriam ſignificauit edito ingenti iubilo: quem non minore terreſtris excepit, Pompeianus uerò ingemuit. ipſe dux è Naulochis Meſſanam ſe proripuit, ſic attonitus ut nihil cogitarit de terreſtri exercitu. quo factum eſt ut & hos Cæſar Tiſieno dedente in fidē reciperet, & poſt hos equitatum, hunc quoq; præfectis dedentibus. merſę ſunt in eo prælio naues Cęſaris tres, Pōpeij XXVIII. reliquæ aut crematæ, aut captæ, aut littori alliſæ fractæq;, ſolæ ſeptemdecim effugerunt. Pompeius poſtquam in uia cognouit de defectione exercitus, priuatum cultum ſumpſit pro imperatorio, prę miſsis Meſſanam qui in naues quicquid poſſent imponerent. iamdudū enim apparata erāt omnia. Plennium quoq; à Lilybæo propere acciuit cum octo legionibus, quaſi habiturus has fugę comites. & ille quidem feſtinus ad eum contendit. Pompeius uerò alijs amicis & præſidijs & exerciti-

exercitibus ad uictorem deſciſcentibus,hoſtibus fretum intrò naui-gantibus,ne Plennium quidem in urbe egregiè munita expectandũ exiſtimans,cum iam dictis ſeptemdecim nauibus profugit ad Anto-nium, cuius matrẽ in ſimili periculo ſeruauerat. Plennius poſt eius diſceſſum Meſſanam peruenit,& ciuitatem eam tenuit. Cæſar in ca-ſtris ad Naulechos manſit, Agrippa iuſſo Meſſanam obſidere: id quod fecit ſociatus Lepido.& cùm Plẽnius legatos de pace miſiſſet, Agrippa rem differẽdam in matutinum cenſuit dum Cæſar ueniret. Lepidus uerò pacem dedit:& ut exercitũ Plennij ſibi conciliaret,ur bem ei ex æquo cum alijs militibus diripiendam conceſsit.qui præ-ter ſalutem, quam ſolam impetratam cupiebant,lucrum inſperatum nacti,Meſſanam per totam noctem diripuerunt, ſocijs prædæ mili-tibus Lepidi,ad quem ſigna tranſtulerunt.qui acceſsione horum au ctus uſq; ad uiginti duarum legionum numerum cum equitatu ua-lido,elatus eſt animo,de obtinenda Sicilia cogitans,eo iure quia pri or exſcẽderat in inſulam,& plures ciuitates in fidẽ acceperat. moxq; circa præſidia miſit qui Cæſarianos non admitterent,& fauces ubiq; obſedit.Cæſar ſequẽti die uenit, expoſtulauitq; per amicos cum Le-pido, quia aiebant eum in auxilium Cæſari ueniſſe in Siciliam, non ut eam ſibi acquireret: ille regerebat ademptam ſibi dignitatem pri-ſtinam,qua nunc ſolus Cęſar potiatur:& ſi ei placeat,libenter ſe pro illa permutaturum Africam & Siciliã.id indigne ferẽs Cęſar,ipſe ac-ceſsit ad eum, exprobrauitq; ingratitudinem. & cùm utrinq; minæ interceſsiſſent, cõtinuo ſeorſum actæ ſunt excubię, & naues ſteterũt in ancoris. dicebatur enim de his incẽdendis cogitare Lepidus. tum exercitus nouum ciuile bellum exhorruit, nunquam deficientibus diſſenſionibus. nec tamen Lepidum conferebant Cæſari, ne ipſius quidem Lepidi milites,ſuſpicientes uirtutem Cæſaris,damnata alte-rius ſegnicie,iniquitatem quoq; incuſantes, quòd in direptione ui-ctis eos æquauerit. quibus rebus cognitis Cæſar per internuncios clàm ſolicitauit duces eius ſingulos: & corruptis pleriſq;,præſertim qui Pompeianas partes ſecuti nondum confirmatam pacem puta-bant abſq; conſenſu Cæſaris,ſecuro Lepido & ignorante omnia,in caſtra eius ſuperuenit cum multis equitibus:quibus ante uallum re-lictis, cum paucis intrauit, procedẽſq; in medium ſingulos teſtatus eſt, ſe inuitum ad bellum trahi. ibi uero ſalutãtibus imperatorẽ pro-ximis,Pompeiani primi accurrerunt quotquot corrupti fuerant,ue niamq; petierunt. ille mirari ſe aiebat,ueniam eos petere,necdum ta men quod ipſis conferat facere, intellexerunt dictum, moxq; arre-pta ſigna tranſtulerunt ad Cæſarem, alij detendebant tentoria. eum

tumultum ubi ſenſit Lepidus,ad arma proſilijt è tentorio:cōmiſſaq; uelitatione unus ſcutariorum Cæſaris cecidit, ipſe in thoracē telum recepit,quod tamen ad uiuum non peruenit, moxq; curſim ſe recepit ad equites. In eum curſum præſidium cuiuſdam caſtelli cauillatū eſt:nec Cæſar iratus conquieuit prius quàm id equitum opera caperet:cæterorum item caſtellorum præfecti,pars cōtinuò, pars nocte ſequente defecerunt ad Cæſarem: quidam ne ſollicitati quidem, alij tantùm in ſpeciem infeſtati ab equitibus. non defuere tamen qui oppugnatores ſuos ſeriò repellerent. nā Lepidus quoquouerſum ſubmittebat auxilia:quæ & ipſa cum tranſitionē facerent, reliquus eius exercitus,quamuis non malè illi uolens,mutabat ſententiam.ac rurſum primi Pōpeiani quotquot adhuc in officio permanſerant,agminatim tranſibant alij poſt alios. cumq; Lepidus ad eos continendos armaret alios,qui in hoc armabantur aſſumebant ſigna,moxq; cum alijs adiugebāt ſe Cæſari. Lepidus minis ac precibus cum eis agebat, ſigna retentans,& miſſurum ſe negans,donec à ſignifero audijt:dimittes uel mortuus.tum demum ceſsit territus.poſtremi defecerunt equites, miſeruntq; ad Cæſarem ſcitatum, num interficiendus eſſet Lepidus iam priuatus imperio.quod ille non permiſit. Sic Lepidus necopinans deſertus ab omnibus, reflante fortuna exercitū cito amiſit,mutatoq; cultu properauit ad Cęſarem,alijs pariter feſtinantibus uelut ad ſpectaculū. cui Cæſar aſſurrexit, nec paſſus accidere ſibi ad genua: remiſitq; ſic cultum ad Vrbem, adempto imperio, relictoq; tantùm ſacerdotio. ſic ille ſæpius imperator, & quondā Triumuir, qui magiſtratus creauerat, & tot pari dignitate præditos proſcripſerat, priuatus ſub nōnullis olim proſcriptis magiſtratibus uitam exegit.cæterùm Pompeium Cęſar nec ipſe perſecutus eſt,nec alios perſequi ſiuit: ſiue quòd nollet inuadere in alienum imperiū Antonij: ſiue quòd futura ſpectaret conatusq; Antonij,habiturus iuſtam occaſionem diſsidij,ſiquid ille præter ęquum faceret.ſuſpiciones enim iam pridem eis ob ambitionem interceſſerant,ſublatis alijs inter ipſos contentionē fore:ſiue ut ipſe Cæſar aiebat poſtea, quia Pompeius è coniuratorū numero nō fuerat.coactis autē in unum copijs repertæ ſunt legiones XLV. equitū XXV. M. leuis armaturæ tantundem quantū equitū,& dimidiū inſuper. naues longæ DC. onerarias autem penè innumeras remiſit ad proprios dominos. militibus donatiuum ob uictoriam dedit, plura in futurum pollicitus. coronas quoq; & alios honores diſtribuit, & ignouit Pompeianis ducibus. Huic tantæ felicitati fortuna inuidit.nam exercitus, pręſertim ipſius proprius,ſeditionem mouit,miſsionem flagitans, & præmia,qualia

Philippen

Philippenſi prælio uictores acceperant: & quamuis hòc certamen non conferendum uideretur cum altero, promiſit tamē accepturos digna præmia unà cum his qui tum ſub Antonio militabant, quando ille redierit. quantum autem ad militiam, minaciter admonebat ſacramenti diſciplinæq́;.cumq́; in contumacia perſtarēt,remiſit minas,ne quis tumultus ab exercitibus dediticijs accederet:promiſitq́; ſe cum Antonio dimiſſurum eos ſuo tempore: nunc uſurum operæ eorum ad bella non ciuilia, quando deo fortunante deſierint. petiturum enim Illyrios & cæteras gentes barbaras, pacem uix bene firmatam labefactantes:ex qua militia percepturos lucra uberrima.denegarunt illi operam, ni præteritorum laborum repræſentarentur ſibi præmia honoresq́;.reſpondit honores ſe non differre, ſed præter iam datas,alias coronas legionibus ſe addere,& prætextas tribunis ac cēturionibus, ſenatoriamq́; dignitatē cuiq; in ſua patria. dum hæc aliaq; benigne offert, exclamauit tribunus Ofilius, corollis & prætextis delectari pueros,milites agris & pecunijs.id dictū approbante multitudine, Cæſar indignatus diſceſsit è tribunali. qui uerò proximi tribuno ſtabant,laudabant hominē,& cæteris qui ſe ad eos non aggregarent conuiciabantur. reſpondit ille, ſe ſolùm ad tuendam tam iuſtam cauſam ſufficere.his dictis ſequēti die nuſquam cōparuit, nec ſciri potuit quid illi acciderit. milites uerò non amplius ſinguli propter metum,ſed gregatim uno ore uociferabantur, miſſionem poſtulantes. horum præfectos Cæſar uarijs molliebat alloquijs:eis uerò qui ad Philippos & Mutinam meruerāt,ut diuturniore militia defunctis miſsionem conceſsit: dimiſſosq́; mox ablegauit ex inſula,ne contagione ſeditionis cæteros corrumperent:hoc tantum ad Mutinenſis belli ueteranos effatus,quamuis ſic dimiſsis, rediturum ſe tamen pollicita. alios uerò pro contione alloquēs, teſtes faciebat periurij diſcedentium,non dimiſſorum ex imperatoris ſententia: ipſos uerò laudabat, breui ſecuturæ miſsionis ſpem faciens: foreq́; ut nec officij quenquam pœniteat,& dimittantur ditati.nunc addere ſe uiritim quingenos ſeſtertios. poſt contionem indixit tributum Siciliæ M D C.talenta,deſignauitq́; proprætores Africæ ac Siciliæ,diuiſo exercitu in utramq́;. naues Antonij miſit Tarētum,reliquum exercitus partim præmiſit in Italiam, partim ſecum duxit decedens ex inſula.uenientē ad Vrbem ſenatus excepit immodicis honoribus, ipſi permittens ut arbitratu ſuo uel omnes, uel quotquot placerent,acciperet. itumq́; eſt obuiam quàm longiſsimè à coronatis tam ſenatoribus quàm cętero populo:à quibus ad tēpla primùm, deinde domum deductus eſt. ſequenti uerò die tam apud ſenatum

quàm pro contione orationem habuit, res à ſe geſtas ordine recenſens, adminiſtrationemq; reipublicæ iam inde ex quo ad eam admotus eſt uſq; ad præſentem diem: quas orationes à ſeipſo conſcriptas in uulgus edidit multis exemplaribus: denunciauitq; pacem & tranquillitatem poſt ſublata bella ciuilia, & tributa nondum reddita condonauit debitoribus: pariterq; publicanorum debita remiſit, & mercedes nondum perſolutas pro locationibus publicis. ex honoribus aũt per S.C. oblatis accepit thenſam in circenſibus, & annua ſolennia diebus uictoriæ, auratamq; pro roſtris ſtatuã, quæ ad ueram effigiem expreſſa eſt cum hoc titulo: OB PACEM POST DIVTVRNA BELLA TERRA MARIQ. REDDITAM. cumq́; populus pontificatum maximum à Lepido ad eum trãsferre uellet, nemini uiuo more maiorum adimi ſolitum, recuſauit: & cùm Lepidum ut hoſtẽ necari iuberent, non ſuſtinuit. deinde ad omnes exercitus obſignatas miſit literas, cum mandatis ut una die aperirentur omnes, moxq; iuſſa peragerentur. ea pertinebant ad ſeruos qui diſſenſionũ inteſtinarum tempore aufugerant in militiam, quibus poſcente Pompeio ſenatus ex fœdere libertatem conceſſerat. moxq; una die comprehenſos & in Vrbem adductos Romanis Italisq; dominis eorum Cæſar reſtituit, aut illorum hæredibus. idem fecit in Sicilia. ſi quos autem nemo in ſeruitutem aſſerebat, capite mulctauit in ipſis unde aufugerant ciuitatibus. Hic tum bellorum finis uiſus eſt, cùm Cæſar uigeſimum octauum ætatis annum exegiſſet, oppidatim inter deos tutelares conſecratus. Sed cùm Vrbs ipſa Siciliaq; palàm infeſtaretur latrocinijs, tanta perditorũ audacia ut prædones potius quàm occulti latrones uideri poſſent, Sabinus ad id corrigendum electus à Cæſare, multos comprehenſos affecit ſupplicijs, anno tamẽ integro habuit opus dum ſecuram pacem redderet omnibus: & ex illo tẽpore inſtitutas aiunt cohortes uigilum, quæ durant nunc quoq;. id tam opportunum & opinione citius remedium, Cæſari egregiam exiſtimationem peperit, qui pleraq; ad rempub. pertinentia, more maiorum adminiſtrabat per magiſtratus annuos, exurebatq; literas omẽs ſcriptas belli tempore, promittẽs ſe reſtituturum rempub. quàm primũ rediſſet Antonius. cõpertum enim ſibi, uelle & illum deponere magiſtratum ceſſantibus bellis ciuilibus. quapropter fauſtis exceptus acclamationibus, tribunitiam poteſtatem accepit in perpetuum, ceu inuitatus hoc honore ad priorem deponẽdum. qua de re priuatim ſcripſit Antonio. ille diſcedenti Bibulo mandata dedit ad eum: & in prouincias præſides miſit ſimiliter cogitauitq; ſocius expeditionis Illyricę fieri. At Pompeius è Sicilia fugiens ad Lacinium promontorium

rium appulit,ubi fanum Iunonis uotiuis donarijs diues ſpoliauit,petens Antonium.delatusq́; Mitylenen, ibi egit aliquantiſper, ubi etiamtum puerum cum matre depoſuerat pater bellum gerẽs cum Cæſare,uictusq́; inde recepit eum.& quia bellum in Media cum Medis Parthisq́; Antonius gerebat,Pompeius ſtatuerat reuerſo in fidem ſe cõmittere.ſed ubi uictum audiuit,& cõſtans fama idem ferebat, rurſum ſpem concepit,aut ſucceſſurum ſe in uniuerſam defuncti potentiam, aut ſaltem in partem eius recipiendum, obuerſante animo recenti exemplo Labieni, qui Aſiam incurſauerat.his cõſilijs occupato nunciatur Antonius rediſſe Alexandriam : proinde ad utrunque uiam ſibi muniẽs, per legationes offerebat ſe illi amicum & ſocium: reuera hoc tantùm agens ut res eius exploratas haberet. interim ad Thraciæ Pontiq́; dynaſtas alios legatos clàm mittebat,cogitãs ſi poſtulata non impetraret,per Pontum fugere in Armeniam:nam & ad Parthos miſit,ſperans ad bellum nondum confectum aduerſus Antonium libenter ſe duce uſuros,Romano uiro,eoq́; Magni filio: ſimulq́; naues parabat , & ſocios nauales exercebat , metum à Cæſare ſimulans,aut parari hæc in uſum Antonij.ſed ille quamprimum audiuit de Pompeij conatibus,ducẽ aduerſus eum deſignauit Titium, ut claſſe ac exercitu accepto è Syria, Pompeio bellum molienti reſiſteret totis uiribus: quòd ſi in fidem Antonij mallet recipi, adduceret eum honorificè.Legatorũ Pompeij hæc fuit poſtulatio: Miſsi ſumus à Pompeio,non quòd in Hiſpaniam, ſi bellum placeret, non pateat curſus , prouinciam ei coniunctam paterna amicitia, quæ iuniorem etiam tum fauore proſecuta,nũc quoq́; polliceatur operam: ſed quia uel tecum frui pace mauult,uel tuis auſpicijs (ſi res ita ferat) bellum gerere: quod cõſilium non nouum eſt, ſed iamdudum cum obtineret Siciliam,& popularetur Italiam, matre tibi ſeruata remiſſaq́; inuitatus es ad amicitiam.quam ſi admiſiſſes,nec Pompeius eiectus eſſet è Sicilia: non enim claſſem præbuiſſes contra eum ,neq; tu uictus fuiſſes in Parthia, Cæſare non mittente exercitum ex fœdere. imò etiam Italiam ſub tuam poteſtatem redegiſſes.attamen quantũuis neglectus opportuno tẽpore,nunc quoq́; poſtulat, ne toties uerbis & affinitate illudi tibi patiaris & inſidias fieri , memor Pompeiũ quoq́; poſt fœdus ſine cauſa bello appetitum à Cæſare , & Lepidum imperij conſortem, portione ſua priuatum, nec ad te quicquam rediſſe ex utraq; illa uictoria.nũc ſolus obſtas quo minus potiatur dudum concupita monarchia . iam enim digladiaremini , ſi Pompeius non fuiſſet in medio. hæc cùm ipſe prouidere debeas, tamen pro ea qua te proſequit̃ beneuolentia , mauult uiri ſimplicis & magnanimi amiciti-

amicitiā, quàm ſubdoli, fucati, uerſipellisq; : nec iniquè fert naues ei cōmodatas à te neceſsitate coacto cùm opus haberes cōtra Parthos exercitu: ſed admonet, quantum obfuerit non miſſus exercitus, & ut compēdio rem audias, Pompeius ſe in tuam fidem cōmittit cum nauibus quas adhuc habet, cumq; fidiſsimo exercitu, qui ne fugiētem quidem deſtituit: in pace allaturus tibi egregiam laudem, ſi Magni filium ſeruaueris: quòd ſi bellum, quod inſtare uidetur, gerendum ſit, futurus non aſpernāda tuæ partis acceſsio. Antonius his auditis, aperuit legatis mandata quæ dederat Titio: reſponditq;, ſi ex animo hæc offerret Pompeius, uenturum ipſum deducente Titio. Interea qui à Pompeio ad Parthos miſsi fuerant, comprehēſi ab Antonianis ducibus, perducti ſunt Alexādriam: ex his ubi ſingula cognouit Antonius, accitis Pompeij legatis, captos illos eis oſtendit. qui excuſabant hominē iuuenem in extrema calamitate conſtitutum, metuentem ne repulſam pateretur ab illo, coactum tentare uel infenſiſsimarum Pop. Ro. gentium animos. quòd ſi compertam habuerit mentē Antonij, nihil opus fore alijs ſolicitationibus & artibus. id ille credidit, ut homo minimè malitioſus, & ingenio ſimplex ac magnanimus. Interea Furnius ab Antonio præfectus Aſiæ Pompeium pacatè uenientem excepit, nec ad arcendum ualidus, nec cōpertam habens Antonij ſentētiam. ubi uerò uidit exerceri eius milites, delectum habuit ex prouincialibus, acciuitq; Aenobarbum ducem uicini exercitus, Amynta quoq; propere uocato in auxilium. qui ubi celeriter cōuenerunt, Pompeius querebatur, haberi ſe pro hoſte, cùm miſsis legatis reſponſum expectet ab Antonio. nihilominus uolebat capere Aenobarbum, prodente eius familiari Curio, ſperās in eo magnum momētum, ſi incideret permutatio. ſed proditione detecta, Curius in Romanorum conſiſtorio coargutus, dedit ſupplicium. Pompeius uerò Theodorum libertum, ſolum eius conſilij conſcium, quaſi id effutiſſet, interfecit. & quia deſperabat à ſe falli poſſe Furniū, Lampſacum per proditionem occupauit, ubi habitabant multi nominis Italici, in eam coloniam deducti à C. Cæſare, moxq; magnis ſtipendijs ad militiam pelliciebat Italos. iamq; ducentos equites & tres legiones habebat, cum Cyzicum terra mariq; aggreſſus, utrinq; repulſus eſt. erat enim ibi quædam non magna manus Antonianorum militum, gladiatores qui ibi alebantur cuſtodientium. reuerſus igitur in Achæorum portum, frumentabatur. cumq; Furnius abſtinens à pugna, ſemper ei caſtra admoueret cū multis equitibus, nec frumentari ſinens, nec urbes occupare, Pompeius caſtra eius à fronte adortus eſt, circūmiſsis clàm qui à tergo idem facerent. quamobrem Furnius

nius

nius in eum uerſus,captis à tergo caſtris eiectus eſt. fugiẽtes per Scamandrios campos Pompeius multos occidit. madebat enim cãpus ab imbribus.qui euaſerũt,receperũt ſe in tutũ, impares inſtaurando prælio.cumq; ſupplementũ acciperent è Myſia, Propontide, cæterisq; locis,egeni homines exhauſti exactionibus libẽter mercede militabant Pompeio, celebri propter partam ad Achæorum portum uictoriam.ſed cũ egeret equitatu, ac proinde malè mulctaretur in pabulationibus,audiuit alam equitum Italicorum ad Antonium iter facere,miſſam ab Octauia hiemãte Athenis: moxq; miſit qui auro eos corrumperent.hos præſes ab Antonio Macedonæ præfectus comprehẽdit,& aurum diſtribuit equitibus.Pompeius occupatis Nicęa Nicomediaq;, pecunias luculentè colligebat, magnis per omnia & inſperatis ſucceſsibus. cæterùm Furnio non longe ab eo caſtra habenti,primæ è Sicilia uere ineunte uenêre naues ſeptuaginta,quę ſolæ ex Antonij claſſe Cæſari contra Pompeium cõmodata ſuperfuerant.finito enim bello Siculo Cæſar eas dimiſit.uenit & è Syria Titius cum alijs centumuiginti nauibus,& copioſo exercitu. omnes appulerunt Proconneſum. Territus igitur Pompeius naues ſuas incendit,remiges armauit,in terra maiori uſui futuros cũ cæteris. At Caſſius Parmẽſis,Naſidius,Saturninus,Thermus,Antiſtius, alijq; honorati amici Pompeij,& cariſsimus ei Fãnius, & ipſe Libo ſocer, ut uiderunt eum ne poſt aduentum quidem Titij,cui Antonius ipſum cõmiſerat, deſinere cum potentiore bellum gerere, deſperarunt de eo:pactiq; ſibijpſis fidem,tranſierũt ad Antonium:ille ab amicis deſtitutus ſeceſsit in mediterranea Bithyniæ,petẽs ut ferebatur Armeniam. eum caſtris noctu egreſſum clàm perſequebantur Furnius & Titius,& Amyntas cũ eis.peractoq; magna contentione itinere circa ueſperam aſſecuti,ſinguli caſtrametati ſunt. circa tumulum quendam abſq; foſſa ualloq;,ut ſero diei feſsisq;.in eo ſtatu Pompeius noctu immiſsis cetratorum tribus milibus eos inuaſit cubãtes aut proſilientes è cubilibus. qui omnino nudi fugerunt turpiter. potuitq; Pompeius, ſi eadem nocte totis uiribus eos inuaſiſſet, aut fugatos perſecutus fuiſſet,abſoluere uictoriam. nunc ille quidẽ fortuna irata rem parum animaduertit, nihil inde lucratus, niſi quod perrexit mediterranea petere. hoſtes uerò coniuncti ſequebantur, frumentantem impediẽdo. donec inopia preſſus petijt colloquium Furnij, amici quondam Magni Pompeij,& dignitate pręſtantis,moribusq; grauioris cæteris. ſtans igitur in ripa interlabentis fluuij,aiebat ſe legatos miſiſſe ad Antonium:interim cùm alimentis opus haberet,nemine ſuppeditante auſum eſſe talia. Vos autẽ, inquit, ſi ex Antonij ſententia me bello perſequimini, malè ſibi ille conſulit, imminens

bellum

bellum non proſpiciens. quòd ſi non expectato eius iuſſu rem geritis, oro obteſtorq; expectetis dum legati mei ab illo redeant, aut acceptum me in fidem ducatis ad eum. committam autem me tibi ſoli Furni, modò bona fide incolumem ſiſtas me Antonio. Hæc ille, Antonio fretus ut natura bono, & tantùm timens nequid in itinere ſibi accideret. Ad quæ ſic reſpondit Furnius: Si te Antonij fidei cõmittere uolebas, debueras illum accedere ab initio, aut Mytilenæ quietus reſponſum expectare: ſed quia bellum maluiſti, feciſti quæ ipſe ſcis. quorum ſi nunc pœnitet, noli nos duces cõmittere. Titij te crede fidei, cui Antonius mandauit tuum negotium: à quo licet tibi petere, quæ petis à nobis. iuſsit enim ille, ſi hoſtis eſſe pergas, te interfici, ſin te dedas, mitti ad ſe honorificè. Iratus erat Titio Pompeius ut ingrato, quòd bellum hoc cõtra ſe ſuſcepiſſet. captum enim aliquando ſeruauerat. præterea uiſum eſt indignius Pompeium in Titij poteſtate fieri, hominis non admodum nobilis: cuius ſuſpectam fidem habebat, ſiue coniecturã faciens ex moribus, ſiue quia conſcius ſibi erat ueteris cuiuſdam iniuriæ, qua ante beneficiũ eum affecerat. quapropter iterum ſe dedebat Furnio, rogans ut acciperetur. id cum nõ impetraret, petebat ut ſaltem ab Amynta acciperetur. illo uerò negante Amyntam facturum id, quod coniunctum ſit cum Antonianorum mãdatorum executoris iniuria, ſolutum eſt colloquiũ. Furniani putabant fore ut Pompeius inopia coactus ſequenti die ſe Titio dederet. at ille noctu incenſis ex caſtrenſi more ignibus, & tubicinibus per ſigna uigiliarum noctem diſtinguentibus, clàm cum expeditis è caſtris ſe ſubduxit, ne ipſis quidẽ præmonitis quó nam ituri eſſent, cogitabat autem reuerti ad mare, & Titij claſſem incendere: quod fortaſſe perpetraſſet, ni Scaurus transfugiens, abitum eius, & quam uiam ingreſſus ſit, indicaſſet, quamuis ignarus propoſiti. Tum Amyntas cum M D. equitibus eum perſecutus eſt carentẽ equitatu: ad quem appropinquantem Pompeiani tranſierunt, pars occulta fuga, pars propalam. Pompeius pene deſolatus, & ſuos iam metuens, Amyntæ ſine conditionibus ſe dedidit, qui Titij conditiones reſpuerat. Sic ille captus eſt reliquus Magni filius, in tenera ætate patre orbatus, fratre uerò iam adoleſcẽtulus. quibus ſublatis diu latuit, occultis latrocinijs uexans Hiſpaniam: donec magno confluxu ad ſe facto iam Pompeij ſe filium non diſsimulans, apertius prædatus eſt: occiſoq; à coniuratis C. Cæſare iuſtum bellum mouit fultus magnis copijs repentinis, occupatis nauibus, pecunijs publicis, & inſulis. maris deinde occidentalis potitus imperio, fame preſsit Italiam, & inimicos ad quas uoluit pacis leges compulit: & quod præcipuum
eſt,

eſt, pernicioſa proſcriptione per Vrbem graſſante multos optimates ſeruauit, qui tum patria fruebantur ipſius beneficio: ſed fortuna mentem adimente nunquam hoſtes aggreſſus eſt, neglectis multis occaſionibus, contentus ſua tueri. Talis fuerat Pompeius qui nunc captus eſt. Titius exercitum eius adegit ſacramentum Antonio dicere. ipſum anno ætatis eius quadrageſimo Mileti interfecit: ſiue offenſæ ueteris memoria plus apud eum ualuit quàm ſecuti beneficij gratia, ſiue id mandauit Antonius. Sunt qui dicant Plancum nõ Antoniũ id mãdaſſe, qui Syriæ præſes ſolitus ſit in maioris momenti literis nomẽ aſcribere Antonij, & uti annulo ipſius ſignatorio. hoc factum quidam putant ſciente Antonio, cùm ipſe uereretur nomen Pompei, uel propter Cleopatram fauẽtem ei propter Magni memoriam. alij Plancum ipſum iiſdem cauſis permotum putant, cauentem ſimul ne Pompeius præberet aliquam occaſionem diſsidij Cæſari & Antonio, néue Cleopatra fauorem in Pompeium trãsferret. quo defuncto rurſum Antonius expeditionem ſuſcepit in Armeniam, Cæſar uerò contra Illyrios populatores Italiæ, qui aut nunquam paruerant Romano imperio, aut per bella ciuilia defecerant. Et quia res Illyricæ nec ſatis mihi compertæ ſunt, nec materiam præbere poſſunt iuſto uolumini, nec alio tempore narrari poſſunt cõmodè: uiſum eſt mihi eas in id tempus conferre, quo Romanis ſunt ſubditæ, & in ſummam redactas Macedonicis finitimis ſubiungere.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS GALLICIS Liber (uel potius Epitome.)

GALLI omnium primi Populo Romano arma intulerũt, Vrbemq́; captam incenderũt, Capitolio tãtùm incolumi. hos Camillus uictos expulit, & aliquanto pòſt redintegrantes bellum profligauit iterum, triumphumq́; de eis reportauit, annos natus LXXX. tertiam quoq; eiuſdem gentis in Italiam expeditionem Romanus exercitus repreſsit, ductu T. Quintij deletis hoſtibus. poſthæc Boij Gallorũ omniũ ferociſsimi. Romanas opes aggreſſi ſunt, quibus C. Sulpitius dictator duxit

obuiam, arte etiam uſus in prælio. iuſsit enim primores manipulos emiſsis pilis pariter ſubſidere, donec ſecundi tertijq; & quarti mitterent, ſingulis poſt iactum ſubſidentibus, atq; ita eludentibus tela ex aduerſo uenientia. at ubi ultimi eiaculati eſſent, tum uerò uniuerſi coorirentur, ſublatoq; clamore celeriter manus conſererent. fore enim ut hoſtis perterreatur tot miſsilibus, conſequente mox impetu cominus urgentium. eſt autem pilum, telum iaculo diſsimile, uidelicet haſtile quadrangulum, præfixum ferro item quadrangulo paris longitudinis, cætera molli præter cuſpidem, ſicq; Boiorum etiam totus exercitus à Romanis deletus eſt. aliam rurſus Gallorum manum uicit Popilius, & poſt illum eoſdem Camillus Camilli filius, quin & Aemilius Paulus de Gallis trophęa ſtatuit. ſed ante Marij cõſulatus numeroſiſsimæ bellicoſiſsimæq; ac robore ætatis formidandæ copiæ Gallorum irruperunt in Italiam & Narbonenſem prouinciam, à quibus aliquot Romani Coss. uicti ſunt caſtris amiſsis etiam: contra quos Marius miſſus omnes deleuit. omnium autem nouiſſimum & idem maximum bellum cum Gallis Romani geſſerunt auſpicijs C. Cæſaris. intra decennium enim, quo is imperator fuit, quadragies centena milia ferocium hoſtium in uniuerſum debellata ſunt. ex his decies C M. uirorum in acie capta ſunt, cæſi totidem: nationes CCCC. ciuitates pluſquã DCCC. uel rebelles retractæ ſunt ad officium, uel tum primùm ſubiugatę. ante Marium uerò Fabius Maximus Aemilianus cum modico exercitu Gallos aggreſſus centũ uiginti milia eorum occidit uno prælio, amiſsis tantùm quindecim militibus: & id fecit grauatus recenti uulnere, ordines obeundo cohortandoq; docendóque quomódo tractandi ſint Barbari in acie, nunc lectica circumlatus, nunc pedibus ſenſim obambulans & ſuſtentatus utrinque. cæterùm Cæſar ab Heluetijs & Tigurinis initio belli facto, profligauit eorum ducenta milia, ex quibus Tigurini ſuperiore tempore Piſonis exercitum & Caſsij ſub iugum miſerant, ut Claudius Paulus prodidit in ſuis annalibus. hos Labienus uicit legatus Cæſaris, cæteros uerò Cæſar, ferentibusq; his opem Tricorios. deinde Ariouiſtum & Germanos, qui proceritate ſuperabant uel proceriſsimos, immites moribus & animis ferociſsimi, mortis quoque contemptores perſuaſione futuri in uitam reditus, frigoris æſtusq; iuxtà patientes, in egeſtate crudis herbis contenti, equos uerò uirgultis paſcentes. cæterùm laborum in prælijs non admodum tolerantes fuiſſe uidenť, & bella non tam ratione geſsiſſe quàm beluino quodam impetu. quibus duabus rebus à Romanis uincebantur. nam illi uehementes impreſsiones faciendo totas legiones impellebant

bant. Romani contrà ſeruatis ordinibus cedendo arte illos ſuperabant,& ad ultimum octoaginta eorum milia proſtrauerũt. poſthæc Cæſar Belgas aggreſſus in fluuij cuiuſdam tranſitu, tam multos interfecit,ut uſum pontis præberent congeſta cadauera. Neruij uerò eum profligarunt,ex itinere aciem adhuc ſtruentem repente adorti, & magnam ſtragem ediderũt. ceciderunt in ea pugna omnes tribuni centurionesq;, ipſe in tumulum quendam cum ſatellitibus compulſus & obſeſſus eſt. ſed cùm decima legio à tergo inuaſiſſet obſeſſores,internecione deleti ſunt, quamuis eſſent non pauciores ſexaginta milibus. hi fuere Cimbrorum Teutonumq; progenies. idem Cæſar uicit & Allobrogas. Vſipetum Tencterorũq; CCCC. M. tum armatorum tum inermium contrucidauit. Sicambri uerò quingentis equitibus, quinq; milia Cæſarianorum equitum fugarunt, ex improuiſo eos aggreſſi, cuius audaciæ uicti poſtea pœnas dederũt. Renum quoq; flumen primus Romanorum Cæſar tranſijt, & in Britanniam inſulam cõtinenti ferè parem traiecit, ignotam ad eam ætatem noſtris hominibus. traiecit autẽ obſeruato æſtus tempore. hoc enim creſcente claſſis undis ſublata eſt, primò ſenſim, mox concitatius, donec uehementi fluxu Cæſar delatus eſt in Britanniam.

# APPIANI ALEXANDRINI DE BELLO QVOD CVM CARTHAGINIENSIBVS ET CVM HISPANIS IN HISPANIA ROMANI GESSERUNT, LIBER,

Cælio Secundo Curione interprete.

PYRENAEI montes à mari Tyrrheno ad borealem oceanum procurrũt. Horum partem quæ Orientem ſpectat, incolunt Celtæ, qui nunc Galli appellant: Ad occaſum uerò ſunt Iberi & Celtiberi, à Tyrrheno ſimiliter mari per Herculeas columnas circũducti, ad uſq; Septentrionalem oceanũ: ita Iberia, niſi quà Pyrenæos tangit: qui totius Europæ maximi atq; altiſsimi montes ſunt, pelago undiq; cincta eſt. Hac igitur in orbem facta nauigatione, uſq; ad Herculis columnas perueniunt gentes. Neq; enim Occidentalem oceanũ aut brumalem tranſeunt, niſi

quòd in Britanniam tranſmittunt: quod quidem acceſſus & receſſus maris cõmoditate uſi, factitare ſolent. cõficitur autem hic traiectus ſemidiei nauigatione. Alia uerò huiuſce oceani loca, neq; Romani ipſi, neq; ex ipſorum imperio alij traiecerũt. Iberiæ igitur, quę hodie à quibuſdã Hiſpania nominatur, magnitudo, quod ad unam prouinciam attinet, incredibilis propemodum eſt: eius enim latitudo ſtadiorum decem milia, cui proportione longitudo reſpondet. Hanc multæ incolunt gentes, & nominibus inter ſe diuerſæ: multa quoq; nauigabilia eam flumina alluunt. Qui uerò populi eam incoluiſſe primùm dicantur: qui pòſt occupauerint, atque id genus alia, non admodum mihi conſideranda propoſui: ſed ea tantùm quæ ad Romanos pertinent cõmemorabo. Illud tamen dicam, mihi uideri Celtas Pyrenæos ſuperaſſe mõtes, atq; unà cum cæteris eius orę incolis habitaſſe: ex quo perſpicuum eſt Celtiberorum nomen ortum eſſe. Præterea Phœnices, ſicuti ego arbitror, iam multò antè, cũ ſæpius in Iberiam negotiationis cauſa nauigaſſent, quædam ibi loca poſsederunt. Ad hæc alij quidam Græci, qui eodẽ modo Tarteſſum ad Arganthonium Tarteſsiorum regem adnauigabant, in Iberia cõſtitere. Nam in Iberia tum, ut ego exiſtimo, Arganthonius ac Tarteſſus regnabant. Ea tempeſtate urbs erat maritima, quæ nunc Carpteſſus appellatur. Ita credo Herculis fanum in eo loco, qui Columnę dicitur ab Iphenia fuiſſe ædificatum: in quo etiam hodie Phœnicũ ritu ceremoniæ celebrantur: ipſeq́; Deus ab incolis, nõ is qui Thebis natus eſt, ſed qui Tyri, eſſe cenſetur. Verũ nos hæc ijs relinquamus, quibus curæ eſt ueterum rerum memoriam inueſtigare. Hanc tam diuitem tótq; bonis affluentẽ oram, ante Romanos occupare Carthaginienſes ſtuduerunt: ac iam unam ſubegerant partem, reliquam quotidianis incurſionibus uaſtabãt, cùm Romani eis pulſis, ſubitò omnia loca ceperunt, quæ illi antè poſſederãt. Alia uerò oppida longo tempore magnoq́; labore, pòſt illorum imperio acceſſerunt: quę cùm ſæpenumerò iugum abieciſſent: eaq́; Romani iterum armis recepiſſent, totam prouinciam in tres partes diuiſerunt: atq; in eam totidem præfectos miſerunt. Quomodo autem ſingula occupauerint loca, quóue pacto ut ea occuparent, bella cũ Carthaginienſibus, deinde cũ Iberis & Celtiberis geſſerint, hoc ipſo uolumine explicabo. Primùm igitur cum populo Carthaginienſi Romani bellum geſſerunt: ſed quoniam illud propter Iberiam ſuſceptum eſt, neceſſe habui, in hac ipſa hiſtoria, quam de bello Hiſpanienſi ſcribimus, eius quoq; mentionem facere: atq; eadem de cauſa in opere De bello Sicilienſi, ea pariter complexi ſumus, quæ Carthaginienſes Romaniq; pro

pro eius inſulæ poſseſsione, geſſerunt. Hæc autem eo tempore principium habuere, quo Romani in Siciliam, ut eam ſubijcerent, tranſmiſerunt. Primum igitur certamen cum ijſdem Carthaginienſibus de Sicilia, procul à patria, in eadem inſula, cōmiſſum fuit: Secūdum in Iberia, de eiuſdem Iberiæ poſſeſsione. Qua tēpeſtate magnis claſſibus alij aliorum terras inuaſerunt, Carthaginienſibus Italiam, uiciſsimq; Romanis Africam populantibus. Cœptum eſt illud bellum circiter cētesimam quadrageſimam Olympiadem, ruptis inducijs, quæ bello Sicilienſi factæ fuerāt: cuius rei hæc fuit cauſa. Hamilcar cognomento Barcha, quo tempore Carthaginiēſium dux fuerat in Sicilia, magna præmia Celtis, qui ſub eo ſtipendia fecerant, itemq́; Pœnis militibus, qui ei auxilio uenerant, promiſerat. Quæ præmia cùm poſt Hamilcaris in Africam reditum poſtularentur, ortum eſt Africanum bellum: in quo Carthaginienſes multa mala ſuſtinuerūt. nam & Sardiniam Romanis tradiderunt, ut damna quæ mercatoribus ipſorum eo bello Africano dederant, compenſarentur. His igitur de cauſis cùm dies Hamilcari Barchæ ab aduerſę factionis hominibus dicta eſſet, utpote à quo tanta patrię detrimenta eſſent importata, is fauore eorum qui rempub. gubernabāt, inter quos Aſdrubal, cui filiam Barchæ elocauerat, plebi admodum acceptus erat, nō modò pœnam euaſit, uerùm etiam cùm quidam inter Numidas orti armorum motus eſſent, obtinuit uti aduerſus eos, unà cum Hannone, cui Magno cognomento erat, dux mitteretur: cùm penderet tamen adhuc ipſius Hamilcaris accuſatio, ab eoq́; ratio eorū, quæ antè adminiſtrauerat, reddenda eſſet. Bello autem Numidarum finito, Hannoneq́; propter querelas quaſdam Carthaginē reuocato, ſolus cum exercitu dux remanſit, cùm ſecum tamē Aſdrubalem generū ſuum haberet. Itaq; cum copijs ad Gades traiecit, atq; in hunc modum ſuperato freto, infeſtabat Iberos, eorum regionem populās & uexans: non quo illi tale aliquid eſſent cōmeriti, ſed ut ea occaſione à patria abeſſet, bellumq́; gereret, ac ſic populi fauorē ſibi conciliaret. Nam prędа diuiſa: partem eius militibus dabat, quo ſecum libentius prædarētur: partem Carthaginē mittebat: partem principibus ciuitatis, qui ei fauebant diſtribuebat. Dum hæc ageret, quidam uiri principes, atq; alij Iberorum primi coniurati, eum in hunc modum interemerunt. Currus aliquot lignis onuſtos præmiſerunt, quos ipſi deinde inſtructa acie ſequebantur. Hoc uiſo Carthaginienſes eos initio cum riſu excepere, ut qui ſtratagema illud nondū intelligerent. At cùm primùm in conſpectum uentum eſt, cōſeriq́; manus cœperūt, Iberi currus accēderūt: quo incendio boues in Numidas incitabantur.

tur. Atq; ita cùm ignis omnem in partem ſpargeretur (boues enim perterriti hàc illàc diſcurrebant) ualde Numidas afflixit, ordinesq́; diſturbauit. Hos igitur urgentes Iberi, Amilcharem Barcham, atq; unà pugnantium turbam trucidarunt. Carthaginienſes autem præda Iberica iam allecti, alterum exercitum ad Aſdrubalem Barchæ generum, qui tum in Iberia erat, miſerunt, eiq́; eius exercitus imperiũ demandarunt. Hic Annibalem Barchæ filium, uxorisq́; ſuæ fratrem (qui poſtea ex rebus preclarè geſtis tantum nomen ſibi cõparauit) ſibi legatum adiunxit: adoleſcentem quidem, ſed rei militaris peritum, atq; admodũ militibus gratũ. Hic multa Iberiæ loca, ut erat ad perſuadendũ aptiſsimus, ſibi oratione, ſi quando ad colloquia uentum erat, adiungebat. Cùm uerò ui erat agendum, iuuenis opera utebatur. Hac ratione ſeſe per Hiſpaniã extendit, ab occidentali oceano ad Iberum flumen omnia Numidarum ſubijciens imperio: qui diuiſa per medium Iberia, procul à montibus quinq; dierum iter, ſeptentrionem uerſus in oceanum fluit. At Saguntini Zacinthiorum quondam coloni, qui inter montes atq; Iberum medij ſunt, & quicunq; alij ex Græcis populis circa locum, cui Emporio nomen eſt, & ſi qui præterea alias Iberiæ partes colunt, ſibi metuentes, quatuor Romam legatos miſerunt. Quamobrem ſenatus nolens potentiam Carthaginienſium nimiùm excreſcere, oratores Carthaginem legauit, atq; inter utrãq; partem ita cõuentum eſt, ut Iberus Carthaginienſium imperij terminus in Hiſpania eſſet: utq́; Romani ultra flumẽ eorum ſubiectis bella non mouerent: neq; Carthaginiẽſes idem flumen bellandi cauſa tranſirent: præterea ut Saguntini, atq; alij Græci populi, qui in Iberia erant, liberi eſſent, ſuisq́; legibus uiuerent, quæ omnia in fœdere, quod inter Romanos & Carthaginiẽſes ictum fuit, expreſſa fuerũt. His rebus peractis, Aſdrubalem, dum res eius Iberiæ partis, quæ Carthaginienſiũ parebat imperio, cõponeret, unus ex ſeruis, cuius dominum crudeliter ille necauerat, uenationi intentum, ex inſidijs occidit: quem pòſt Annibal crudeliſsimè excruciatum, interemit. Exercitus Annibalem Barcham admodũ adoleſcentem, quòd ei ualde gratus eſſet, ſibi ducem creauit. Aſſenſerunt huic rei in ſenatu Carthaginienſium Amilcaris Barchæ æmuli, qui cùm Barchæ atq; Aſdrubalis potẽtiam extimuiſſnet, morte eorum audita, Annibalem quaſi iuuenem irridere, atq; etiam Barchæ & Aſdrubalis propinquos eiuſdem factionis homines, iudicijs uexare cœperunt: de ijſdem criminibus eos accuſantes, de quibus mortuos accuſarant: uſi ad id plebis fauore, quæ in eos odio erat accenſa, propter detrimenta quæ Barchæ atq; Aſdrubalis tempore pertulerat. Petebat

bat enim illa magna dona proferrēt, quæ Barcha aut Annibal eis mi ſerat, cùm ea ex hoſtium manubijs eſſent. Hi ad Annibalem petitum opem miſerunt, oſtēdentes ipſum quoq; inimicis paternis ludibrio futurum, niſi rationem eorum haberet, qui in patria res eius tueri poſſent. Hæc autem Annibal nequaquam ignorabat: intelligebat e- nim illorum contentiones, fraudum in ſe principium eſſe: nec exiſti mabat operæ precium fore, eiuſmodi inimicitias continuo cum me tu ſuſtinere, quemadmodum pater & auus fecerant: nec omnem æ- tatem ad Carthaginienſium leuitatis arbitrium agere: ingratè cum ijs agentium, qui cum eis coniuncti eſſent, qui bene de repub. meriti fuerant. Rumor nanq; diſsipatus erat, Annibalem puerum, cùm ad- huc in patris eſſet poteſtate, ab eo inductū fuiſſe tactis hoſtia arden- te aris, iuraret ſe, ut primū ad rempublicam accederet, Romano po- pulo capitalem hoſtem fore. His igitur de cauſis patriā in maximos ac diuturnos labores ponere conſtituit: eamq; periculis & metu im- plicatam retinere: ut eo pacto ſuas atq; amicorum res procul à peri- culo conſeruaret. Itaq; cùm Africa ſatis compoſita uideretur, atq; in fide manſura, pariterq; Iberorum populi, qui ditioni Carthaginien- ſium acceſſerant, exiſtimabat ſi denuo cum Romanis bellum ſuſci- peret, cuius terrore Carthaginienſes non breui tēpore occupati te- nerentur, rebus proſperè fluentibus, ſe immortalem gloriam, quòd orbis terrarum imperium patriæ ſubieciſſet, adepturum. Sperabat enim iterum ſub iugum miſsis Romanis, neminem præterea ſibi pa rem futurum: quòd ſi forte res aliter caderet, uel ipſum conatū glo- riam allaturum. At cùm facti principium ita ſibi demum exiſtimati- onem daturum cogitaret, ſi ultra Iberum procederet, Torboletanis, qui finitimi Saguntinorum erant, perſuaſit, uti ad ſe queſtum ueni- rent, Saguntinos illorum fines incurſionibus infeſtare, aliaq; plura inferre detrimenta. Qui cùm ei obtemperaſſent, illorum legatos Car thaginē miſit: ipſe uerò clàm literas ſubmittere, quibus ſignificaret Romanos eam Iberię partem, quæ ipſorū ditionis eſſet, ad defectio- nem ſolicitare: ac Saguntinos unà cū Romanis idem procurare: in ſumma nullam fraudem reliquam facere, atq; huiuſmodi res ſæpius ſcribere: donec ei ſenatus mādaret ea in Saguntinos ageret, quę rei- pub. utilia eſſe iudicaret. Is autem hanc occaſionem nactus, denuo cum Torboletanis egit, ut ad ſe queſtum de Saguntinis uenirent: quorum etiam oratores uocauit, qui ad eum quindecimuirûm lega tionem miſerunt. Annibal uerò coràm iuſsit exponerent, qua de re inter eos controuerſia eſſet, qui cùm ſe diſceptationem eam Roma- nis permittere reſpōderēt, ab Annibale caſtris diſcedere iuſsi ſunt:

ac noctẽ inſequẽti traiectis Iberum omnibus copijs, eorum agrum populabatur, muriſq; urbis machinas admouebat: quam cùm capere non poſſet, foſſa, & aggere, & muro cinxit: deinde in omni parte denſis diſpoſitis cuſtodijs, eam obſidione premebat: pauciſq; diebus interpoſitis, ſæpius eodem redibat. Saguntini tam repentinis tamq; improuiſis malis oppreſsi, legatos Romam trãſmiſerunt: quibus ſuos ſenatus oratores adiunxit, mandauitq;, Annibali primùm fœderis capita in memoriam reducerent: qui niſi parêret, Carthaginem eum accuſatum nauigarent. His legatis cùm in Iberiam nauigaſſent, atq; è nauibus in caſtra uenirẽt, imperauit Annibal ne ulterius progrederentur. Quapropter illi cum Saguntinorum legatis inde abeuntes, cum ijſdem Carhaginem profecti ſunt: ubi Carthaginienſibus ruptum eſſe fœdus oſtendebant. Sed illi Saguntinos accuſare, affirmareq;, ipſos damnis eorum ditionem affeciſſe. Saguntini contrà, eos ad iudicium Romanorum uocare. Illi diſceptatione nihil opus eſſe reſpondebant, cùm iniurias armis ulciſci poſſent. Quæ cùm Romanis nũciata eſſent, alij ſtatim auxilia eſſe mittenda Saguntinis iudicabant: alij repugnabant: afferebantq;, eos in fœdere cõprehenſos non eſſe, ſed liberos relictos. Itaq; proprijs legibus tam obſidentes, quàm obſeſſos uti debere: quæ ſententia ualuit. At Saguntini auxilio Romanorum deſtituti, fame enecti, ab Annibale continenter preſsi (nam cùm is urbem opulentam, auroq; affluentem eſſe intelligeret, nullum reſpirandi ſpacium ei concedebat) publico edicto auri atq; argenti, tam publici quàm priuati, quantum erat, in forum comportarunt: eaq; plumbo atq; ære cõmiſta corruperunt, & perdiderunt, quo inutilia Annibali efficerẽtur. Et quoniam ferro perire quàm fame malebãt, nocte intempeſta cùm denſiſsimę tenebrę eſſent, egreſsi, ſtationes Pœnorum nihil tale ſuſpicantes inuaſerunt: multoſq; dum alij ad arma cõcurrerent, alij pugnarẽt, trucidarunt. Cumq; diu pugna produceretur, Pœnorũ quidem multi ceciderũt, omnes uerò Saguntini tandem occiſione occiſi ſunt. Quorum ſtrage ex urbis mœnibus conſpecta, mulierum aliæ ſeſe ex tectis præcipitare, aliæ laqueo uitam finire: pars ſuis prius occiſis natis, ſibi necem inferre. Talis fuit Saguntinorum finis, quorum ciuitas magna & potẽs fuerat. Annibal ubi quid auro factum eſſet, accepit, diſcruciatos, quotquot à quatuordecim annis ſupererant, occidi imperauit. Cùm autem urbem ad mare ſitam, atq; in agro fertili habitatoribus uacuam eſſe nollet, eam coloniam Carthaginiẽſium fecit: quã hodie Carhaginẽ Spartagenam reor appellari. Romani legatos Carthaginem miſerunt, quibus mandarunt, à Carthaginiẽſibus Annibalem

lem poſcerent, tanquam fœderis uiolatorem : niſi forte de cōmuni ciuitatis conſenſu factum fuiſſe fateri uellent:quem niſi dederent,illico bellum indicerent. Qui quidē ita fecerunt:Carthaginienſibusq; Annibalem non dedentibus, bellum indixerunt. Id in hunc peractū eſſe modum fertur. Cùm Romanus legatus ab ipſis ludibrio habitus eſſet,gremium ueſtis in ſinum collectum oſtēdens, Hoc in ſinu, inquit, Carthaginienſes uobis & bellum & pacem fero. uos utrum placet,eligite. Illi uerò: Quin tu,inquiūt,nobis utrumuis das? eo autem bellum offerente,cuncti una uoce clamarunt: Et nos accipimus:ac ſtatim ad Annibalem,totā Iberiam extemplò percurreret,quaſi iam ruptum fœdus eſſet, ſcripſerunt. Quapropter ille in omnes uicinas gentes impetum faciens, partim blanditijs perſuaſas, partim minis perterrefactas,partim armis coactas ſubijcere conabatur . magnam uim militum colligebat, nulli in quem uſum id faceret ſignificans. Erat uerò ei animus in Italiam proficiſci, oratores ad Gallos mittere, Alpium itinera explorare, & copias in Italiā traducere, Aſdrubale in Iberia relicto. Romani ſibi cum Carthaginienſibus in Iberia & in Africa bellum gerendum rati,nec ulla uel leui ſuſpicione, Pœnos in Italiam uēturos, Tiberium Sempronium Longum in Africā cum CLXII. nauibus, & legionibus duabus miſerunt. Verùm quæ Sempronius Lōgus alijq; imperatores Romanorum in Africa geſſerūt, omnia in libro De bellis Punicis à nobis deſcripta ſunt. In Hiſpaniam autem, P. Cornelium Scipionem, cum ſexaginta nauibus, & peditum decem milib. equitibus uerò ſeptingentis miſerunt, cui legatum fratrem ipſius Cn. Cornelium Scipionem addiderūt. Sed horū alter, ſcilicet Publius cū à Maſsiliēſibus mercatoribus accepiſſet, Annibalem in Italiam contendentē,iam Alpium iuga ſuperaſſe: ueritus ne Italos imparatos aggrederet̄,copijs Cneo fratri traditis,in Ethruriam quinqueremi traiecit. Quid autem aut hic,aut alij qui ei ſucceſſere imperatores hoc in bello geſſerint, donec tandem poſt ſextum decimum annum Annibalem expulerunt Italia, à nobis ſequenti uolumine,quo Annibalis res geſtas omnes cōplectemur : quod etiam ob id Annibalis nomine inſcribetur,demonſtrabitur. Cneus, quod ad Romanum bellum attinet, priuſquam frater eius Publius ad eum redijt,nihil memoria dignū in Hiſpania geſsit. Nam Publij prouincia finita, à Romanis ei cōſules ſucceſſores dati, atq; ad bellum contra Annibalem gerendum miſsi: ipſe uerò proconſul creatus,denuo in Hiſpaniam dimiſſus eſt. Itaq; duo illi Scipiones contra Aſdrubalem bellum in Hiſpania adminiſtrabant. At Carthaginienſes armis Syphacis Numidiæ regis tentati, Aſdrubalem cum copiarum parte

reuocarūt:

reuocarunt: quo factum fuit ut Scipiones facile reliquum Hiſpaniæ armis obtinerent, ac multæ urbes ſeſe ſponte traderent. Erant enim illi tum ad gubernãdos exercitus, tum ad ciuitates blande ſub ipſorum imperium trahendas, apti. Carthaginienſes pòſt, rebus cum Syphace cõpoſitis Aſdrubalem in Hiſpaniam cum maioribus copijs, cumq́; triginta elephantis emiſerunt, adiunctis eis duobus alijs ducibus, Magone ſcilicet, atq; alio Aſdrubale Giſgonis filio. Ex eo tempore difficilius bellum Scipiones habuerunt: nihilominus tamen ſuperiores erãt: à quibus multi Afrorum militum atq; elephantorum conſumpti fuerunt, donec hyeme ſuperueniente Carthaginienſes in hyberna ad Turditanos conceſſere. At Scipionum, Cneus Orſonæ, Publius uerò Caſtulonæ ſe continebat. Qui, cùm ei nunciaretur Aſdrubalem aduentare, egreſſus ex urbe cum exigua militum manu ei obuiàm proceſsit, ut hoſtium copias ſenſim ſpecularetur: ſed imprudens propius quàm par fuit ad Aſdrubalem acceſsit: à cuius equitatu circumuẽtus unà cum omnibus qui cum eo erant, trucidatus eſt. Cneus fratris caſu nondum cognito, milites ad inſtrumenta conuehenda miſerat: cum quibus Afri pugnam cõſeruerunt. Qua re intellecta Cneus ut ſuis ſuppetias ferret, cum expeditis eò ſtatim conuolat. Sed Pœni iam fuſis cæſisq́; primis, Cneum perſequebantur: qui fugiens ſe in quandam turrim recepit, in quam hoſtes ignem immiſerunt: quo incendio Scipio cum ſuis abſumptus eſt. Atq; in hunc modum ambo Scipiones perierunt, uiri profecto omnibus modis magni, ualdeq́; ab Hiſpanis, qui ſe eorum cauſa fidei Romanorum cõmiſerant, & amati & deſiderati. Quæ cùm Romam nunciarẽtur, Romani moleſtiſsimè tulerũt: Marcellumq́;, qui paulò antè ex Sicilia redierat, atq; unà Claudium cum claſſe & duobus millibus equitum, decem millibus peditum, pecuniaq́; & cõmeatu quantum ſatis erat, in Hiſpaniam tranſmiſerũt. A quibus cùm nihil memorabile geſtũ eſſet, res Carthaginienſium magnopere creſcebant: iam enim fermè totam Hiſpaniam occuparãt, Romanis in anguſtum redactis: adeò ut ad Pyrenæos uſq; montes contracti eſſent. Quod qui Romę erant cùm acciperẽt, maiore dolore afficiebant: metuebantq́; maiorem in modum, ne dum Annibal uaſtaret eas regiones, quæ in ipſis uiſceribus hærebant Italiæ, ille alter exercitus ab alia parte inuaderet: quocirca etiamſi maximè cuperent, Hiſpaniæ res omittere nullo modo poterãt: ueriti ne & Hiſpanienſe bellum in Italiam protraheretur. Diem igitur ad imperatorem bello Hiſpanienſi præficiẽdum conſtituerunt. Ad quam quidem prouinciam cùm nullus iam ſe offerret, maiore in perturbatione & metu erant, quàm prius: uidebanturq́;

turq́; omnes in ſenatu pauore conſternati tacere, donec Cornelius Scipio Publij, qui in Hiſpania perierat, filius, adoleſcens adhuc (quartum enim & uigeſimum agebat annum) uerùm prudens, animoq́; generoſo habitus, accedens audacter admodum locutus eſt. Deplorauit enim patris patruiq́; acerbum caſum: affirmans ad ſe unum patris patruiq́; & patriæ ultionem ſpectare: aliaq́; ſubiungens magna cum facundia & ui, adeò ut quaſi diuino inſtinctus numine polliceretur ſe non Hiſpaniam modò, ſed etiam ipſam Carthaginem capturum. quo circa nimium ſe iuuenum more iactare uiſus eſt: attamen populi, qui metu conſternatus erat, fauorem ſibi conciliauit. Qui enim timent, cùm eis melior fortuna promittitur, eriguntur. Itaq; ei Hiſpania decreta, quaſi præſagio quodam, eum aliquid animi magnitudine ſui dignum eſſe facturum, quanquam ſeniores non animi magnitudinem, ſed temeritatem potius appellarent. Quod cum Scipio animaduerteret, denuò ad populũ uerba fecit, adq́; eadem quę prius de ſe prædicauit, illud etiam addens, ſuam iuuentutem nemini impedimento futuram: Seniores quoq; ad eam ſuſcipiendam prouinciam hortabatur: ſe ſi quis eam uellet ſuſcipere, libenter relicturum. Sed cùm nemo qui eam ſuſciperet, inueniretur, eò maiore ſua cum exiſtimatione omniumq́; admiratione in prouinciã profectus eſt: in quam ſecum peditum decẽ milia, & quingentos equites eduxit. Annibale enim Italiam uexante, maior militum numerus educi non poterat. Pecuniam præterea in ſtipendia habuit: omnemq́; alium apparatum, cũ longis nauibus uigintiocto: quibus in Hiſpaniã tranſmiſit. Vbi retento qui ibi erat, peditatu & equitatu, omnibusq́; copijs ſimul coniunctis, totum recenſuit exercitum, ac luſtrauit: deinde magnificè admodum locutus eſt: atq; ita repente eius fama per totam Hiſpaniam, iam Pœnorum perteſam dominatum, peruulgata fuit. Hærebat enim in animo, Scipionum uirtus: exiſtimabantq́; gentes illæ, non ſine deorum prouidentia, propriam Scipionis ſtirpem eò cum imperio adueniſſe. Qua re cognita Scipio, omnia ſe diuino inſtinctu gerere fingebat. Cùm igitur hoſtes quatuor diuerſis, longeq; inter ſe diſtantibus locis caſtra habere cõperiſſet, ſingulisq́; in caſtris, peditum uiginti quinq; milia, equitũ duo milia reperiri: prętere omnem pecuniæ, cõmeatus, miſsilium, telorum, armorum, & nauium apparatum, nec non captiuos atq; obſides Hiſpaniæ, in ea urbe, quæ ante Saguntus, nuper autem Carthago appellari cœpta, reſeruari: ibi ad earùm rerum cuſtodiam Magonem cum decem milibus militũ præeſſe, hanc primùm partem ſibi inuadendam eſſe putauit: ad hoc inductus partim exiguo militum numero, partim apparatus

ratus, ingenti copia, partim quoq;, ut urbem pecunia omniq; genere opum abundãtem, tanquam tutam arcem, ac totius belli terra mariq; contra totam Hiſpaniam præſidium, unde breuior in Africam tranſmiſsio eſſet, haberet. His ergo cauſis adductus, re cum nemine cõmunicata, ſole in occaſum præcipitante, copias eduxit, totamq; noctem Carthaginem uerſus adequitans, ubi lucere cœpit, ſine mora eam foſſa atq; aggere cinxit, Pœnis omnibus conſternatis: atq; ita ſeſe ad eam inſequenti die oppugnãdam comparauit. omni igitur ex parte ſcalas & machinas diſpoſuit, prçterquam ab una parte, ubi murus admodũ depreſſus erat, uerùm ſtagno & mari cinctus: quapropter à militibus is locus perquam negligẽter cuſtodiebatũ, niſi quòd ſagittis & lapidibus eum noctu munierant. Scipio claſſe portus anguſtijs, ne hoſtium naues effugerẽt, occupatis: utpote qui uirtute ſua magna fretus, ſe urbem expugnaturum omnino ſperaret: ante auroram militum partem machinas iuſsit conſcendere, ut ex ſuperiore loco in hoſtes iaculari poſſent: alios ex inferiore alias machinas ad muros manu impellere. Ex alia parte Mago decẽ milia militum ad portas collocauit, qui obſeruata opportunitate eruptionem facerẽt, ex urbeq; gladijs tantùm armati egrederentur: quòd in illis anguſtijs haſtis uti nõ poſſet. alios autem mœnia & turres ſcandere mãdauit: ibiq; machinis & lapidibus, armis & iaculis diſpoſitis, audacter pugnam exſpectabat. tumultu deinde ac clamore ſublato ſe mutuò cohortabantur: neutriq; parti aut uires aut animi defuerunt, dum ſaxa & ſagittas aut manibus aut machinis iaculantur. fuerunt etiam qui fundis uterentur: ac demùm quiſq; fortiter decertabat, eo genere armorum, quæ arma erãt in prõptu. At Scipionum manus male accipiebatur: quòd Carthaginiẽſes, qui ad portas erant, agmine facto, ſtrictisq; gladijs prodeuntes, cum ijs qui machinas trahebant congreſsi, acriter pugnarẽt, haud maiora, quàm quæ inferrẽt detrimenta accipientes: donec Romani, quibus in laboribus & periculis animus augetur, animos reſumpſerunt: & mutata fortuna Carthaginienſium acies inclinare cœpit: nam qui in muris propugnabant, iam feſsi erant: Romani uerò ad mœnia ſcalas admouebãt: Pœni qui gladijs depugnarant, currentes in urbem fugerunt, ac portis occluſis muros conſcenderunt, ex quo Romanis denuò redintegrata pugna fuit. Dum autem in eum modum utrinq; certatur, Scipio qui in omnem partem intentius eos cohortabatur & extimulabat, ad meridiem eum locũ animaduertit, ubi murus depreſſus erat, ac circa eum aquam (mare ſingulis diebus reciprocante) paulatim decreſcere, ita ut quę prius pectore tenus eſſet, tum uix medium crus ſuperaret.

Qua re cognita, ac loci natura diligenter explorata, reliquum diem, qui maris incrementum antecesſit, circumcurſando clamãdoq; cõſumpſit. Agite, inquit, uiri: nunc tempus eſt, dum diuinum affulget auxilium, murum hac parte cõſcendite, ubi mare nobis uiam aperit, ipſe uobis præibo. & hoc dicẽs, ſcalas corripuit primus, quibus muro admotis, ſcandere antè cœpit, quàm quiſquam alius id tentaſſet: ſed qui ad eius præſidium ſtabant, alijq; nonnulli eum continuerunt: ac ſublato clamore magna ui ab omni parte, diu uarioq; euentu pugnatum eſt: ſed tandem ſuperiores euaſerunt Romani. Cùm autem Scipio milites ſuos turres quaſdam occupaſſe cerneret, eò tibicines tubicinesq; iusſit aſcendere, atq; ad pugnam Romanos cantu cohortari. Hac re hoſtes territi pars quaſi urbe capta fugere, pars ad hoſtes lædendos accurrere, pars de muris exilire portasq; Scipioni aperire: qui repente ſeſe cum exercitu in urbem immiſit. Qui in urbe erãt, eorum alij per domos fugere, alij in alium atq; alium locum. At Mago ſuos milites in forũ deduxit, quibus celeriter ab hoſte interfectis, cum paucis in arcem ſe recepit. Quam cũ Scipio oppugnaret, neq; eam ille tueri poſſet, ſuis omnibus iam uictis atq; animo cõſternatis, ſeſe Scipioni dedidit. Capta igit̃ uno die, qui quartus eius ad eam aduentus erat, tam potẽti & opulenta urbe, ſummis laudibus efferebatur ab omnibus mortalibus, quibus perſuaſum erat, eum omnia inſtinctu diuino potius, quàm humano conſilio gerere. Quin & ipſe idem ſibi perſuaſerat: ac cùm eo tum reliquo omni ſuæ uitæ tempore, eiuſmodi opinionẽ ſumpto ex ea re initio, fouere ſtuduit. Eius rei cauſa in Capitolij templum ſæpenumero ſolus ingredi conſueuerat: foresq; claudere, quaſi à deo docendus. Ex quo etiam hodie in publicis pompis ſola Scipionis imago ex Capitolio trahitur: cùm aliorũ imagines ex foro trahãtur. Scipio igitur hac urbe capta, quæ tanquam receptaculum, atq; armamentarium omnium rerum, quæ ad pacem bellumq; conducunt: & in qua magna uis armorum, iaculorum, machinarũ, atq; naualium armamentorũ recõdita erat: ad hæc naues triginta tres, frumẽtum, aliaq; multa, uelut in publico mercatu inuenta: præterea ebur, aurũ & argentũ, tam factum quàm infectum: dehinc Hiſpaniæ obſides, captiuiq;, ac quicquid antè à Romanis ablatum fuerat, deo ſacrificiũ fecit, poſtridieq; triumphauit. Deinde laudatis militibus, ad oppidanos orationẽ cõuertit: in quorum animis memoria Scipionis renouata, captiuos dimiſit, ut cùm ad ſuos redijſſent, patriæ quiſq; ſuæ gratiam ei conciliaret. His rebus in hunc modum geſtis, eum qui primus omnium fortiter in murum aſcenderat, donis ampliſsimis affecit: ſecundo uerò dimidium

eius, quod primo donauerat, dedit: tertio ſimiliter atq; alijs eadem ratione: quod uerò auri argenti, atq; eboris ex præda reliquum fuit, in naues impoſitum Romam tranſmiſit, ubi per tres continuos dies, rebus ſacris opera data: poſt enim tot mala, ciuitati priſtina dignitas reſtitui cœpta uidebatur. Hiſpania omnis, & qui in ea erant Carthaginiẽſes, rei magnitudine quæ tanto animo tantaq; celeritate facta fuerat, ſtupefacti ſunt. Scipio in urbe firmo præſidio relicto, eã muri partem, quę paludem ſpectat, attolli iuſsit: Ipſe uerò reliquam Iberiam ſuo imperio ſubiũgere pergebat: idq; faciebat, partim ipſe ſingulos accedens, partim amicos in omnia loca mittens: eos uerò qui ei reſiſterent, ui capiens. At ex Pœnorum ducibus (uterq; Aſdrubal dicebatur) alter Amilcare natus, in Celtiberia remota ualde regione, militem externum colligebat: Alter Giſgonis filius, ciuitates quæ partes Carthaginienſium adhuc tuebantur, monuit in fide perſiſterent: breui illis maximum exercitum auxilio eſſe uenturum. Alium præterea Magonem in uicina miſit loca, ad milites undecunq; colligendos: ipſe uerò in fines Lerſanorum, qui à Pœnis defecerant, ingreſſus eſt, ut ibi oppidum quoddam obſideret: uerùm ſuperueniente Scipione, in Beticam profectus eſt, caſtraq; ad urbẽ poſuit: ubi poſtero die nullo ferè negotio uictus fuit: nam eũ Scipio caſtris exuit, totamq; Beticam cepit. At Mago Carthaginienſiũ militibus, qui adhuc in Hiſpania ad Cerbonam erant, cõgregandis erat intẽtus, ut omnibus coniunctis copijs, hoſtium uiribus occurreret. Huic ſeſe plures Hiſpani adiunxerunt à Magone ducti, plurimi quoq; Numidę à Maſaniſſa imperati. Aſdrubal cum harum nationum peditatu, ſeſe caſtris continebat: Mago & Maſaniſſa cum equitatu, caſtra ante exercitum habebant. His ita poſitis, Scipio ſuum equitatum diuiſit, atq; partem unam cum Lælio contra Magonem miſit: ipſe uerò in Maſaniſſam cõtendit. Pugna diuturna, aſpera & periculoſa fuit, inſtantibus Numidis & iaculantibus mox retrocedentibus ac denuò in pugnam redeuntibus. Verùm enimuero ſimul atq; Scipio ſignũ dedit, ut eos Romani inſequerentur, haſtisq; continenter urgerent, Numidæ iaculis deſtituti, in fugam uerſi ſunt: atq; ad caſtrorum munitiones ſeſe receperunt. Scipio procul ab hoſtium caſtris decem ſtadia caſtra poſuit, loco ut uolebat munito. Vniuerſum Carthaginienſium robur circiter ſeptuaginta milia peditum, equitũ quinq; millia elephantorum triginta ſex continebat. At Scipio ne tertiam quidem partem habebat. Idcirco anceps animi aliquantiſper ſtetit: neq; enim in iuſtam pugnam deſcendere audebat: ſed uelitationibus tantùm incumbebat. Verùm iam cõmeatu prope deficiente, & exercitu penuria

penuria laborare incipiente, haud ita honorificum exiſtimauit, ſi re infecta diſcederet. Quare facta re diuina, deinde copijs in locum, unde facile audiri poſſet, eductis, aſpectuq́; & uultu in ſpeciem hominis à deo afflati cõmutatus, conſuetum genium ſibi uiſum fuiſſe dixit, qui ſe ad cõfligendum cum hoſte eſſet hortatus. Idcirco par eſſe magis diuino auxilio cõfiderent, quàm uirorum numero: pręſertim cùm alia ſua conſilia ad cupitum exitum diuina ope producta, non militum numero ſemper fuiſſent. Atq; ut eius uerbis fides haberetur, aruſpices augurésue iubebat eis animalia mactata oſtenderent. Dumq́; hæc uerba faceret, ecce quaſdam uolantes cõſpexit aues, ad quas retro conuerſus, atq; ex eo loco ubi erat intuens, geſtu & clamore eas militibus cõmonſtrabat, dicens: Deum illis etiam illa ſigna uictoriæ mittere: & quà uolatu tendebant alites, ſeſe furore quodã diuino percitus, uertebat, oculisq́; in eas defixis clamabat. Quapropter totus ſimiliter exercitus huc illuc ſe cum illo uertebat, omnesq́; ſe mutuo quaſi ad certam uictoriam cohortabantur. ut uidit rem ex ſententia ſuccedere, nec quicquam ultra cunctatus, nec ardorem illum deferueſcere paſſus eſt: uerùm quaſi eodem ſemper diuino furore correptus, augurijs & ſignis de ipſorum felici euentu monſtratis, parendum eſſe dicebat, atq; in dimicationem prodeũdum. Cùm igitur corpora curaſſent milites, arma caperẽt edixit: equitum cura Syllano, Lælio uerò & Martio peditum demandata. Aſdrubal, Mago, & Maſaniſſa, ſe de improuiſo à Scipione inuadi conſpicati, cùm inter utrunq; exercitum ſtadiorũ decem milia tantùm intereſſent, ad arma conclamari, non ſine confuſione ac tumultu imperarunt. Igitẽ prælio extẽplo inter pedites equitesq́; inchoato, equites Romanorũ priſtina arte uſi ſuperiores erant, curſu hoſtes perpetuo inſequentes, haſtisq́; prementes, qui fugam ſimulare aſſueti, rurſumq́; in pugnam redire: ſed inſtantibus ſemper à tergo Romanis, ipſis uerò concitatis equis fugientibus, propter uicinitatem miſsilibus uti nequibant. Pedites autẽ multitudine Afrorum multùm premebantur: totamq́; diem conſiſtebãt: nec quamuis Scipio circumcurſaret, eosq; ad pugnandum hortaretur, in hoſtem irruebant: donec ipſe equo, armigero ſuo tradito, clypeoq́; militis ſumpto, in medium ſolus ut erat inter utraſq; copias, proſilijt conclamans, ferte opem Romani, ferte opem in tanto periculo ueſtro Scipioni. Quãobrem qui prope aderãt, eum in tanto periculo uerſari animaduertẽtes: & qui longius aberant, idem audientes, cuncti ſimul pudore ac periculo imperatoris ſui metu permoti, mutuò ſe cohortantes, magno impetu hoſtes perpulerunt. Quem impetum cùm ſuſtinere Afri non poſ-

ſent, terga uerterunt. Itaq; partim pugna defeſsi, partim longa inedia debilitati, cùm iam nox inſtaret, magna ſtrage affecti fuerũt. Hic pugnæ ad Cerbonam à Scipione factæ exitus fuit: in qua anceps diu & uaria uictoria fuit: Romanorum in ea pugna octingenti deſiderati, hoſtium decem milia & quingenti. ex illo tempore Pœni retrocedere magna celeritate contenderunt. Scipio uerò eis perſequendis, ſtringendis, damnis afficiendis, ac infeſtandis, quoties eos aſſequebatur, inſtitit. Sed poſtquam illi locum quendam munitũ aqua atq; omni alia re neceſſaria abundantem cepiſſent, cùm excepta obſidione nihil aliud effici ibi poſſet, Scipio alijs negotijs occupatus Syllanum obſidioni præfecit: ipſe uerò reliquam perluſtrare Hiſpaniã, noua ſemper occupando loca perrexit. Afris autẽ, qui à Syllano circumſeſsi tenebantur, iterum cedentibus, adeò ut ad fretum peruenietes, ad Gades traieciſſent: Syllanus eis quantis potuit damnis affectis, Carthaginem uerſus in caſtra ad Scipionem reuerſus eſt. Aſdrubal uerò Amilcaris filius, qui militibus ad oceanum ſeptentrionem uerſus conſcribendis intentus erat, à fratre Annibale accerſebatur, & flagitabatur, ut quàm primùm in Italiam trãſiret. ut igitur id clàm Scipionẽ haberet, per Pyrenæos montes, quà magis ſeptentrionem ſpectat, cum ijs quos collegerat Celtiberis, iter fecit. Atq; hoc pacto Romanis id ignorantibus, Aſdrubal magnis itineribus in Italiam cõtendit. Interea Liuius Roma adueniens Scipioni retulit, ſenatum de bello Punico præficiendo cogitare: quæ res iam diu à Scipione expetebatur: ac ſperans ita fore, iam Lælium cum quinq; nauibus ad regem Syphacem cum multis donis præmiſerat, qui ei beneuolentiam & amicitiam, quæ inter ipſum Syphacem & Scipiones fuerat, in memoriam reduceret, cumq; rogaret, ut ſi ipſe in Africam tranſmitteret, ſeſe pro Romanis declararet. quod ſe factur ũ eſſe Syphax promiſit: & acceptis donis, alia uiciſsim Scipioni miſit. Id cùm percepiſſent Carthaginienſes: & ipſi legatos ad Syphacem fœderis ac ſocietatis ineundę cauſa miſerunt. quod intelligens Scipio, Carthaginienſes anteuertere cupiens, quòd hoc permagni referre putaret, cũ duabus tantùm nauibus Lælio comite ad eum ſe contulit. Eo autem ad portum appropinquante, Carthaginiẽſium legati, qui ante illum appulerant, è portu inſcio Syphace triremes quas ipſi habebant, contra eum eduxerunt. Verùm ipſe uenti uſus beneficio, eos præteruectus eſt, pleniſq; uelis in portum ſe recepit. Ambos humaniter Syphax accepit, ac priuatim cum ipſis pactus fideq; data eos dimiſit: legatoſq; Carthaginienſium, qui ei nouas moliebantur inſidias, retineri iuſsit. Huiuſmodi pericula euaſit Scipio, cùm appulit ad litus, cumq;

cumq́; in altum redijt. Illud quoq; fertur, Scipionem, dum apud Syphacem eſſet, cum Aſdrubale ad menſam ſediſſe: qui cum eum in familiari ſermone de multis interrogaſſet, hominis grauitatẽ, & aſpectum uehementer admiratum fuiſſe: moxq́; ad amicos conuerſum dixiſſe: Eum hominem non modò in bello formidabilem eſſe, uerũ etiam in menſa. Per idem tempus Celtiberorum atq; Iberorum quidam, patriæ quorum à Carthaginienſibus defecerant, ſtipendia adhuc ſub Magone merebant: quos Martius aggreſſus eorum ad mille ſupra quingentos cecîdit: reliqui domum fugierũt. Alios uerò ſeptingentos equites, ac ſeptem mille pedites ſub Magone merentes, in montem Martius compulit: ubi cum omnibus rebus neceſſarijs deſtituerẽtur, legatos ad Martium de compoſitione miſerunt: quibus renunciari iuſsit prius Hannonem ducem ipſorum ſibi dederent, & fugitiuos: deinde legationem ſuam explicarent. Itaq; ducem Hannonem audiendis querelis adhuc uacantem ceperunt: cumq́; & fugitiuos in Martij poteſtatem tradiderũt. Captiuos etiam poſtulauit: quibus receptis, militibus certum argenti numerum, ín quãdam planiciem ferrent imperauit: quòd indecens uideretur, qui ueniam peterent, eos ſe locis editis ac ſublimibus cõtinere: qui cùm deſcendiſſent: omnes, inquit Martius, nece digni eſtis: quod cùm ſinguli ueſtram patriam ſub noſtro imperio habeatis, contra eam cum hoſtibus noſtris militare, quàm nobiſcum eſſe maluiſtis. Vobis tamẽ poteſtatem facio, permittoq́;, ut armis poſitis omnes incolumes abeatis. Quæ res cùm omnibus pariter moleſta eſſet: clamaſſentq́; cuncti ſe arma non poſituros: acerba pugna cõmiſſa eſt: in qua Celtiberorum media pars fortiter pugnantium occubuit: altera pars ſe ad Magonem incolumis recepit. Hic paulò antẹ ad Hannonis caſtra cum ſexaginta nauibus uenerat: ſed cognita eius calamitate, ad Gades traiecerat, ubi inopia rerum preſſus, magna futuri ſolicitudine angebatur. Hoc igitur pacto Mago quieſcebat. At Syllanus ad urbem Caſtacem ut ea potiretur, miſſus fuerat, cumq́; à Caſtacẽſibus, ut hoſtis acciperetur, ad urbem caſtra poſuit, ſimulq́; Scipionem ea de re certiorem fecit: qui quæ ad eius urbis obſidionẽ opportuna erant, præmiſsis, ſequebatur: atq; eò contendens, in itinere Illiturgam urbem oppugnauit. Hæc ſuperioris Scipionis tempeſtate amica erat Romanorum. Eo autem cæſo, clàm defecerat: cumq́; exercitum Romanũ quaſi adhuc amica accepiſſet, eum Carthaginienſibus tradiderat. Quamobrẽ Scipio iratus, eam quatuor horas oppugnauit & cepit. Hic Scipio uulnus in collo accepit, ſed non tam graue, ut à pugnando ceſſaret, donec urbe potiretur. Hac de cauſa exercitus, prędę uti-

litate ſpreta nemine iubente, paruulos & mulieres occidit, urbemq; funditus deleuit. Vbi Caſtacem perueniſſet, urbem à tribus partib. obſedit: nec tamen eam oppugnabat, ut Caſtacenſibus mutãdi propoſiti ſpacium præberet, quòd eos de eo cogitare intelligeret. Interea illi cæſo Carthaginiẽſium, quod obſtabat, præſidio, urbem Scipioni tradiderunt. Is probo quodã uiro ex ijſdem Caſtacenſibus ad urbis cuſtodiam relicto, Carthaginem uerſus caſtra mouit: Syllanũ & Martiũ ad fretum miſit, qui quæcunq; poſſent, uaſtarent. Ibi urbs erat Aſtapa dicta, quæ ſemper eodem modo in fide Cartaginienſiũ manſerat. Aſtapenſes tum cùm ſe uiderẽt à Martio obſeſſos: ſcirẽtq; ſi in Romanorum poteſtatem uenirẽt, ſe in auctione uenditum iri, omnia ſua bona, gazam uniuerſam, in forum comportarunt: eisq; magna ui lignorũ circundatis, in ea aſcendere liberos & uxores iuſſerunt: ac quinquaginta delectos ex optimis uiros iureiurando obſtrinxerunt, ut ſi forte urbs caperetur, liberos & mulieres iugularẽt, incenderent ligna, illaq; & ſemet igni corrumperent. Illi uerò cùm deos earum rerum teſtes uocauiſſent, eruptionẽ in Martium, nihil tale exſpectantem, fecerunt. Hoc impetu omnes leuis armaturæ milites, equitesq; in fugam cõuerſi ſunt. At peditum acies reſtitit. Aſtapei ſine ulla ſalutis ſpe, fortiter dimicarunt. Romani numero quidẽ ſuperiores erant: uirtute uerò Aſtapei nihilo illis inferiores fuerunt. His autem omnibus trucidatis, quinquaginta illi, qui in oppido erãt, mulieres omnes cum pueris iugularunt: pòſt igne ſuccenſo, ſeſe in eum coniecerunt. Martius uirtutem Aſtapeiorum admiratus, à diruendis eorum domibus abſtinuit. His in hunc modum geſtis, Scipio morbo correptus eſt: Martius interea exercitui prȩerat. Itaq; milites, qui in uoluptatibus rem omnem cõſumpſerant, ſuis laboribus nondum digna ſe præmia accepiſſe, quòd eis nihil iam reliqui eſſet, rati: quibusq; Scipio ſibi omnem ipſorum egregiè factorum gloriã aſcribere uideretur, à Martio ſeceſſerũt, ſeorſimq; caſtra habuerũt: ac pleriq; ex præſidijs & arcibus uicinæ regionis, ipſis ſe adiunxerunt: quidam etiam à Magone cum pecunijs miſsi, ut ad illum concederent, perſuadere conabantur. Hi pecuniam quidem acceperũt, attamen cùm ex ſeipſis duces, & centuriones, alioſq; magiſtratus opportunos creaſſent, omnia per ſe adminiſtrabant, inter ſe obſtricti ſacramento. Scipio re intellecta, ijs, qui ſeditionis authores fuerant, ſcripſit, ſe propter ægritudinem nondum eos remunerare potuiſſe: alijs uerò, ut blandis uerbis eos ad reſipiſcendum inducerent, quos fremere uiderent: omnibus uerò cõmuniter ſcripſit, quaſi iam recõciliati eſsẽt, ſe breui multis muneribus eos affecturũ: iuſsitq; quamprimum

primum Carthaginem ad frumenta capienda uenirent. His lectis literis, alij mali quippiam ſuſpicabantur, alij nihil ſuſpicãtes fidem eis habendam eſſe cenſebant. Conuenit tamen inter eos, ut Carthaginẽ uerſus proficiſcerentur. Quò cùm aduentare Scipio accepiſſet, uiris ſenatorij ordinis omnibus qui ſecum erant, mandauit, ſinguli cum ſingulis ſeditionis autoribus coniungerentur: ac beneuolentiæ ſpecie eos in ſua hoſpitia acceptos, clàm caperent. Tribunis deinde militum iuſsit, poſtridie benè mane ſecum quiſq; ſuos maximè fidos ſocios, accinctos gladijs, occultè ducerent, & diuerſis urbis partibus, opportunis captis locis, nullo præterea exſpectato iuſſu, ſine mora occiderent, ſi quis motũ aliquem faceret, dum ipſe orationem haberet. Vbi autem diluxit, per præconem militibus ad concionem undiq; uocatis, ſe ad tribunal portari fecit. Illi repente audita uoce præconis, tanquam puderet imperatorem ægrotum, ipſis uigilantem & ſolicitum magis eſſe, rati ſe ad præmia promiſſa capienda uocari, ex omni parte confluxerunt, pars ſine gladio, pars etiam tunicula amicti, quod ne ſatis quidem temporis ad ſe ueſtiendos habuiſſent. Scipio qui clàm ſecum præſidium haberet, primùm de eo quòd fecerunt, expoſtulauit: deinde omnem ſe culpam in ſeditionis autores uelle reijcere affirmauit: quos, inquit, ueſtra opera milites caſtigabo. mox miniſtris mandauit, multitudinem remouerent, ac deducerẽt: quo facto, ſenatores in mediũ, ſeditionis autores produxerunt: quibus clamantibus atq; opem ſociorum & militum imploranti, bustribuni quibus mandatũ erat, illico quencunq; ipſorũ mutire audentem confodiebant. Multitudo uerò ut concionem armatis circumſeſſam uidit, dolens & mœrens cõticuit. Scipio eis primùm interfici iuſsis, qui clamauerũt, cæteròs ad palũ uinciri, & uirgis cædi, moxq; percuti ſecuri imperauit. Reliquæ uerò multitudini ſe ueniam dare, per præconem ſignificauit. Hac igitur ratione, Scipionis exercitus ſanatus fuit. At Indibilis quidam princeps, qui antea cum Scipione conſenſerat, ſeditione militum durante, excurſionibus Scipionis ditionem infeſtauerat: is ab eo laceſsitus, pugnam, quaſi ignauus, non detrectauit: cæciditq; mille ducẽtos Romani exercitus milites. Sed cum XX M. ſuorum amiſiſſet, pacem poſcere compulſus fuit: quem Scipio pecunia mulctatum, in gratiã recepit. Maſaniſſa quoq; clàm Aſdrubale fretum traiecit: ac cum Scipione in amicitiã uenit, promiſitq; ſi is in Africam tranſiret, ſe ei auxilio futurũ. Hoc autem, uir alioqui grauis, hac de cauſa fecit. Aſdrubal qui eum tum ſecũ duxerat, filiam, quam Syphax deperibat, ei deſponderat. Quare Carthagi nienſes precium operæ fore rati, ſi in fœdus Syphacem contra Ro-

manos pertraherent, puellam ei uxorem inconſulto Aſdrubale con iunxerunt. Ea igitur re ſic peracta, Aſdrubal uerecundans, factum Maſaniſſæ celabat: Id quod Maſaniſſa ſentiēs, amicitiam & fœdus cū Scipione fecit. Mago claſsis præfectus, de Hiſpaniæ rebus ut tunc erant, deſperans, in Galliam Celticam, Liguriamq; profectus, militē congregabat in id totus intentus. Romani Gadibus à Magone deſertis potiti ſunt: atq; ab eo tempore, præfectos quotannis in Hiſpaniā qui eam gubernarent, mittere cœperūt, paulò ante centeſimā quadrageſimam Olympiadem: qui in pace imperatorum & prætorum officio fungebantur. In qua non magnis relictis copijs, Santios in ciuitatis formā redegit, quæ ab Italiæ nomine Italica appellata eſt: quæ poſt Traiani atq; Adriani patria fuit: qui ad imperij Romani gubernacula aſſumpti fuerunt. Ipſe autem Romam cum ingēti claſſe, optimè inſtructa, & armata: captiuisq; & pecunia & ſpolijs ex omni gente captis referta reuerſus eſt: à populo Romano magnificentiſsimè acceptus, pari omnium lætitia & exſpectatione, præſertim iuuentutis, propter celeritatis ac magnitudinis rerum geſtarum admirationem. Illi etiam ipſi, qui prius ei inuidebant, eumq; leuitatis ac iactantiæ inſimulabāt, rem ad glorioſum finem adductam fatebantur. Sic triumphauit Scipio, magna omniū cum lætitia & admiratione. Verùm Indibilis poſt Scipionis ad urbem reditū res nouas denuò agitare cœpit. Idcirco Hiſpaniæ præfecti coactis, qui in præſidijs erant, militibus prouincialiumq; robore, eum interfecerūt, autoresq; defectionis iudicio cōdemnarunt, eorum bonis ad ærarium redactis. Conſcios autem eius motus, pecunijs mulctarunt, armis ſpoliarūt, atq; ab eis obſides acceperunt: maioraq; in eorum oppidis præſidia impoſuerunt. Hæc ſtatim ferè poſt Scipionis abitum facta ſunt. Hic fuit euentus primi belli à Romanis in Hiſpania geſti. Inſequenti tempore Romanis belligerantibus cum Gallis Padi accolis, & cum Philippo Macedonum rege, iterum res Hiſpaniæ laborare cœperūt. Imperatores ad id bellum Sempronius Tuditanus, & M. Claudius, & poſt ipſos Minutius, creati fuerunt. Deinde cum maiores eſſent motus, cum maioribus copijs Cato miſſus eſt, iuuenis quidē, uerùm homo ſeuerus & laborioſus, multumq; prudentia ſua, atq; dicendi facultate clarus: adeò ut à Romanis uulgò alter Demoſthenes diceretur: ut qui intelligerent Demoſthenem oratorē totius Græciæ principem extitiſſe. Hic cum in Hiſpaniam, ad locum Emporium appellatum, ueniſſet, cū hoſtes, qui undiq; conuenerant, ad XL M. conſtitiſſe accepiſſet, per aliquot dies militem ſuum in exercitatione continuit. cumq; pugnam cōmittere cogitaret, naues quas ſecum habebat

bat, Maſsiliam miſit, milites monens, nihil metuendũ eſſe, quòd hoſtes numero ſuperiores eſſent: cùm animi uirtus longè pluris, q̃ multitudo facienda ſit. Naues autẽ ſe idcirco amandaſſe (quibus nihil egeret) ne ulli conſeruari, niſi uictores, poſsent. Hoc dicto illicò in hoſtes impreſsionem fecit, cumq́; aliorum more milites non eſſet hortatus, ſed potius terruiſſet, cõmiſſo iam prælio ipſe in omnẽ partem hortans ſedulò pugnãtes diſcurrebat. pugna dubio Marte uſq; ueſperam, plurimis utrinq; cadentibus perducta fuit. ipſe uerò cum tribus militum ſubſidiarijs cohortibus cùm in collem ſpeculandi in omnem partem gratia, quæ pugnæ ſors eſſet, conſcendiſſet, ſuosq́; in medio circumuentos ab hoſtibus cerneret, præceps accurrit ſeſe omnibus periculis plus cæteris obijciens. Itaq; clamans & pugnans hoſtes perturbauit: fuitq́; primus, qui uictoriæ iecit fundamẽta. Hoſtes uerò per totam noctem perſecutus, eorũ potitus eſt caſtris, innumerámque multitudinem trucidauit. Redeunti omnes obuiam procedebant, eum cõplectebantur, ac tanquam uictoriæ autori gratulabantur. His rebus geſtis, exercitui quietem cõceſsit, manubijsq́; diſtribuendis operam dedit. Ab omnibus populis ad eum legationes ueniebant, à quibus obſides accipiebat. literas ad hæc obſignatas ad ſingulas ciuitates miſit, curſoribus mandans, omnes eodem die redderent. Diem autem illis præſcripſit, ut coniectura aſſequebatur temporis interuallum, quo iter confici ab eo poterat qui ad remotiorem urbem proficiſceretur. Literæ omnibus ciuitatum præfectis, ut eodem quo redderentur die, quiſq; ſuæ urbis muros deijceret imperabant, exitiumq; minabantur ijs qui parêre diſtuliſſent. Omnes obtemperarunt cladis acceptæ memores: nec audebant ſinguli reſiſtere, ſibi tantùm, an cæteris pariter omnibus id imperatum eſſet ignorantes. Metuebant enim quiſq; ſibi, ne alijs obſecundantibus, ipſis uerò ſolis differentibus dare pœnas cogerentur. Quòd ſi ſoli imperata facerent res parui momenti fore arbitrabantur. Spacium uerò nullum erat, quo ad uicinas ciuitates legati qui res perquirerent, mitti poſſent. A militibus præterea qui cum literis uenerant id ipſum continenter urgentibus, terrebantur. Quamobrem ſingulæ ciuitates, ut rebus ſuis conſulerent, ſua mœnia diruerunt: atq; in eo, quod ſemel parêre conſtituerũt, ut bonam gratiam inirent, id ut cito fieret maximè ſtudebãt. Hoc igitur pacto omnes ciuitates quæ circa Iberum flumen ſunt, ſola ducis calliditate, uno die mœnia deiecerunt: Sicq; ſub Romanis pacatæ per quatuor Olympiades fuerunt. Pòſt circa centeſimam quinquageſimam Olympiadem, bona Hiſpaniæ populorũ pars à Romanis defecerunt: quòd penuria, propter

pter anguſtias ſoli earum rerum quæ ad uictum neceſſariæ ſunt, laborarent. Quamobrem cùm in certamen uẽtum eſſet, Fuluius Flaccus conſul eos debellauit, ac pleriq; ipſorum in poſſeſsiones ſuas cõfugierunt. Verùm qui maiore agrorum penuria laborabant, atq; rapinis uitam traducebant, in Complegã oppidum recẽs inſtructum, ac bene munitum, quodq́; exiguo tempore creuerat ſeſe receperũt. Hinc ſæpe Romanos laceſſebant, Flaccoq́; nunciatũ miſerunt, ut relicto uno ſago, uno equo, unoq́; enſe, pro ſingulis capitibus eorũ, qui ab ipſo interfecti fuerant, Hiſpania antè aufugeret, q̃ ei aliquid grauius accideret. Quibus Flaccus reſpondit, ſe multa ſaga allaturũ: ac legatos ipſorum ſubſecutus, caſtra ad urbem poſuit. Illi facta tam magnificis minis nequaquam exęquantes, repente aufugerunt: deinde Barbarorum uicinas regiones quotidie prędabantur. Vtuntur hi ueſtimento quodã duplici, craſſa lana, fibula, chlamydis in morẽ conſtricto, id exiſtimant ſagum eſſe. Flacco ſucceſsit Tiberius Sempronius Gracchus. Celtiberi urbem Carabin Romanis amicã x x M. militũ obſidebant: credebaturq́; eam breui capiẽdam fore. Quapropter accelerans ad eam iuuandam Gracchus, nec modum quo oppidanos certiores ea de re faceret, ullum inueniens, quòd ab omni parte hoſtibus cincta eſſet, decurio quidã Cominius nomine, cũ quid ſecum meditatus moliretur, Graccho aperuiſſet, ſagum Hiſpanicũ induit: dein calonibus hoſtium immiſtus, quaſi Hiſpanus homo cũ eis in caſtra uenit, & illinc in urbem aufugit: eisq́; Gracchum auxilio breui futurum renuntiauit. Illi igitur obſidionem patiẽter ferentes, tam diu expectarunt, dum poſt triduum Gracchus aduenit. Quamobrem Celtiberi ab obſidione receſſerunt. Ab Complega autem urbe quodam die x x M. uirorũ prodiere, ramos oliuæ manibus ferentes, ſupplicantium ritu, ueniamq́; petentium. Qui ubi ad imperatores propius acceſsiſſent, extẽplò impetũ in Romanos fecerunt, eosq́; in magnum diſcrimen adduxerunt. Gracchus ex caſtris de induſtria diſceſsit, fugamq́; ſimulauit: mox reuerſus, dum illi diripiendis caſtris intẽti eſſent, in eos impetum fecit: cæſisq́; eorum plurimis, Cõplega potitus eſt. Horum uerò agrum, & uicinorum ijs aſsignauit, qui egere uiderentur. Fœdus quoq; cum eius oræ incolis certis conditionibus fecit, quibus in populi Romani amicitiam accipiebantur: ad quas eos iuriſiurandi religione obligauit. Hæ conditiones in ſequentibus bellis magnopere deſideratæ fuerunt. Ob haſce res magnum tum in Hiſpania, tum Romæ Gracchi nomen erat, ac magnificè admodum triumphauit. Paucis pòſt annis ingens bellum in Hiſpania exortum eſt. Vrbs fuit in Celtiberorum finibus, qui Belli appellantur,

pellantur, nomine Segeda, magna & potens, quæ in Gracchano fœdere comprehenſa erat. Hæc alijs oppidulis ad ſe pertractis, mœnia inſtaurauerat, quorum ambitus quadraginta ſtadia patebat. Huius exemplum Titthios Celtiberorum nationem alteram, ad idem faciendum induxit. Qua re cognita ſenatus murorum inſtaurationem illis ſtatim uetabat, tributorumq; ſolutionem, quæ Gracchi tempore impoſita fuerat, petebat: imperabátque cum Romanis in bellum proficiſcerentur: quod ad id quoq; fœdere Gracchano obſtringerentur. Hæ quòd ad mœnia attinet, aiebant à Gracceho quidem ne nouas urbes conderent uetitum eſſe, non autem ne iam cõditas munirent. Tributorum uerò & militiæ immunitatẽ ſibi poſt Gracchũ à Romanis eſſe datã: quod quidem ita reuera erat. Verùm huiuſmodi priuilegia concedi ſenatus, adiuncta ſemper illa conditione, ea tam diu firma fore, dum S. P. Q. R. uideretur. Quare imperator contra eos Q. Fuluius Nobilior miſſus cum exercitu non minore triginta milib. militũ fuit. Segedani ubi eum contra ſe uenire cognouiſſent, quòd nondum muros abſoluiſſent, ad Araſchos cum cõiugibus & liberis orantes ſe reciperent perfugerunt: à quibus recepti ſunt. Ijdẽ igitur Segedani Carum ſibi ducem elegerunt: quem rei militaris peritum & bellicoſum eſſe exiſtimabant. Is tertio die poſtquã dux creatus eſſet, in inſidijs uiginti mille pedites, & quinq; mille equites collocauit, loco opaco atq; arboribus denſo: inde in Romanos tranſeuntes impetum fecit: diu ancipiti Marte dimicatũ: tandem Carus nobiliſsima uictoria potitus eſt. Cæſa namq; fuerunt Romanorum ciuium ſex milia, quæ ingens ciuitati iactura fuit. At cùm hoſtis temere, nimisq; cõfidenter uictoria elatus perſequeretur, equitatus Romanorum, qui ad cuſtodiam impedimentorum erat, in eum irruit, ipſumq; Carum fortiter pugnantem occidit: ac circa ipſum non minus quam militum ſex milia: donec noctis tenebris prælium diremptum. Hæc autem eo die, quo Romani Vulcanalia celebrant, geſta fuerunt. Ex eo tempore nemo ipſorum niſi coactus inijt pugnam. Araſchi igitur eadem nocte Numantiam, quæ ciuitas eſt potentiſsima, conuenerunt. Duces belli Arathonem & Leuconem elegerunt. Sed Nobilior eò triduo pòſt acceſsit: ac ſtadia uiginti quatuor ab urbe caſtra collocauit: cui cùm trecenti equites, & decem elephãtes ex Numidia à Maſaniſſa auxilio miſsi eſſent, in pugnam cum hoſtibus progreſſus eſt. Elephãtes poſt exercitus terga ordine occultauit. Pugna incepta extemplò uiam aperuit elephantis: quos Celtiberi uidẽtes, ipſi atq; eorum equi territi, intra mœnia cõfugerunt. Imperator elephantos ad mœnia produci iuſsit: Itaq; utrinq; fortiter dimicabatur,

tur, donec unus elephantorum graui percuſſus ſaxo de muro caput, furere atq; effrenatè ferri cœpit, inq; amicos horrendo cum clamore furens ſeſe coniecit, quemuis obuium trudens ac proterens, amicorum & inimicorum nullo diſcrimine habito. ſimiliter reliqui elephantes illius clamoribus exterriti, idem fecerũt, milites Romanos proterentes, proculcantes ac proſternentes. Quod quidem ſæpenumero ſolent elephantes cùm inſaniunt, quemuis ut inimicum accipientes: ob quam eorum perfidiam, à quibuſdam cõmunes hoſtes appellàti. Igitur ſeſe Romani ſine ordine in fugam dederunt. quod Numantini è mœnibus cernentes, egreſsi hoſtes perſequebantur: quorum ad quatuor milia cæſi, tres elephantes capti, plura arma & ſigna militaria relata: ex Celtiberis autẽ ad duo milia deſiderati. Nobilior, poſtquam ſe ex tanta clade recepit, ad oppugnandam Axenium urbem, quæ hoſtibus quaſi mercatus cõmunis quidam erat, utpote rerum omnium uenalium referta, acceſsit. Vbi cùm nihil profeciſſet, ſed multos potius milites amiſiſſet, noctu in caſtra ſe recepit. Quamobrem Bleſium equitibus præfectum ad uicinã quandam gentem quo eam ſibi amicitia coniungeret, ( equitibus enim opus habebat) miſit: cum quo aliquot equites miſsi. In itinere autẽ in Celtiberorum inſidias inciderunt: quibus cognitis, amici fugam rapuerunt, Bleſius ipſe decertans occubuit, & cum eo Romanorum multi. Propter tot clades & offenſiones Ocile urbs, in qua cõmeatus omnis generis emporium pecuniáque Romanorum repoſita erat, ſe Celtiberis dedidit. Nobilior rebus ſuis diffidens, omniaq; metuens, ſeſe hyeme intra caſtrorum munitiones continebat: caſtra, ut poterat contexerat, cõmeatumq; comparauerat, multis incõmodis affectus, tum propter cõmeatus penuriam, tum propter magnam uim niuium, ac frigoris acerbitatem. Quas ob res multi milites, partim lignatum exeuntes, partim loci anguſtia & ingenti frigore perierũt. Inſequenti anno Nobilioris in locum uenit Claudius Marcellus, ſecum peditum octo milia, equites uerò quingẽtos ducens. Cui cùm ſimiliter hoſtes inſidias ad eum fallendum poſuiſſent, fraudes aſtu declinauit, omnibusq; cõiunctis copijs ad Ocilem urbem caſtra poſuit, ac belli fortuna aſpirante, prima oppugnatione urbem cepit: cui, acceptis obſidibus aliquot, auriq; triginta talẽtis, ueniam dedit. Hac continentia intellecta Nergobriges legatos ad Marcellum miſerunt, ſciſcitatum quid facto opus eſſet ut pacem cõſequerentur. quibus ille centum equites imperauit: illi ſe imperata facturos receperunt. Attamen exercitum à tergo ſequebantur: atq; aliquid ex impedimentis diripiebant. Venerunt pòſt, ac centum equites adduxerũt.

Damna

Damna uerò impedimentis illata errore quorundam fuiſſe dicebāt, qui quæ pacta erant ignorarent. Marcellus illos centum equites captiuos cepit, eorum equos uendidit: atq; excurſione in illorum uillas facta, prædam militibus diuiſit, caſtraq; ad urbem poſuit. Nergobriges machinas admotas muris cernentes, atq; aggeres factos: caduceatorem pro uirga, quam Caduceum uocant, lupinam præferentē pellem, ueniamq; orantem miſerūt: quam ille ſe daturum negabat, niſi Arbaci, Belli & Titthij pro ipſis omnes ſupplicarent: quod quidem gentes illæ alacriter fecerunt, orantes ut moderata eis irrogata mulcta, ad fœderis Gracchani conſeruationem reuocarētur. Quidam uerò ex illis iniquiores id renuebant, quòd inter ſe armis decertaſſent. Marcellus utriuſq; partis oratores Romā remiſit, ut illic inter ſe de ſuis controuerſijs diſceptarent: priuatim uerò ſenatui ſcripſit, hortans ut rem cōponeret. Cupiebat enim bello finem ſuo tempore imponi: ratus id ſibi dignitati & gloriæ futurum. Legati qui ab amicis populis uenerunt, in urbem intromiſſi publicè accepti ſunt: qui uerò ab inimicis, extra urbem (ut moris eſt) hoſpitiū habuerūt. Senatui pax non placebat, ægrè ferenti eos non redigi in poteſtatem Romanorum, quemadmodum uolebat Nobilior, qui imperator in Hiſpania ante Marcellum fuerat. Senatus igitur oratoribus reſpondit, Marcellum illis ſenatus decretum declaraturum: & ſtatim alterum in Hiſpaniam exercitum decreuit. Ac tum primū ſorte milites, non delectu ut antè conſueuerant uocati. pleriq; enim conſules reprehendebant, qui minus integrè caſteq; in militaribus delectibus habendis uerſarētur: quod opus uideretur, ad faciliores expeditiones mitterent. Itaq; illis tum operæprecium uiſum eſt ſortitò exercitum conſcribere: cui imperator L. Lucullus conſul datus eſt, qui ſecum legatum habuit Cornelium Scipionē, eum qui paulò pòſt Carthaginem, deinde etiam Numātiam cepit. Lucullo igitur proficiſcente, Marcellus bellum Celtiberis denunciauit: quibus obſides repetentibus reddidit. Diu tamen eum apud ſe retinuit, qui Celtiberorum orator Romę cauſam egerat: qua uerò id cauſa fecerit, haud cōſtat. At tum quoq; fuit aliqua ſupicio, uerùm res multò magis pòſt credita fuit, ex eo quod accidit: nimirum ipſum illis populis perſuaſiſſe, ſibi res ſuas cōmitterent: utpote qui bellum ad exitum perducere antè acceleraret, quàm Lucullus ueniret. Poſt enim eas controuerſias, & quinq; milia militum Aruacceorum Nergobrigem occuparunt: & Marcellus Numantiam petiuit: caſtraq; ad urbem quinq; milia paſſus poſuit: illicoq; hoſtes in urbem compulit. Idcirco Linteuon dux Numantinorū clamans dixit, ſe cum Marcello agere uel-

le:cumq; in colloquium ueniſſent, dixit ſe ei Bellos, Titthios & Aruacceos relinquere: quos cùm libēter accepiſſet Marcellus, pecuniam & obſides imperauit: quibus acceptis, liberas eas gētes reliquit. Hunc exitum Bellorum, Titthiorum, & Aruacceorum bellum ante aduētum Luculli habuit. ſed Lucullus partim gloriæ cupiditate, partim egeſtate (erat enim pauper) exercitum cōtra Vacceos, qui ſunt in Celtiberia populi Aruacceis finitimi duxit: cùm tamen ea de re ſenatus nihil cēſuiſſet: nec ipſi unquam Romani populi hoſtes extitiſſent. Itaq; cùm Tagum flumen tranſijſſet, ad urbem Caucæam peruenit: ibiq; caſtra collocauit. Oppidani eum rogarunt, quid nam ueniſſet, & in quem finem quietis & pacatis bellum inferret? qui cùm reſpondiſſet, ſe auxilio Carpentanis uenire, quos illi iniurijs affeciſſent: in urbem illico reuerſi ſunt. At cùm Romani lignatum & frumentatum iuiſſent, eos adorti multos occiderunt: alij in caſtra redierunt. Qua re intellecta, diſpoſitis ordinibus eis obuiam facti pugnā cōmiſerunt. Ibi aliquandiu Caucæi ſuperiores fuerūt, donec miſsilibus deficerent: mox terga uertentes, qui ad ſtatariam pugnam minus idonei eſſent fugiebant: uerùm in fuga altero alterū in anguſtijs portarum impediente, ad tria milia cæſi ſunt. Poſtero die in caſtra ſenes ſupplicantium ritu ueniunt denuò Lucullum rogantes, quid faciendum eſſet, ut Romanorum gratiam conſeruarent. Is obſides petijt, argentiq; talenta centū, & ut eorum equites ſecum militarēt: quæ cùm omnia obtinuiſſet, ſe in urbe præſidia uelle collocare aiebat. Illi ne hoc quidem recuſarunt. Caucæis duo milia delectorum militum impoſuit, quibus mandatum fuerat in muros aſcenderent. quos cùm illi cepiſſent, Lucullus reliquum exercitum immiſit: tubaq; ſignum datum, ut ſine ætatum diſcrimine omnes interficerentur. Atq; ita per ſummam immanitatem omnes trucidati fuerunt, iuriſiurandi fidem deosq;, per quorū numen Romani iurauerant, inuocantes, ipſisq; Romanis eorū perfidiam exprobrantes, per quam uiginti milia ciuium (paucis exceptis, qui per portas, quæ præaltę in præcipitibus & præruptis erant locis) miſerè peribant. Lucullus urbem diripuit, & Romano nomini æternam perfidiæ notam inuſsit. Reliqui Barbari ſimul cōueniebant, atq; alij ex locis planis & patentibus ſe in aſpera & difficilia recipiebāt: alij in oppida munitiora, eò quicquid poterant cōportantes: reliqua, ne quid Lucullo relinquerent, cremantes. Lucullus cum longum iter per loca deſerta & inculta feciſſet, ad urbem peruenit, quæ Enderacia uocabat, in quam cōfugerant plus uiginti milia peditum, equitum duo milia. Hos Lucullus, quæ eius ſtultitia erat, ad compoſitionem inuitabat: cui illi

Caucęorum

Cauceorum calamitatem exprobrabant, ſciſcitantes uellet ne etiam ipſos ad tam fidelem amicitiam hortari. Lucullus propter ea, quæ obijciebantur iratus( ut peccantiũ mos eſt, cùm eos potius ſibi ipſi iraſci deceat) eorum fines uaſtauit, urbemq; obſidione cinxit: aggeres multos fecit: atq; ad pugnam eos prouocare non ceſſauit. Illi uerò nondum ſe ei omnibus copijs opponebant: ſed leuibus tantùm pugnis eum laceſſebant. Vnus autem Barbarorum armis elegãtibus ornatus ſæpenumero in equo prodiens, unum quemuis Romanorum ad ſingulare certamen eliciebat. Nemine autem reſpondente, Romanos irridens & illudens, ſaltans & geſticulans ad ſuos redibat. Quod cùm frequenter faceret, Scipioni adoleſcenti adhuc ualde diſplicuit: qui progrediens, certamen non detrectauit: ac fortunæ benignitate uirum tam procerum, cùm ipſe parua eſſet ſtatura, ſuperauit: quæ res Romanis animos addidit. Noctu tamen multis terroribus concutiebantur. Equites enim omnes Barbarorum, qui antè Luculli aduentum, cõmeatus procurandi cauſa exiuerant, nec redire in urbem propter obſidionem potuerant, circũ caſtra excurrentes magnis cum clamoribus Romanos uexabant, & qui in urbe erant unà cum ipſis ingentes edebant ſtrepitus: ex quo exercitus uariè terrebatur. Cumq; uigilijs afflicti eſſent ( totam enim noctem armatos peruigilare milites opportebat) & cibis regionum nondum aſſueti, ac nec uinum, nec ſalem, nec oleum, nec acetum haberent, frumento atq; hordeo cocto, multaq; ceruina & leporina elixa carne ſine ſale ueſcerẽtur, uentris profluuio laborabãt: ex quo multi moriebantur. Atq; in hunc modum affecti perdurabant quoad aggeres ad iuſtam altitudinem educerẽtur. Quo facto machinis admotis, unam muri partem deiecerunt, ac per eam in urbem irruerunt. Verùm cùm magna ui repellerentur, retrocedentes incauti in quandam paludem corruerũt, ubi bona eorum pars periere. Barbari uerò nocte inſequente muros dirutos inſtaurarũt. Tandẽ uerò cùm utriq; fame eſſent affecti, Scipio illis promiſit à cõpoſitione omnẽ fraudem abfuturam: cui propter eius uirtutis opinionem, fides habita eſt. Finis bello his conditionibus impoſitus nimirũ ut illi: Romanis decem milia ſagorum certumq; numerum beſtiarum, & obſides quinquaginta repræſentarent. Lucullus autẽ aurum atq; argentum quod poſtulabat, & cuius cauſa bellum gerebat( ut qui Hiſpaniam eo affluere exiſtimaret) habere non quiuit: quòd hi populi non haberent: nec uerò hæc Celtiberorum gens huiuſmodi res magnifacit. Pòſt iter Pallantiam urbem uerſus ingreſſus eſt: quæ urbs maioris nominis ac potentiæ erat, & in quam multi confugerant. Idcirco quidam, ea

relicta diſcederet ſuadebant. Is uerò quòd eam opulentam, potentemq; eſſe audiret, conſilijs eorum non obtemperauit. Cùm ille cõmeatus gratia profectus eſſet, Pallantianos equites ſemper infeſtos habuit: adeò ut commeatus penuria caſtra illinc mouere cogeretur. Atq; ita exercitum quadrato agmine, in lateris ſcilicet formam ductabat, perſequentibus cõtinenter Pallantijs, ad flumen Orium peruenit. Sed illi nocte intempeſta diſceſſerant: ipſe uerò in agrum Turditanorum reuerſus, ibi ſub tectis hyemauit. Hunc igitur finem habuit bellum, quod Lucullus cum Vacceis ſine Romanorum mandato geſsit. Idcirco ne ſe iudicio, qua de re accuſatus erat ſubijceret,

*

Nihilominus alia Hiſpanorum pars, ſuis legibus uiuentium, qui Luſitani appellantur, quodam Afro duce, regiones Romanis parentes, prædabantur. Cumq; Manilium & Calphurnium Piſonem Romanorum duces fudiſſent, ſex milia eorũ cęciderunt: ac præter eos Terentium Varronẽ, qui tum erat quæſtor. Quibus rebus Afer elatus, totam regionem uſq; ad Oceanum mare incurſionibus infeſtabat: ac ſibi Vettonibus adiunctis Blaſtophœnices Romanorum uectigales obſidebat, cũ quibus Annibalem Carthaginienſem aiunt quoſdam Punicæ gentis miſcuiſſe, idcirco Blaſtophœnices appellatos. Is dux caput ſaxo ꝑcuſſus interijt, in cuius locũ ſucceſsit quidã nomine Ceſſaro. Hic cum Mummio conflixit, qui cũ alio exercitu Roma uenerat: à quo cùm uictus eſſet, eumq; citatiſsimo curſu inſequeretur Mũmius, ille conuerſus cum eis ita effuſis & diſperſis pugnauit, cæciditq; X. M. ſimulq; uniuerſam prædam & propria caſtra quæ amiſerat recuperauit. Caſtra præterea Romanorũ, armaq; & ſigna diripuit, quę per totam Hiſpaniam oſtentantes Barbari, Romanos ludibrio habebant. Mummius cũ caſtra in loco munito poſuiſſet, qui ſupererant milites quinq; milia exercebat: nec in campos eos educere audebat, donec animum recepiſſent. Interea ſi quam Barbari prędæ partem præmittebant, recuperare conabantur. nam de improuiſo in illos impetum facientes, multosq; cędentes & prędam & ſigna recuperarũt. Luſitani quamuis alteram Tagi amnis accolant ripam, ſumptis tamẽ contra Romanos armis duce Cancheno, Cunæos Romani populi uectigales prædabantur: Coniſtorgimq; eorum magnã urbem ceperant, atq; oceanum ad Herculeas columnas traiecerant: ita pars ipſorũ in Africam uſq; excurrere: pars uerò Ocilem urbem obſeſſam tenere. Mũmius illos cum nouem millibus peditũ, & quin

gentis

gentis equitibus inſequebatur: cæciditq́; x v. M. ex ijs, qui regionem uaſtabant & prædabantur: atque ex alijs nonnullos. Ocilem dein obſidione liberauit. Pòſt uerò cùm in eos, qui prædabãtur incurriſſet, ad unũ omnes cæcidit, ita ut ex tanta clade ne nuncius quidem ſupereſſet. Prædam quæ ferri poterat, in milites diſtribuit, reliquam in honorem deorum, qui bellis præſunt, cremauit. Quibus rebus geſtis Mummius Romam reuerſus triumphauit. Huic ſucceſsit M. Attilius, qui unica excurſione ad ſeptingentos Luſitanorum cæcidit: & maximam quandam urbem Oſtracem appellatam deleuit, deditioneq́; omnia uicina loca pauore conſternata cepit: in quibus quidam de gente Bottonum erant. Sed ſimul ac Attilius caſtra, ut milites in hyberna duceret mouit: ijdem repente defecerunt quoſdãq́; Romani imperij uectigales populos obſederũt. Quos cùm Seruius Galba Attilij ſucceſſor celeriter ab obſidione uellet remouere, cùm unius diei noctisq́; interuallo quingenta ſtadia cõfeciſſet, ſeſe Luſitanis oſtẽdit: ac ſtatim in pugnã militẽ itineris labore feſſum emiſit. cùm uerò hoſtes in fugam uertiſſet, atq́; eos temerè per ſuam imperitiam cum milite feſſo & debili perſequeretur: barbari eos ita diſsipatos cernentes, ſæpiusq́; quieſcendi gratia ſubſiſtentes, ſimul conſtricti in eos impetum fecerũt: atq́; ex eis ad ſeptem milia cęciderũt. Galba cum omnibus qui circa eum erãt, equis ſeſe in urbem Carmenam recepit, ubi omnes qui euaſerant recollegit. cumq́; ad uiginti milia militum uectigalium collegiſſet, in fines Cuneorum tranſiuit, ubi Cuniſtorge hybernauit. Lucullus qui cũ Vacceis abſq́; ſenatus decreto bellum geſſerat, cùm eo tempore in Turditania ueniſſet, Luſitanos uicinis locis arma intuliſſe ſenſit. Idcirco quibuſdã ex ijs quos optimos habuit ducibus miſsis, ad mille & quingẽtos Luſitanos fretũ traijciẽtes cæcidit: alios uerò, qui in quendã collẽ cõfugerant, foſsis & caſtellis cinxit: & ſic infinitam multitudinẽ cepit. Deinde Luſitaniam ingreſſus partem unam ipſe prædabatur, alterã diripiebant Galba. Nonnullos quoq́;, qui legatos mitterẽt ut pacta cũ Attilio facta & ab eis rupta confirmarent, in amicitiam recipiebat, ac cum eis rem componebat. Quinetiam fingebat ſe uicem illorum dolere, atq́; pro certo habere eos egeſtate conſtrictos, in continua præda fuiſſe, ac ruptis pactis bella geſsiſſe affirmabat. Scio equidẽ, aiebat, ueſtri ſoli ſterilitate egeſtateq́; uos ad id compulſos eſſe. Verùm ego uobis fertile ſolum aſsignabo, ac tripartito uos in pinguibus & fertilibus locis ponam. Illi igitur hac ſpe lactati, ex ſuis domicilijs exierunt: quibus in tres diſtributis partes ſingulis planiciem quandam indicabat, ubi illos conſiſtere iubebat, donec ipſe ad eos

 ueniens,

ueniens, locum condendæ urbis oſtenderet. Ad primos igitur cùm ueniſſet, arma quaſi amici poneret imperauit. quod ubi factū eſſet, eos foſſa & munitionibus ſepſit, mox militibus aliquot immiſsis, omnes deorum numen & fidem implorantes, ne uno quidem reſeruato, trucidari fecit. Idem ſecundis & tertijs celeriter factum, antequam priores cladem intelligerent. Atq; ita perfidia perfidiam illorum ultus eſt, in eo barbaros imitatus, nulla Romanæ dignitatis ratione habita. Pauci ſuperfuerunt, inter quos unus Viriatus fuit, qui haud multò poſt dux Luſitanorum factus, multos Romanos intеremit: resq; maximas geſsit. Sed eas res, quòd pòſt geſtæ fuerunt, in ſequentibus libris exponam. At Galba qui auaritia etiam ipſum Lucullum ſuperabat, paucis quibuſdā rebus in amicos & milites diſtributis, reliqua in ſuam utilitatem cōuertit, tametſi omnium eſſet Romanorum ditiſsimus. Homo fuit, qui ne in pace quidem, ubi quæſtus affulgeret, unquam mendacijs & periurijs abſtinuit. Cùm autem homo omnibus inuiſus accuſaret, ſemper tamē diuitiarū quas magnas habebat gratia abſolutus & liberatus fuit. Nō multò pòſt, quotquot ex perfidia Luculli & Galbæ euaſerant, unà collecti numero ad decem milia, Turditaniam incurſionibus infeſtabant. Aduerſus hos M. Vettilius cū alio exercitu profectus, ſibiq; reliquis omnibus qui in Hiſpania erant adiunctis, & ad decem milia militum coactis, in eos qui prædæ & captiuis abducēdis in Turditania intenti erant, copias eduxit, multosq; interfecit: reliquos in caſtellum quoddā compulit: in quo ſi manere uellent, fame illis eſſet pereundum: ſin diſcederent, in manus Romanorum ueniendum: adeò anguſtus erat locus. Quamobrem legatos ad Vettilium ſupplicātium ritu miſerunt, ſolum ubi habitarent petentes: ut poſtea ipſi cum omnibus ſuis Romanorum uectigales eſſent. Quod quidem illis promittebat, & iam iam repræſentandū erat. Sed Viriatus qui ex Galbæ crudelitate euaſerat, quiq; tum cum illis erat, eis in memoriam perfidiam Romanorum reuocabat: docebatq; quoties per iuriſiurandi religionem proditi eſſent: exercitum illum omnem Romanorum exemplo perfidiæ Galbæ & Luculli talem eſſe factū: ſubiungebatq; modum, quo incolumes euaderent non defuturum, modò ſuis dictis fidem habere uellent. His uerbis cùm permoti illorum animi eſſent, bona quisq; ſpe freti eum ducem elegerūt. Is igitur cùm in totius exercitus fronte quaſi pugnaturus, omnes equos collocaſſet, reliquis præcepit, ut ſimul ac ipſe in equum aſcendiſſet, in multas partes diſiecti & fuſi, fugæ ſe per diuerſos calles, quà poſſent Tribolam urbem uerſus darent, ibiq; ſe præſtolarentur. Ipſe uerò ex omni numero ſecum dele-

ctos equites mille retinuit. Quo facto Viriatus in equũ proſilijt: reliqui uerò actutùm fugam rapuerunt. Vettilius eo modo diſiectos atq; in tot partes effuſos perſequi metuẽs, in Viriatum cunctantem reiq; euentum expectantem conuerſus eſt. Sed ille equis uelociſsimis Romanos aggreſſus, modo eis inſtare, modo fugiens retrocedere, ac denuo conſiſtens eos inuadere. Atq; in hunc modum totum illum diem, itemq; alterum currendo & recurrendo in eadem planicie conſumpſit. Vt autem coniectura putauit eos qui aufugerant, in locum tutum perueniſſe, nocte intempeſta cum perniciſsimorũ equorũ exercitu, per occultos tramites citatiſsimo curſu Tribolam peruaſit, Romanis pari curſu cõſequi, partim armorũ pondere, partim itineris inſcitia, atq; etiam propter diuerſam equorum naturam, non ualentibus. Hoc igitur pacto ſuas Viriatus copias de ſalute deſperantes conſeruauit. Hæc autem militaris calliditas per loca uicina diuulgata, magnam ei exiſtimationem apud barbaros conciliauit. Itaq; innumeri mortales, ut ſe cum eo cõiungerent concurrebant. Hic tres continuos annos cum Romanis bellum geſsit, atq; ut cõſtat, hoc bellum multùm Romanos afflixit: fuitq́; ad extremum uſq; perquã difficile & periculoſum. Quin etiam ſi qui alius armorum nouus motus in Hiſpania extitit, illud ut diuturnius eſſet effecit. Vettilius igitur eum inſequens, ad Tribolam eſt conſecutus. Viriatus inſidias in ſaltu quodã poſuerat: qui ubi adeſſe Vettilium ſenſit, ſimulauit fugam. Vbi uerò ille inſidiarum locum præteriſſet, in eum cõuerſus impetũ fecit: qui in inſidijs erant prodeuntes, undiq; Romanos circumuenire, cædere, aut uiuos capere, atq; ex præruptis locis deijcere. captus eſt ipſe Vettilius: qui uerò eum ceperat, cũ eum non agnoſceret, uideretq; obeſum admodum & ſenem, ratus prorſus hominem inutilem trucidauit. Ex decem millibus Romanorum uix ſex millia ſalua Carpeſſum ſe receperunt, maritimã urbem, quam à ueteribus Græcis Carteſſum opinor appellatam: in qua Arganthonius regnauit, is quem ad cẽteſimum quinquageſimũ annum aiunt uixiſſe. Quæſtor, qui cum Vettilio uenerat, eos qui Carpeſſum aufugerant ſecutus, cùm metu exanimatos cerneret, in urbe continebat, cuſtodiæq; murorum præficiebat. Cumq; militum quinq; millia auxiliariorum à Bellis & Titthijs ut petiuerat, accepiſſet, contra Viriatum eos miſit, quos ille omnes occidit: ita ut ne unus quidẽ, qui domum nunciaret ſupereſſet. Quæſtor dum in urbe ſe cõtinet, dumq́; Roma ſuppetias expectat, nihil noui tentare audebat. Viriatus interea pinguem & fertilem Carpentanorum oram inuaſerat: ubi ſine ullo hoſtium metu, prædæ erat intentus: donec Roma Caius Plau-

tius cum X M. peditum, mille trecentis equitum, uenit. Tunc quoq; Viriatus fugam ſimulauit, & Plautius ad quatuor milia hominũ miſit, qui eum ſequerentur: quos Viriatus uerſus, paucis exceptis, fudit & debellauit. cumq; Tagum amnem traieciſſet in monte oleis conſito, Veneris tamen nomine appellato, caſtra poſuit. Hic eum aſſecutus Plautius priori uulneri mederi accelerans, pugnam cõmiſit. Sed uictus magna cum hominũ iactura turpiter fugiens, ſe in urbes munitas recepit: ac media æſtate, ut hyeme ſolet, domi nuſquam prodire auſus, ſe continebat. Viriatus diligenter ac ſine ullo metu luſtrabat regionem, à poſſeſſoribus fructũ & meſsis iam maturæ precium exigens: quod ſi nõ obtinebat, omnia uaſtabat. Hoc qui Romæ erãt intelligentes, Q. Fabium Maximum Aemilianum, eius Pauli Aemilij filium, qui Perſeum Macedoniæ regem debellauit, in Hiſpaniam miſerunt, eiq; ut militum delectus ipſe haberet permiſerunt. Hic, cùm non dudum Carthagine & Græcia potiti eſſent, tertiumq; Macedonicũ bellum proſperè confeciſſent, ut ueteranis, qui inde redierant uacationẽ daret, fere duas legiones penè impuberum militiæq; prorſus expertium adoleſcẽtum collegit: ab amicis auxilia euocauit: Orſonamq; Hiſpaniæ urbem uenit. Summa omniũ copiarum, peditum quindecim millia, equitum ad duo millia fuit. Quo in loco cùm nondum belli initia facere, donec militem exercuiſſet uellet: ad Gades, ut Herculi ſacra faceret, traiecit. Viriatus cùm in quoſdam eorum, qui lignatum ibant incidiſſet, impetu facto maiorem cecîdit partem: cęteros maximo in metu poſuit. Qui cùm iterũ ad ſigna uocati ab duce eſſent, eos iterum uicit: ingentiq; præda ſpoliauit. Vbi autem Maximus aduenisſet, ſępe in campis uerſabatur, eumq; ad certamen prouocabat. Maximus in iuſtum prælium progredi non tutũ ratus, exercendis militibus operam dabat: permittebatq; milites uelitationibus uti, ut eadem opera & hoſtium & ſuorum militum uirtutis periculum faceret. Quum uerò ad cõmeatum exeundum erat, eos ſemper multis leuis armaturæ militibus equitatúque, ipſe obequitans, ut patrem Paulum in Macedonia uiderat, ſepiebat. Hyeme exacta, cùm iam militem ſatis exercuiſſet, ſecundus hic fuit, à quo Viriatus fuſus & fugatus eſt: belli muneribus omnibus probè perfunctus. Itaq; ex duabus urbibus quas ille tenebat, alteram cepit, alteram exuſsit. Cumq; ipſummet in quendam munitum locum, cui Vecor nomẽ erat, cõpuliſſet, multos occidit: hyeme uerò ſe Cordubam ſub tecta recepit. Quas ob res Viriatus, iam non hoſtem, ut ſolebat, irridens, Aruacceos, Titthios, & Bellos gentes bellicoſas, quæ per ſe aliud gerebant bellum, ad defectionem induxit. Itaq; ex illis Numantinum

num dedit bellum, quod admodum diuturnum & graue Romanis ac laborioſum fuit: quod quidem breuiter, Viriati rebus expoſitis, etiam narrabimus. Hic Viriatus in alia Hiſpaniæ parte, cum Q. Pompeio, alio Romanorum imperatore conflixit, ac uictus Aphrodiſium, id eſt in Veneris montem, profugit. Ex quo in hoſtes denuò rediens, multos Quinti milites perdidit: aliquot retulit ſigna, reliquos intra caſtrorũ munitiones compulit, præſidiũ Vtica deiecit: oráq; Baſitanorum populatus eſt. nam Quintus ignauia ſua, reiq; militaris inſcitia, eis opem non ferebat: ſed ſub tectis Cordubæ, medio autumno quieſcebat: quanquam Martius miſſo ſæpenumero ad eum homine Hiſpano Italicæ urbis in qua ipſe erat eum urgeret. Inſequenti anno ad exercitum Quinto ſucceſſor uenit Aemiliani frater Fabius Maximus Aemilianus, cum duabus alijs legionibus Romanis, atque amicorum aliquot. Ita uniuerſi erant peditum XVIII. M. equitum M. CCCCCC. Scripſit Micipſæ Numidarum regi, ut primo quoq; tempore auxilia elephantorum ad ſe mitteret. Ipſe uerò cum exercitus parte Vticam contendebat: quẽ cùm in itinere adortus eſſet Viriatus cum ſex millibus militum, clamore & ſtrepitu ingenti, barbarorũ more, cæſarieq; ac promiſſo capillo horrendis, tamen eum fortiter Maximus ſuſtinuit, ac ſine ſuo detrimento repulit. Poſteaquam uerò alter acceſsit exercitus, atq; unà ex Africa elephanti decem, equiq; trecenti, caſtris ponendis locum ſatis amplum cepit & muniuit. Hic primus domare Viriatum cœpit, in fugamq; conuertere, & perſequi fugientem. Verùm cùm aliquando Romani ſine ordine admiſsis equis eum profligarent, Viriatus id animaduertens in eos cõuerſus ad tria milia ipſorũ trucidauit: cæteros intra caſtrorum coegit ſepta: quę aggreſſus uix paucos ad portas caſtrorum, qui illi reſiſterẽt reperit: reliqui enim metu exterriti in tabernacula perfugerant, unde dux ac tribuni uix eos diuellere poterant. In illo conflictu fortiter admodum ſe geſsit Lęlij gener Fannius: moxq; ſuperueniens Romanos cõſeruauit. Viriatus autem per noctis tenebras, perq; diei æſtum excurrens, nullum temporis momentum præterire patiebat̃, in quo hoſtes leui armatura, equitatusq; pernicitate non laceſſeret & fatigaret, donec Aemilianus caſtra Vticam uerſus moueret. Tunc Viriatus cõmeatu deficiente, paruaq; manu inſtructus, caſtris omnibus exuſtis ſeſe in Luſitaniam retraxit. Quem cùm Aemilianus non reperiret, fines ingreſſus quinq; diripuit oppida, quæ auxilio Viriato fuerant. Deinde copias in Cuneorum fines, & illinc in Luſitaniam contra Viriatum eduxit: ac prætereunti, duo latronũ duces Curius & Apuleius, negocium fecere prædamq; rapuere. Sed

cæſo

cæſo in conflictu Curio, Aemilianus haud multò pòſt prædam recuperauit: urbemq́; Iſcadiam, Semellam, & Obollam cepit: in qua Viriati præſidium erat. Harum alias diripuit, alijs ueniam dedit: atq; ex decem millibus captiuorum, quingentos ſecuri percuti, alios uerò promiſcuè cædi imperauit: mox ſe in hyberna recepit, ſecundo ſuæ prouinciæ eiusq́; belli anno. His rebus geſtis Romam, in Hiſpania Q. Pompeio ſucceſſore ſuo relicto, nauigauit.

*

Eius frater Maximus Aemilianus, cùm quendã nomine Conobam latronũ ducẽ cepiſſet, qui ſeſe ei dediderat, ei ſoli pepercit: reliquis omnibus manus abſcidit. Pòſt cùm Viriatũ perſequeretur, Eriſanã urbem eius foſsis & ſeptis circũdedit, in quam noctu ingreſſus Viriatus, ubi duxit in fabros & operas impetum fecit eos oppugnans, donec relictis legionibus & batillis fugæ ſe dederunt. Alios quoque ad pugnam ab Aemiliano emiſſos, in loca aſpera & prærupta compulit, unde nulla euadendi ſpes reliqua eſſet. At Viriatus fortunæ felicitate nunquam elatus, cogitans ſe beneficij magnitudine præclaram terminandi belli occaſionem nactum, pacem & fœdus icit cum Romanis, quod à populo fuit cõprobatum: nimirũ ut Viriatus amicus eſſet Romanorũ: utq; omnes qui ei ſuberant, domini eſſent regionum quas poſsidebant. Ita Viriatus finem bello Romanis difficillimo impoſuiſſe uibebatur, eoq́; beneficio quieuit: nihilominus fœdus ne breui quidem tempore ſtetit. Nam Cæpio Aemiliani frater, eas pactiones quas ipſe fecerat non probabat: Romamq́; ſcribebat, rem fuiſſe turpiſsimam. Senatus ei initio clàm aſſentiebat, è repub. id eſſe iudicans, ut Viriati ſe hoſtem profiteretur. Deinde cùm denuò is inſtaret, ac ſæpius literas mitteret, tandẽ cẽſuit uti pactioni renũciaret & de integro cõtra Viriatũ bellũ renouaret. Hoc igit̃ decreto fretus Cæpio, aperto Marte Viriatũ oppugnare cœpit: Arſamq́; urbem ab eo derelictam in ſuã poteſtatẽ redegit. Ipſum præterea Viriatum fugientem, atq; quacunq; iter faceret, regiones uaſtantẽ perſecutus, in Carpentaniç ora eſt aſſecutus, numero militum eo longè ſuperior. Quamobrem Viriatus cùm in pugnam propter exiguum ſuorum numerum nollet deſcendere, maiorem copiarũ partem per quendam tramitem dimiſit: reliquos in colle quaſi uellet confligere collocauit. Poſtea uerò quàm quos præmiſerat in loca tuta perueniſſe intellexit, calcaribus equo ſtimulato cum reliquis copijs eò cum irriſione atq; ignominia hoſtiũ contendit: idq́; tanta celeritate, ut qui

ut qui illum inſequebantur, quam uiam inſtitiſſet ignorarent. Cępio in Vettones, Gallecosq; conuerſus, eorum fines populabatur, multiq; Viriatum imitati Luſitaniam infeſtabant. Aduerſus hos Sex. Iunius Brutus in Hiſpaniam miſſus, feſſus per tam lõgam oram, quantam Tagus & Lethe & Darias & Betis nauigabilia flumina ambiunt, perſequendis conſtitit. Nam illi latrocinantium more, momẽto ſe ab oculis eorum abripiunt. Quare Brutus eos conſequi rem maximi laboris eſſe, non conſequi magnæ ignominiæ, uincere uerò exiguæ gloriæ exiſtimans, ad eorum caſtra prædãda conuerſus eſt: tũ quòd eo pacto ſe eos caſtigare arbitrabatur: tum quòd militibus ſuis ſe magnum quæſtum allaturum exiſtimabat: tum etiam quòd manũ illam prædonum diffluxuram ſperabat, dum ſinguli ſuæ patriæ periculis occurrere cogitarẽt. Hoc conſilio ac propoſito, quicquid obijciebatur rapiebat. Mulieres quoq; quæ cum ſuis uiris in bellum uenerant, cum ijſdem trucidabantur: tantamq; cõſtantiam prę ſe ferebãt, ut ne uerbum quidem dum iugularentur pronunciarent. Pleriq; etiam ſe cum ijs quæ auferre poterant in montes recipiebant: quibus ueniam poſtulantibus ignoſcebat, agrosq; diuidebat. Itaq; cùm Orium amnem traieciſſet, hoſtiliter latè patentem regionem perluſtrauit, ab ijs qui ſe dederent, multos obſides poſtulabat: atq; in Lethem flumen peruenit, ipſeq; primus Romanorum de eius tranſitu cogitauit. Quem cùm trãſiſſet, ultraq; progrederetur, ad Nibenem uſq; amnem copias in Bracaros duxit, quòd ei cõmeatum qui affereba-tur intercepiſſent. Hi ſunt populi, qui etiam ipſi cum mulieribus armatis in bellum proficiſcuntur, alacresq; nec ſibi parcentes in mortem uadunt: in pugna uerò nunquam terga uertunt, nec morientes lamentantur. Mulierum uerò quæ capiebantur, nonnullæ ſibi manus afferebant: alię ſuos natos necabãt, utpote quæ id mallent quàm mancipia eſſe. Pleraq; oppida, ex ijs quæ tum cum Bruto faciebant, paulò pòſt defecerunt: ac denuò ab eo ſubacta fuerunt. Ac propter eiuſmodi cauſas, cum Labricam urbem ueniſſet, quæ ſæpius cum eo pacem fecerat, tum uerò excuſſo iugo iterum infeſta erat, oratum ab oppidanis ſibi ignoſceret, ſe eius poteſtati omnia permittere. A quibus Romanorum transfugas primùm poſtulauit: omneq; armorum genus, quod penes ipſos eſſet, tum obſides quoq;: poſtremò oppidum relinquerẽt, imperauit. Quæ omnia cũ feciſſent, placidè illos ad concionem uocauit cumq; eos ſuis copijs ſepſiſſet, quoties defeciſſent, quoties illi bellum feciſſent obijciens, in memoriam reuocauit. Ita illos oratione perterrefecit, ut grauius metuere ſupplicium poſſent: tandem huiuſmodi obiurgatione contẽtus, à maiore abſti-

nuit

nuit pœna. Verùm equos illis & frumenta & pecuniam cõmunẽ abſtulit: tum ſi quid publici apparatus reliquum erat, ac præter omnẽ ipſorum ſpem in ſua patria habitare permiſit. Quibus rebus in hunc modum geſtis Romam remeauit. Hæc ego omnia in Viriati hiſtoria explicaui. Iiſdem temporibus eius exemplũ alij quoq; ſecuti eiuſmodi latrocinia exercere cœperant. Viriatus ut rem cõponeret, Aulacem, Ditalconem, & Minurum ad Cæpionem legarat, qui ab eo multis & magnis pollicitationibus corrupti, ſe Viriatum interfecturos receperunt. Res in hunc modum acta eſt. Fuit Viriatus ſomni etiam poſt magnos labores pauciſsimi, & magnam partem totus armatus dormiebat, ut experrectus ad omnes ſubitos caſus paratus eſſet. Eam ob rem amicis etiam noctu eum adire licitum erat. Quem morem cùm nõ ignorarent coniurati, primamq; ſomni horã obſeruaſſent, in eius domicilium quaſi ob rem quãpiam grauẽ armati ingreſſi ſunt: iugulumq; ſecuerunt, quòd in alia parte corporis uulnerari non poterat. Cumq; nemo ſtrepitum propter feriendi facilitatẽ ſenſiſſet, ad Cæpionem euaſerunt: facinoriſq; præmium poſtularunt. Quibus illicò quicquid poſsidebant quodq; iam in eorum erat poteſtate donauit: de præmio autem quod poſcebant, eos Romam miſit. Viriati amici, totuſq; reliquus exercitus, cùm mane luceret, eum quieſcere rati rem inuſitatam admirantes operiebantur, donec quidam ingreſsi, armatum ut erat mortuum repererũt. Idcirco per cunctum exercitum magnus exortus eſt luctus: eius aduerſum caſum omnibus dolentibus, periculaq; in quibus erant, & ducem quo priuati erant cogitantibus. Diſcruciabantur autem maximè quòd interfectores non inuenirent. Viriati igitur corpus cum multis ornamentis in prægrandi pyra, multas in eius honorẽ uictimas cædentes cremarunt, ac tam peditum quàm equitum turmæ barbarorũ more circumcurſantes, eum laudibus in cœlum interea tollebant. Poſtremo igni extincto, exequijsq; omnibus finitis, in eius honore decreuerunt, ut ſupra eius ſepulchrum multa gladiatorum paria dimicarẽt, tantam gratiam & deſideriũ ſui apud ſuos Viriatus reliquerat: qui quamuis barbarus fuit, tamen in gubernando peritiſsimus, in periculis cautiſsimus, & præter cæteros in contẽnendis confidens, atq; in præda diuidẽda iuſtiſsimus. Nunq̃ enim adduci potuit, ut uel tantillum plus quàm cæteri caperet, quanquam à militibus rogaretur: quod autẽ capiebat, ſemper fortioribus donabat. Ex quo factum eſt (quod eſt difficillimũ, quodq; in hunc uſq; diem nõ tam facile alteri contiget duci) ut eius exercitus ex omni hominũ gente cõflatus, per octo perpetuos annos, per quos hoc bellum geſtũ eſt, ſine ſeditione

ſemper

ſemper ei obſequẽtiſsimus, atq; ad omnia extrema pericula ſuſtinenda promptiſsimus perſeuerauerit. Cùm igitur Tantalum ſibi ducem creaſſent, Saguntum uerſus profecti ſunt: quam urbem cũ antè Annibal diruiſſet, atq; iterum inſtauraſſet, à patriæ ſuæ nomine Carthaginem appellauit. Sed cùm inde pulſi eſſent, Betim amnem traiecerunt: cumq́; ſemper Cæpionem inſtantem à tergo haberẽt, tandem feſſus Tantalus ſe & exercitum in Cępionis poteſtatem tradidit. Hic arma eis omnia ademit: regionemq́; incolendam aſsignauit ne egeſtate ad latrocinia redire cogerẽtur. Iam ad Vacceorum & Numantinorum bella hiſtoria noſtra redibit, quos Viriatus ad defectionem induxerat. Cæcilius Metellus Roma cum maioribus copijs miſſus, Vacceos celeriter uicit: qua de re animi reliquorum conſternati fuerant, ✳ Reſtabant adhuc Termantia & Numantia, in loco prærupto, & duobus fluminibus ſecto ſita: ad hæc montibus circumuallata ac denſis nemoribus ſepta: atque ab una tantùm parte in planiciẽ inclinata: qua parte crebris foſsis, & colũnis tranſuerſis munita erat. Numantini autem ipſi boni & equites & pedites erant ad octo millia: attamen tam exiguo numero, quæ fuit eorum magna uirtus, ualde Romanos fatigarũt. Metellus ad hyemis finem Q. Metello Aulo ſucceſſori ſuo exercitum tradidit, in quo peditum XXX. M. equitum duo millia bene exercitatorum & peritorum militum fuere. ✳ Cùm autem Pompeius caſtra ad Numantiam haberet: indeq; in quendam locum iuiſſet, Numantini è colle deſcendentes in eum impetum fecerunt, equitatumq́; eius ad eum accurrentem deleuerunt. Qui cùm redijſſet, acies in planicie ad confligendum collocabat. Hoſtes in campum deſcendentes eum adoriebantur: mox tanquam metuentes rurſùm ſeſe in collem retrahebant, quoad eos in ea loca, ubi ductæ foſſæ erãt, & ligna & columnæ trãſuerſæ diſpoſitæ pertraherent. Ita Pompeius in his excurſionibus & uelitationibus cũ ſe ab ijs, qui numero inferiores erant ſuperari cerneret, copias Termantiam uerſus, ibi fore rem faciliorem ratus, cõuertit: ubi etiam pugnans ſeptingentos uiros amiſit. Tribunũ præterea unum à quo cõmeatus ducebatur, Termantini in fugam uerterunt: atq; uno eodemq́; die ter Romanos aggreſsi, ter in loca aſpera & pręrupta repulerunt: multosq́; ipſorum & pedites & equites unà cum equis ex rupibus & præruptis deiecerunt: adeò ut reliqui perterrefacti, totam noctem armati peruigilauerint. Vbi uerò diluxiſſet in hoſtium aduentu acie inſtructa procedentes, totum diem ancipiti Marte conflixerunt: noxq́; pugnã diremit. Pompeius noctu Maliam urbem cum equitatu contendit: quem locum Numantini præ-

ſidio ſuo firmatum tenebant. Sed Maliani cæſo per proditionē præſidio, Pompeio urbem tradiderunt: qui ab eis armis & obſidibus acceptis, in Suedetaniā progreſſus eſt, quam dux quidam nomine Tanginus, cum ſuo exercitu prædabatur. Hunc Pompeius prælio commiſſo debellauit: atq; ex eius militibus multos cepit. Verùm tanta erat in latronibus uirtus, ut ipſorum nemo captiuus uiuere ſuſtineret: ſed alij ſibi necem inferrēt, alij dominos interficerēt: alij in qua nauigabant, nauim ut eam deprimerēt perforarent. Pompeius Numantiam reuerſus, flumen quod in planicie erat, aliò deriuare, ut ciuitatem fame conſtringeret, moliebatur. Oppidani ab opere fabros pellebant: atq; ſine tubicine turmatim egreſsi, iacula ſpiculaq; intorquentes eos ne flumen auerterēt impediebant: cominus etiam cum ijs qui operis auxilio uenirent pugnabant, donec eos in caſtra repuliſſent. Eos quoq; qui cōmeatum afferebāt aggreſsi, multos eorum, & tribunum qui eos ducebat cæciderunt. Ab alia etiam parte impetu in eos Romanos facto qui foſſam ducebant, ad mille & quadringentos unà cum centurione trucidarunt. Quibus cladibus permoti, Pompeiū uiri ſenatorij aliquot ut eū conſilio iuuarent cōuenerūt. Itēq; tirones nec dum exercitati milites pro ueteranis qui iam ſex annos meruerant, deſcribebātur: cum quibus ueteranis cùm Pompeius tot offenſiones accepiſſet, exiſtimationis recuperādæ gratia, hyeme in caſtris manebat: ubi milites partim frigore, partim diuturnis ſtationibus, & uigilijs grauiter affecti erant. Ac tum primū eius aeris & aquę natura experiri cœpta: nā uentris profluuio laborabāt, multiq; moriebāt. Cùm aliquando à caſtris cōmeatus inquirēdi cauſa pars militum exijſſent: Numātini inſidijs prope caſtra poſitis, ſagittis Romanos impetere, uulneribus & uerbis prouocare non ceſſabant: quoad illi iam ferre nequientes in eos proceſſerūt: tunc qui in inſidijs erant, in eos exorti, multos Romanos partim patritios, partim plebeios malè mulctarūt. Numantini uerò iterū ijs qui cōmeatum portabant obuiam progreſsi, multos ipſorum ferro corripuerunt. Pompeius igitur tot cladibus territus ſenatorum cōſilio caſtra mouit ut reliquum hyęmis in hybernis, ueris autem initium in urbibus ageret. Et quoniam ſucceſſorem expectabat, uerebaturq; ne forte accuſaretur, de pace cum Numantinis clàm agere cœpit, qui & ipſi iam propter ciuitatis primorum frequentes cædes, tum quòd agros colere non poterant, tum propter annonæ caritatem, tum etiam belli diuturnitatem, quod præter eorum opinionem tam diuturnum fuerat afflicti, ad Pompeium legatos miſerunt: quibus palàm ſe Romanorum uoluntati permitterēt, reſpondebat ſe nullam aliam

rationem

rationẽ é Romani populi dignitate cõpoſitionis uidere. Clàm uerò eos de conditionibus quibus agendũ erat certiores faciebat. Atq; in eum modũ cùm res compoſita eſſet, ſe ei dediderũt. Põpeius obſides & trãſfugas poſtulauit & accepit. Poſtulauit etiã argenti triginta talenta: quorũ tum Numantini x v. repræſentarũt: reliquũ Pompeius expectabat. Cùm uerò eius ſucceſſor M. Popilius Lenas appuliſſet, Numantini ſolutionem perfecerunt. Pompeius autẽ belli metu liberatus, ſucceſſoris pręſentia turpem cõpoſitionem agnoſcens, quam ſine Romanorũ conſenſu fecerat, ſe cum Numantinis pactionem feciſſe negare cœpit. Illi uerò teſtibus cõfirmare qui adfuiſſet, ſenatoria & tribunitia dignitate uiris, atq; etiam equitum præfectis eiuſdem Pompeij. Popilius Numantinos Romam, ut cum Pompeio diſceptarent miſit: ac ſenatus conſulto in ambas partes facto ad diſceptationẽ uentum eſt. Senatui tamen uiſum eſt cum Numantinis bellum gerere. Popilius interea in Luſonum fines, qui Numantinis finitimi erãt intrauit: ſed re infecta diſceſsit. nam cùm C. Hoſtilius Mancinus ei ſucceſsiſſet, Romam reuerſus eſt. Vbi autẽ Mancinus in pugnam ueniſſet, ſæpe uictus fuit: ac tandẽ multis amiſsis, ſeſe intra caſtrorum ſepta recepit. Cùm autem rumor eſſet Cantabros & Vacceos auxilio hoſtibus aduentare, ſine facibus per noctis totius tenebras fugiens in caſtra deſerta quondam Fuluij Nobilioris peruenit: ibiq; incluſus cùm nec dum locum inſtruxiſſet aut munijſſet, ſeſe cõtinens, eumq; Numantinis obſidentibus & toti exercitui extrema omnia minantibus ne turpem pacem faceret, amicitam & fœdus cum Numantinis æquo fœdere & iure inter Romanos atq; ipſos iureiurando, hiſq; conditionibus ſe Numantinis obſtrinxit. Quæ res ut Romę cognita fuit, maximo omnes dolore affecti ſunt, quòd pactio turpiſsima uideretur. Itaq; alius conſul Aemilius Lepidus in Hiſpaniam miſſus: Mancinus ad iudicium uocatus: quem Numãtinorum legati ſecuti ſunt. Aemilius expectans & ipſe à Romanis reſponſum: ocij iã pertęſus (quòd imperatores huiuſmodi falſæ gloriæ, aut quęſtus, aut triumphi cupiditate impulſi, in prouincias proficiſcebãtur: non ut patriæ cõmoda procurarent) in Vacceos cœpit falſum crimen intẽdere inſimulans eos quòd eo bello comeatu Numantinos iuuiſſent ſimulq; incurſiones in eorum fines facere: præterea maximam Vacceorum urbem Pallantiam, quæ nihil contra fœderis pactiones fecerat oppugnare. Cùm autem Brutum generum ſuum in alias Hiſpaniæ oras miſiſset, quo & ipſe eius belli particeps fieret, duo legati Cinus & Cecilius Roma ad eos uenerunt, qui dicerẽt ſenatũ dubitare, quam ob cauſam poſt tot acceptas in Hiſpania clades,

Aemilius noua bella ſerere uellet: eiq́; ſenatus decretũ porrexerũt, in quo ne Aemilius Vacceos bello tentaret, uetabatur. Sed ille cùm bellum iam cœpiſſet, exiſtimaretq́; ſenatũ ignorare, & Brutum ſibi auxilio eſſe, & Vacceos Numantinis frumentum, pecuniam, militẽ dediſſe: ad hæc ueritus, ne ſi arma deponeret, tota fermè Hiſpania deficeret: Romanis quaſi metu id bellum relinquerent contemptis, legatos re infecta dimiſit: eademq́; ipſe ſenatui ſcripſit. Igitur caſtello quodam antè munito, machinis comparandis frumentoq́; congregando operam dedit. Flaccus qui frumẽtatum ab eo miſſus erat, cum in inſidas incidiſſet, quę iam in eum exoriebãtur, callidè uocem emiſit, Aemilium Pallantiam expugnaſſe. Cumq́; eius milites, ut in uictoria moris eſt, acclamarent, barbari hoc audientes, & uerùm eſſe credentes perterrefacti abierunt. Atq; hoc pacto Flaccus & milites à periculo, & cõmeatũ à direptione liberauit. At cùm obſidio Pallantiana diuturnior eſſet, Romanos commeatus deficit: iamq́; iumẽtis omnibus abſũptis fame debilitati erant: ita ut multi milites fame perirent. Imperatores Aemilius & Brutus diu penuriam omniũ rerum ſuſtinuerũt, uerùm tandem malis uicti, uaſa colligi Aemilius imperauit. Tribuni ergo & centuriones in omnes partes diſcurrentes milites omnes ante auroram diſcederent urgebant. Itaq; omnia ibi deſeruerunt, etiam ſaucios & ęgrotos qui eos amplectebantur, ſeq́; eis cõmendabant. Eis igitur per tumultum, ac ſine ullo ordine, more eorum qui fuga diſsipati ſunt diſcedentibus, Pallantij undiq; in eos excurrentes, magnis detrimentis afficiebant, eos à mane uſq; ad noctem perſequẽtes. Nocte autem ſuperueniente Romani diſpalati in diuerſa loca, ut cuiq; ſors dabat abierũt. Pallantini ab eis perſequendis, quaſi poteſtate deorum ab incepto reuocarẽtur deſtiterũt. Hæc Aemilio Lepido acciderunt: quæ cùm Romani intelligerent, Aemilium prouincia conſulatuq́; mouerunt. Itaq; Romam priuatus rediit, eiq́; mulcta irrogata eſt. Mancinus & Numantini oratores in ſenatu auditi. Hi capita fœderis proferebant: ille omnem culpam in Pompeium, qui antè prouinciæ præfuerat reijciebat: utpote à quo exercitum rudem & ignauum accepiſſet: quamobrem ſæpe malè acceptus & uictus, cum Numantinis pacem facere, cuiuſmodi Pompeius fecerat, coactus eſſet: quo fœdere hoc etiam bellum infeliciter Romanis ceſsiſſe aiebat. Romani utrique pariter irati erant, tamen Pompeius abſolutus eſt, quòd etiam antea de eadem re accuſatus fuerat. Senatus conſultum factum eſt, uti Mancinus, quòd ſine decreto ſenatus tam ignominioſum fœdus accepiſſet, Numantinis dederetur: idq́; maiorum exemplo factum, qui Samnitum legatis duces quòd

eodem

eodem modo in turpes fœderis conditiones conſenſiſſent, dedide-runt.Itaq; Furio Mancinum in Hiſpaniam omni re priuatum & nudum duceret mandarunt: qui tamen à Numantinis acceptus nō eſt. Imperator autē contra eos Calphurnius Piſo creatus.Hic in Numantinorum fines intrauit:ſed poſt in fines Pallantinorū ingreſſus, eisq; ex parte uaſtatis,reliquum prouinciæ tempus in hybernis,in regione Carpentanorum conſumpſit. Romæ cùm populum iam diuturnitatis ac difficultatis belli Numantini tædium cepiſſet, & expectatio longior moleſta eſſet,ut bellum ſemel extingueretur,denuò Cornelium Scipionem, eum qui Carthaginem ceperat,conſulem creārunt,tanquam is unus eſſet,qui Numātinos ſuperare poſſet. Verùm cùm tum per ætatem conſul fieri non poſſet ( erat enim admodum iuuenis) ſenatus conſultum factum fuit,ut eum tribuni plebis eo anno legibus ſoluerent,deinde anno ſequenti legem reſtituerent. Scipio igitur conſul factus,copias Numantiam educere accelerabat. Secum uerò nullum ex cōſcriptis militibus duxit, tum quòd bellis ipſi implicati eſſent, tum etiam quòd multi eſſent in Hiſpania. Aliquot habuit uoluntarios,qui à ciuitatibus & regibus ex beneuolentia,cōſentiente ſenatu,miſsi fuerant.Roma ſeruos ſecum multos duxit: cohortemq; unam ex quingentis ſodalibus & amicis conflauit: quam Philonida,hoc eſt amicorum contubernium,ſiue ſodalitium appellauit.Cumq; ex omnibus militibus ad quatuor milia Buteoni patrueli aſsignaſſet, ipſe prius magnis itineribus ad exercitum,quem otio, ſeditionibus & luxu diffluere acceperat,in Hiſpaniā contendit.Cùm uerò ſciret ſe nō poſſe hoſtes ſuperare, niſi adminiſtrationis ſuæ integritate ac temperantia ſuos milites edomaret & refrenaret: ſimulatq; appulit,omnes mercatores, omnes meretrices, omnes cuiuſq; modi diuinos,quos ſæpe milites frequentibus offenſionibus timidi effecti conſulebant eiecit: uetuitq; ne in caſtra aliquid non neceſſarium importaret. Sacrificijs quoq; quibus per exta futura inquiruntur interdixit: & lixas calonesq; paucos eſſe uoluit. iumenta omnia clitellaria, exceptis paucis neceſſarijs, uenderent imperauit. Milites cocos habere noluit. Alia uaſa aliáue inſtrumēta culinaria ferre uetuit præter ueru, & ahenum, & uas potorium. Carnibus noluit alio modo paratis ueſcerentur, quàm elixis aut aſsis. Ita modum edulijs impoſuit. Culcitras haberi prohibuit: primusq; ipſe culcitra fœnea uſus eſt. Milites in itinere aſinos aut mulos inequitare uetuit: dicebat enim,parum ab eo homine in bello expectādum eſſe qui ſuis pedibus ire non poſſet.Eodem pacto eos, qui in balneis miniſtris uterentur reprehēdebat, mulos dicebat, quòd manibus careāt, qui eos

ſcabat,opus habere: atq; in hunc modum ſuos milites cõtinentes ac temperantes effecit: ad reuerentiam & timorem pariter illos paulatim aſſueſaciebat,ſeſe difficilorem exhibens illis audiendis,poſtulatisq́; eorum,præſertim iniquis faciendis. Sæpenumero illam ſententiam in ore habebat: faciles & indulgentes & affabiles duces utiles hoſtibus eſſe:qui tametſi grati ſint militibus ab ijſdẽ tamen poſt eos parui fieri. Qui uerò duriores & ſeueriores,eos ad oĩa milites obſequentes & paratos habere. Quos quanquam ita inſtituiſſet, tamen in aciem eos educere non audebat: donec multis laboribus exercuiſſet. Quotidie igitur huc illuc per uicinos campos incedẽs,uaria caſtra alia poſt alia faciebat, quibus corruptis denuò milites ad opus uocabat: ad foſſas altiſsimè fodiendas, rurſumq́; replendas: muros præaltos erigendos, ac deijciendos: ipſeq́;met ab aurora ad noctẽ uſq; fabris urgendis præſens aſtabat. Iter faciẽs ſemper agmine quadrato incedebat, ne quo repẽtino incurſu (ut alijs prius acciderat) diſsipatus funderetur fugareturq́;. nec quenquam aſsignatum ſibi locum permutare patiebatur. obequitabat exercitũm: nõnunquam etiam ad poſtremos ueniebat:ægros equitũ equis ferri iubebat. Mulis nimium onuſtis pondus detrahebat,idq́; inter pedites ferendum partiebatur. Cùm uerò æſtate tectis ſe continebat, turmas equitum, quæ interdiu ad ſpeculandum mittebantur, redeuntes foris ad ſepta expectare iubebat: donec alia equitum turma circum omnia perluſtraſſet. opera & labores omneis in operarios diſtributa & ordinata erant: uidelicet qui ſepta facere, qui foſſas, qui muros extruere, qui tabernacula ponere deberent: ſingulis certũ tempus ad ea munera obeũda aſsignatum erat. Poſtea uerò quàm exercitum ferocem, obſequentem & patientem laborum factum eſſe animaduertit, æſtate caſtra propius Numantiam tranſtulit, nec tamen loca admodũ munita caſtris ut quidã ſolẽt eligebat: nec copias diuidebat, ne ſi quam iacturam initio ſtatim faceret, apud hoſtes contemptui haberetur, qui antea eum irridere cõſueuerant. Nec hoſtem ipſe adoriebatur, belli naturam & euentum, uireſq́; Numantinorum expendens: nẽ forte tota uirium ſuarum mole in ſe incumberẽt. Igitur omnia uaſtari mandabat, ſegetes in herba ſecari: quæ poſtquã uaſtata erant, progredi ulterius neceſſe erat. Via quæ Numantiam tendebat, ac in planiciem ducebat breuior erat: multiq́; ut in eam ingrediretur ſuadebant. Quibus Scipio dicebat ſe redeundi modũ cogitare, quod tum hoſtes leui armatura inſtructi eſſent, qui in pugnam exirent, & urbẽ à tergo, in quam ſe cõmodè poſſent recipere haberẽt. Noſtri uerò, aiebat ille, cõmeatu onuſti & feſsi ipſis ualde impares eſsẽt. Omitto quòd

quòd illi ſecum clitellaria iumenta, & currus, & impedimẽta habẽt. Itaq; pugna difficilis, multumq́; inter utroſq; diſpar eſſet. Nam uicti in magno periculo uerſaremur, uictores haud magnum lucrum faceremus. Stultum igitur eſſet, ob rem leuem ſeſe in periculum conijcere: malus eſt enim imperator is qui nulla propoſita utilitate pugnat. Is autẽ fortis & prudens qui pugnæ periculum adit, tum cùm neceſsitate conſtringitur. Similitudinem quoq; à medicis ducebat, qui non prius ad ſecandum & urẽdum ueniunt, quàm loco affecto medicamenta adhibuerint. Quæ cùm dixiſſet, ducibus copias per longiorẽ uiam ducerent imperauit. Itaq; exercitum ulterius procedere uſq; in Vacceorum fines iuſsit: ubi Numantini cõmeatum cõparabant. Hic quoq; uaſtatis agris, frugibusq́; ad uſum exercitus ſui collectis, reliqua in cumulos redacta, igne abſumi Scipio madauit. Pallantini multos in inſidijs ſub collibus quibuſdam, circa planiciẽ quæ ibi ſubiacebat, quam Coplanium uocant, collocarant, deinde palàm eos qui meſſes colligerent infeſtabant. Idcirco Scipio Rutilium Ruffum, tunc ſuum tribunum (qui pòſt hæc ipſa literis mandauit) cum quatuor equitum turmis miſit, ut eorum excurſiones cohiberet. Ruffus igitur hoſtes retrocedentes nimis confidenter perſequi cœpit: eosq́; in ſummũ collem uſq; ſequi quo ſeſe receperant. ubi cùm inſidiæ detegerentur, Ruffus ſocijs iuſsit ne ulterius hoſtẽ perſequerentur aut aggrederentur: ſed haſtis tantùm longius continerent. Scipio interea uidens Ruffum ulterius in colles, quàm ei fuerat mandatũ, id quod erat ueritus progreſſum, ex templò eum cum reliquis copijs ſequi cœpit. Cũq; ad inſidiarũ locũ acceſsiſſet, equitatum bipartitò diuiſit: & hoſtem à duabus partibus adorirentur imperauit: ac iactis miſsilibus retrocederẽt: neq; ſemper in eundem locum, ſed pedetentim cedentes: donec cum alijs copijs, quæ eis à tergo erant coniungerentur. Atq; hoc pacto equos in planiciem incolumes reduxit. Poſt hæc cùm Scipio diſcedere, caſtraq; mouere uellet, amnis trãſitu difficilis & limoſus intererat: propter quem hoſtes ſeſe abdiderant. quod cùm cognitum eſſet, iter illud reliquit: exercitumq́; per aliam longiorem, ſed ab inſidijs tutam uiamq́; conduxit, noctu iter faciẽs: & propter ſitim multos puteos fodi iubẽs, in quorum bona parte aqua ſalſa inueniebatur. Nihilominus tamen copiæ incolumes, quamuis magno labore emerſerũt: ſed equorum & mulorum aliquot ſiti enecti ſunt. Deinde per fines Caucæorum iter faciens, quibus Lucullus contra fœderum fidem bellum intulerat, per præconem edixit, liberè omnes domum ad res quiſq; ſuas redirẽt. Hinc in Numantinorũ fines, ut ibi hybernaret tranſijt, ubi etiã man

ſit, donec ad eum ex Africa Iugurta Maſaniſſæ nepos, cum XII. elephantis, cumq; ſagittarijs bene armatis & funditoribus aduenïſſet. cùm igitur uaſtãdis agris locisq; uicinis prædandis occupatus eſſet, prope uillam quandam circumuentus inſidijs fuit: quæ uilla magna ex parte celebri palude cingebatur: ab altera parte præruptus erat locus, & in eo inſidiæ collocatæ. Cùm ergo in duas partes Scipionis exercitus diuiſus eſſet, pars in uillam ingreſsi, foris relictis ſignis, direptioni incũbebant: alij uerò pauci equites circa uillam obequitabant, qui cum ab ijs, qui in inſidijs erant inuaderentur, ſe defendebant. Scipio prope ſigna conſiſtens, ſuos tubæ cantu euocabat: qui priuſquam colligerentur, mille equitum caterua opem ferre equitatui iam circũuento aduolauit. Cùm uerò maior exercitus pars extra uillã erupiſſet, hoſtes fugã capeſcere coegit: nec tamẽ eos eſt perſecutus, ſed intra munitiones, paucis utrinq; cæſis ſe recepit. Pòſt cùm bina caſtra ad Numantiam poſuiſſet, unis Maximum fratrem ſuum præfecit, alteris ipſe imperabat. Dumq; in hunc modum illic eſſet, Numantini in campos exibant pugnandi copiam facientes, Romanosq; ad pugnam inuitantes. At Scipio eos cõtemnebat, nequaquã operæprecium ratus, cum ijs potius dimicare, qui deſperatione pugnarent, quàm eos edomare, fameq; ad deditionẽ compellere. Cùm igitur ut grauius obſiderentur, circa urbem ſeptem ualla feciſſet, literas ad ſocios miſit, in quibus quos & quot milites ab eis mittendi eſſent continebatur: qui ubi ueniſſent, eos in multas diuiſit partes, quod etiam in ſuo exercitu fecit: Tribunis & Centurionibus foſſas circũducerent, urbemq; ſeptis cingerent, imperauit. Numantiæ ambitus ſtadiorum uigintiquatuor fuit. Septum uerò tantundem, atq; eò plus patebat: hoc autem totum in tribunos diſtributũ erat. Qui ſi ab hoſtibus impedirẽtur, interdiu rubro panno haſtæ perlongę infixo, noctu uerò igni ſignum darent admoniti erant: ut & ipſe & Maximus, ijs qui circunuenti eſſent ferre opem poſſent. Quæ ubi facta fuerũt, & qui ad præſidiũ illic erant collocati, ut operas ab hoſtibus protegerent idonei erant, aliam foſſam poſt illam duci mandauit: & circa eam ſtipites quoſdam figere, aut iuxta eos nouum murum ædificare, cuius craſsitudo pedum quinûm erat, altitudo uerò denûm, pręter primarum altitudinem: circumq; turres iugeri interuallo inter ſe diſtãtes. Stagnum uerò quod mœnibus adiacebat, quòd eum muro cingere nequiret, ingenti aggere qui muri altitudinem ęquaret, muriq; uicem obiret muniuit. Itaq; hic Scipio primus mea opinione fuit qui urbem obſeſſam muro præcingeret, quæ quidem pugnam nõ detrectaret. Durias uerò flumen quod præter munitiones

labebatur,

labebatur, admodum utilis & cõmodus Numãtinis erat tam importandis in urbem cõmeatibus, quàm uiris ex urbe emittendis qui exibant, aut ſub aquis innatãtes, aut ſcaphis plenis uelis, ſi quando uentus uehementior flaret: aut etiam remis ſecundo flumine uehebantur. Sed quoniam propter latitudinẽ & impetum fluminis pons in eo fieri non poterat, Scipio pro ponte duo caſtella in utraq; ripa erigi fecit, atq; inter utrunq; funibus quaſdam longas per fluminis latitudinem ſuſpendit trabes, easq; in aquam demiſit: In trabibus infixæ ab omni parte gladiorum laminæ erant, aliaq; acuminata ferramenta, quæ pepetuo aquæ curſu uoluẽtibus ſe trabibus naues hoſtium prȩterlabi, urinatorésue ſub aqua minime patiebantur. Hoc demũ illud erat quod Scipio maximè cupiebat, hoc eſt ne quis ad obſeſſos penetrare poſſet, qui quæ foris fierent renunciaret: qua ratione efficeretur, ut & cõmeatu & conſilio deſtituerentur. His in hunc modum diſpoſitis machinæ in turribus collocatæ, inſtrumẽtaq; ad iacula & ſaxa contorquenda: muri quoq; ſaxis & iaculis muniti, caſtella à ſagittarijs & funditoribus cuſtodita. In omnib. præterea munitionibus multos uiros, qui die noctuq; alius ab alio ſerie quadam exciperet quæcunq; recens acciderent, uexillo altè ſublato, in ea turri quæ opus haberet ſignificarent: idemq; turres cæteræ ordine repente facerent, uiſo ſigno quod à prima datum eſſet. Id autẽ eò pertinebat, ut temporis puncto, quicquid accideret ipſe reſciret: ad ea uerò, quæ reuera & explicata, ut erant intelligi oporteret, per certos nuncios ad ſe perferri uolebat. Suũ exercitum, qui unà cum prouincialibus auxilijs ad LX. M. militum continebat, in duas diſtribuit partes: quarum alterã ad maris cuſtodiam poſuit: altera ad res neceſſarias, ſi forte aliquò proficiſcẽdum eſſet utebatur. Præterea XX. M. ad confligendum, ſi uſus eſſet deſtinati erant: ad quorum opem alia XX. M. ſubſidiariorum erant inſtituta. Suus cuiq; locus aſsignatus erat: quem niſi facta poteſtate, nulli deſerere liceret. Ita quiſq; ſeſe ad aſsignatum locum, adq; ſignum quod oſtendebatur, ſi quando hoſtes impetum feciſſent recipiebat: adeò omnia Scipio rectè atq; ordine conſtituerat. Numantini uerò ſæpe in ſtationarios milites impetum, modò ab hac modò ab illa parte faciebant: uerùm illicò perterrebantur tum formidabili eorum aſpectu, qui tanta cum celeritate ad opem eis ferendam aduolarunt: tum uexillorum, quȩ ad ſignificationem dandam ab ijs, qui in turribus erant erigerent: tum multitudine nunciorum paſsim currentium: tum etiam ab ijs qui ualla & murum tuerentur, qui momento ad pugnandum exiliebant: tum quoq; tubarum ſonitu, quæ claſsicum canerent: adeò ut totus ille

munitio-

munitionum ambitus, qui ferè ſtadia quinquaginta patebat temporis momento omnibus terrori eſſet. Hunc Scipio ſingulis tū diebus tum noctibus ſpectatū obequitabat. Cumq; hoſtes eo pacto cōcluſos teneret, haud diu eos perdurare poſſe exiſtimabat. cū nec cōmeatu, nec uiris, nec armis ab ullo mortaliū iuuari poſsēt. Ritogenes Numantinus cognomēto Carauinus, Numantinorū uirtute princeps, cum quinq; ſocijs ab eo perſuaſis, cumq; totidē famulis & equis, nocte intēpeſta id ſpacij quod inter urbem erat, & munitiones prętergreſſus, ſecumq; ſcalam ex partibus, quæ cōmittuntur cōpactam ferens, de improuiſo cuſtodibus oppreſsis, ipſe cū ſocijs intra munitiones proſiliuerūt: ac cæſis circa ſe cuſtodibus, famulisq; in urbem remiſsis equis quos per ſcalas ad hoc factas duxerāt, ad Aruacceorum urbē contenderūt, ac manibus ſupplicantiū ſigna ferentes, orabant Numantinis cōſanguineis ipſorum, opem ferre non recuſarēt. Aruacceorū quidā ne dum eos nō receperunt, ſed metuentes abire iuſſerunt. Lucia potens ciuitas erat, quæ ab Numantia ſtadia triginta aberat. Huius ciuitatis iuuētus multùm Numantinis fauebat: quæ & ciuitatē ad eis opem ferendā inducebat: qua de re grandiores natu Scipionē fecerāt certiorē. Quamobrem Scipio hora noctis octaua, cum multis militibus expeditis iter ingreſſus, diluculo Luciā urbem exercitu cinxit: petijtq; ut ſibi capita iuuenū traderētur. Reſpondētibus uerò oppidanis eos aufugiſſe, minari cœpit urbis direptionem, niſi parerent. Quod ciues ueriti, ad quadringentos iuuenes adduxerūt: quibus cū manus amputari feciſſet, illico cū armatis diſceſſit: atq; magno curſu cōtendens, poſtridie aurora iam lucēte, in caſtra peruenit. Numantini fame iam oppreſsi quinq; uiros ad Scipionem miſerūt, quibus mādarant ab eo intelligerēt, ſi ſe Scipioni dederent, eſſet ne clemēter cum illis acturus, ac moderata eorū pœna contentus futurus. Sed Auarus eorū dux elato etiamnū animo, multùm Numantinorū propoſitum ac uirtutē cōmendabat: affirmans eos ne tum quidē peccare in tam graui periculo, pro liberis & coniugibus & pro patriæ libertate propugnantes. Quamobrem, inquit ille, ô Scipio res erit æquiſsima, ſi tu generoſus uir tantaq; uirtute, populo tam generoſo peperceris: easq; nobis propoſueris pœnas, quas ferre poſsimus. Nos paulò antè fortunæ mutationē ſēſeramus, patriæq; ſalutē non iam in noſtra poteſtate, ſed in tua manu eſſe cognoueramus. Accipe igit̄ ciuitatē noſtrā, moderatis ſupplicijs cōtētus: aut ſi nos cōtemnis, eam perire ac dirui propugnando te ſperes eſſe uiſurum. Cùm Auarus hæc locutus eſſet, Scipio quòd à captiuis quid in urbe fieret accepiſſet, reſpōdit uelle ſe ac ſua urbemq; ſimul

unà cum

unà cum armis liberè in ſuã poteſtatẽ dederẽt. Quæ cũ Numantinis renunciata eſsẽt qui etiã ita fore antè exiſtimauerãt,ira ex nimio libertatis amore inflãmati,quòd nunq̃ cuiq̃ parere cõſueſſent:tunc uerò multo magis ob tantã calamitatẽ efferati, atq; in furorẽ acti, Auarũ ac qui cũ eo erãt,quinq; legatos,tanq̃ tantorũ malorũ nuntios,quaſiq; illi de propria ſalute cũ Scipione pacti eſſent,necauerunt. Haud multò pòſt deficiẽte omni cõmeatu,cũ nec fructus iã ullos,aut pecora,aut herbas haberẽt, coria primũ macerata, aquaq; mollita eſitare,ut quondã alij in belli neceſsitate cœperũt. Corio quoq; deficiẽte,carnes primũ humanas mortuorũ, elixas & aſſas in coquinis comederũt:deinde nullã rationẽ habere ęgrotorũ,potentioresq; imbecilliorib. uim afferre, nihil iã acerbũ & crudele ducere, animis eorũ in feras,corporib. in beſtias ꝑpter alimẽtorũ facultates,quib. ueſcebantˢ cõuerſis. Itaq; iã fame enecti,diuturnaq; peſtilẽtia abſumpti,crinibus & barbis horridi, tandẽ ſe Scipioni dediderunt: qui eodẽ die arma in aſsignatũ locũ ferrẽt,poſtridie uerò eius diei in aliũ locũ ipſis pariter deſtinatũ uenirẽt,imperauit. Verũ illi diẽ diſtulerũt, faſsi multos in urbe etiã ſupereſſe,q libertatis amore,ferro et fame uitã finire uellẽt:tẽpusq; necẽ ſibi cõciſcẽdi poſtularent: tãtus libertatis amor tãta animi uirtus in barbara & parua ciuitate fuit. Nã cùm floreret in pace ferè VIII. M. uirũ cõtinebat:qui quãtas cõtra Romanos res geſſerint,perſpicuũ eſt:quotq; cũ ijſdẽ pari cõditione & iure fœdera Romani fecerint, quę nunq̃ cũ ulla alia natione ut facerẽt adduci potuerũt. Qui aũt hic dux & qualis imperator fuerit,quid attinet cõmemorare? Hic tamẽ LX. M. militũ ſtipatus à Numantinis ſæpenumero ad confligendũ prouocatus fuit. At enim Scipio reliquis imperatorib. præſtãtior & ſapiẽtior extitit. Neq; enim belli iure cũ illis feris armisq; decernẽdũ eſſe iudicauit:ſed fame malo ineuitabili domandas:quo ſolo malo Numãtini capi,ut ſunt poterãt. Hæc quę de Numantinis dicerẽ,dum exiguũ eorũ numerũ tolerantiã,laborum, res magnificè geſtas,& quàm perdiu inſuperabiles fuerint,mẽte reuoluo,in animũ uenerunt. Numantinorũ igitur qui ſic ſtatuerant, ſibi necem uariè intulerunt. Reliqui tertia luce,in aſsignatũ locũ cõuenerũt omnes ſorditati,fœdi, terribiles aſpectũ, quippe qui corpora tetra haberẽt uilloſa,unguibus prælongis,illuuie plena & fœtida, ueſtimẽtis obſoletis,tetriq; odoris,quibus rebus hoſtibus miſerabiles quidẽ, nihilominus tamen aſpectu horribiles uidebantur: idcirco à Romanis cũ admiratione aſpiciebantˢ, inuſitatã in illis animorũ & corporum affectionẽ ex aere qui etiam tum perſtabat, ex dolore, ac labore,quem pertulerãt,ac deniq; ex conſcientia,quòd alij aliorũ carnibus paſti eſſent cõtemplãtibus. Scipio ex ijs ad triũphi põpam

quibuſdã

quibuſdã ſelectis & reſeruatis, uendi alius iuſsit: urbemq; funditus euerti. Hic imperator Romanorũ, his duab. captis urbibus adeò expugnatu difficilibus Carthaginẽ propter urbis atq; imperij magnitudinẽ, propterq; terræ marisq; cõmoditatẽ, Romanorũ decreto cõſeruauit: Numantiã euertit, paruam urbem & paucorũ capacẽ, cùm de ea nihil dum conſtituiſſent Romani, ſiue quòd fortaſsis id Rom. Populo utile iudicaret, ſiue quòd natura iracundus & durus eſſet, in eos quos ui cepiſſet: ſiue quòd (ut quidam exiſtimant) ex maximis aliorum malis ſuam gloriam maiorẽ fore exiſtimaret. Itaq; etiam hodie Africanus & Numantinus à calamitate, in quam eas coniecit ciuitates à Romanis appellatur. Igitur Numantinorum finibus uicinis aſsignatis & pacatis, ſi quę loca ſuſpecta uiderẽtur: & metu pecuniarum ſumma extorta, domũ renauigauit. Romani ut moris erat, decem ſenatorij ordinis uiros in Hiſpaniæ loca ſuo imperio adiuncta legarũt, ut in prouinciæ formã, quę à Scipione capta, aut prius à Bruto ui ſubacta fuerant redigerentur. Poſt aliquod temporis ſpacium cùm in Hiſpania noui motus extitiſſent, Calphurnius Piſo eò cũ imperio miſſus, cui Ser. Galba ſucceſsit. Verùm ſuperueniente in Italiam multitudine Cimbrorum, & Sicilia ſecundo bello ſeruili laborante, quòd his bellis implicati eſſent, exercitum in Hiſpaniam non miſerunt: ſed legatos qui motus ut poſſent ſedarẽt, eò proficiſci uoluerunt. Pulſis autem Cimbris in eam Tit. Didius profectus, ad XX. M. Aruacceorum cæcidit: & Termentum urbem magnam, quæ ſemper ægrè Romanis paruerat, ex loco munito, ubi ſita erat, in planiciem deduxit: uoluitq; diſperſis caſis ſine muris habitarent. Cumq; urbem nomine Colendam obſediſſet, nono obſidionis menſe eam deditione cepit. Didius uniuerſos Colendanos cum coniugibus & liberis uendidit. Aliam urbem Colendæ finitimã Celtiberi cum alijs permiſtè incolebant: quibus M. Marius, quòd ſub eo contra Luſitanos militaſſent, ex decreto Senatus ea loca incolenda dederat. Verùm hi inopia coacti latrocinijs operam dabant. Quamobrem cùm Didius eos trucidare, approbantibus decem legatis, qui etiam aderant decreuiſſet, eorũ ducibus dixit ſe uelle illorũ finibus ruſticorum fines, quòd ipſi penuria laborarent adiungere. Cùm autem eos conditionem accipere uideret, iuſsit ad populum referrent, ut cum coniugibus & liberis ad fines diuidendos uenirent. Qui ubi adueniſſent, militibus è munitionibus caſtrorum exirẽt: illi uerò, quibus inſidiæ parabantur, in eas, ac ſi uirorum puerorum & mulierũ multitudo deſcribenda eſſet imperauit, ut quantum ſoli ſpacium illis opus eſſet uideretur. Vt autẽ intra foſſas & ſepta eſſent ingreſsi, à mi-

litibus

litibus quibus circumuallati erat, omnes trucidari iuſsit, ob quod facinus etiam triumphauit. Cùm autem denuò Celtiberi defeciſſent: Flaccus ad eam prouinciam miſſus ad XX. M. cæcidit. In urbe Belgeda cùm ad defectionem plebs conuerſa eſſet * penes quem cogendi ſenatus autoritas, totum ſenatum, quòd ad decernẽdum dubius eſſet, cremauit. Flaccus ubi ueniſſet, omnes illius maleficij autores Marte mulctauit. Hæc ego à Romanis contra Hiſpanos geſta, digna memoratu comperi. Poſt autem aliquanto bellis Ciuilibus Cinnanis & Syllanis efferueſcentibus, in illis ſeditionibus uiribus in patriam diuiſis, Q. Sertorius Cinnanæ factionis imperator in Hiſpania creatus, Hiſpaniam ad defectionem contra Romanos ſolicitauit. mox magnis coactis copijs atq; ex amicorum numero lecto ad Romanam formam ſenatu, Romam uerſus uenire decreuit. Erat Sertorius uir audax, atque animo generoſo notæq; uirtutis & roboris, adeò ut ſenatus eum pertimeſcens, multos tum egregios creauerit duces, Cecilium Metellum in primis cum maximo exercitu, deinde etiam Cn. Pompeium cum altero exercitu, ut quocunq; poſſent modo, bellum ab Italia, quæ tum grauiſsimis diſſenſionibus concutiebatur, procul diſtinerent. Verùm quidam Perpenna Sertorianæ factionis homo Sertorium occidit: ſeq; eius defectionis ducem conſtituit: Pompeius autem Perpennam in prælio interemit. Atque ita finem habuit illud bellum, quod ingentem Romanis metum incuſſerat. Sed hoc copioſius & exactius libri De bellis ciuilibus Syllanis explicabunt. Poſt Syllæ mortem, cùm C. Cæſar imperator ad bellum in quemcunq; opus foret gerendum creatus eſſet, omnes Hiſpaniæ motus, & ſi qua præterea natio reliqua erat, quæ bellum Romanis faceret, compeſcuit: omneſq; Populo Romano parère compulit. Quinetiam Octauius Cæſar, cognomento Auguſtus, C. Cæſaris filius, aliqua bella geſsit cum ijs, qui defectionem moliebantur. Ab eo tempore Romani Iberiam, quæ hodie Hiſpania dicitur, in tres partes diuidere cœpiſſe mihi uidentur: in quarum duas annuos magiſtratus ſenatus mittit: in tertiam uerò præſidem Imperator, cuius prouinciæ tempus ex Imperatoris pendet arbitrio.

# APPIANI ALEXANDRINI ROMANARVM HISTORIARVM DE BELLIS ILLYricis Liber, Pub. Candido interprete.

ILlyrios Græci eos exiſtimant, qui ſupra Macedoniã, & Thraciam à Chaonibus, & Theſprotis ad fluuium Iſtrum ſedes habent. hæc enim totius prouinciæ longitudo eſt. Amplitudo eius ex Macedonia & Thraciæ montibus ad Pæones uſq;, & Ionium mare, Alpiumq́; obiecta protẽditur, quæ dierũ quinq; itinerationem continet. Longitudo in triplo productior eſt, ut Græci perhibent. Romani eam regionem menſuræ ſubijcientes, longitudinem ſex milium ſtadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero cõtineri putant, aſſeruntq́; eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemo ortum habuiſſe. Polyphemo quippe Cyclopi, ac Galateæ, Celtum, & Illyrium, & Gallum filios extitiſſe, eosq́; ex Sicilia progreſſos, Celtis & Illyrijs et Gallatis, ab ipſis cognomẽ aſſumentibus imperitaſſe. Et hæc mihi inter pleraq; à multis memorata placuere. Illyrio deinde filios Achillẽ, Autariũ, Dardanum, Medum, Taulantiũ, Perrhebumq́; referunt. filias quoq; Partham, Daortam, Daſeram, aliasq́;: à quibus Taulantij, Perrhebi, Achillei, Autarici, Dardani, Partheni, Daſeretij, Darſijq́; prodiere. Autario ipſi, Pannonium, uel Pæonum potius, & Scordiſcum filios fuiſſe aiunt, Pæono Tribalum, à quibus pariter nationum cognomina traducta ſunt. & hæc quidem ab antiquitate repetuntur. Illyriorum gens itaq; ut in tam ampla regione multa & uulgata, nunc quoq; ineſſe cernimus, Scordiſciorum, & Tribalorum fuit, qui tellurem ingentẽ poſsidentes, tam diu inter ſe bello dimicarunt, quoad Tribalorum, qui ſupererant, ad Getas ſupra Iſtrum fuga tranſiere. Hęc natio ad Philippi & Alexandri uſq; tẽpora potens habita: nunc adeò euiluit, ut nullo ferè cognomine ſupereſſe uideat̃: Scordiſciorum inſuper gẽs debilior effecta: hi enim à Romanis bello ſuperati, ad Iſtri tandem fluminis peruenere inſulas. Procedente mox tẽpore, nonnulli iterum regreſsi Pæones incoluere ultimos, & ob id nunc quoq; inter Pæones Scordiſciorum genus eſt. Pari modo & Ardiei, cùm mari finitimi optima Autariorum loca circa littus inuaſiſſent, eos expulere. Poſt hos Liburni nauibus plurimũ inſignes fuiſſe memorantur,

morantur,Illyriorum natio alia,qui Ionium inſulasq; prędabantur, nauib. citis uſi leuitateq; præcipuis: qua ex cauſſa Romani nũc quoque naues, quæ leuitate celeritateq; præſtarent, Liburnicas ſolent appellare.Fama eſt Autarios Apollinis indignatione in extremã decidiſſe cladem. quippè eoſdem Celtasq;, quos Cimbros uocant, ad Delphos poſuiſſe caſtra,ſtatimq; omnes diſperſos aufugiſſe,multos ante inceptam pugnã, pluuia in eos cum procellis fulguribusq; deſæuiẽte. His uerò,qui ad propria rediſſent, infinitã ranarũ uim ſubortam,quæ putreſcẽtes flumina corrũperent. Vapore deinde ex terra exhalante,peſtem Illyriorũ ac corruptionẽ inſecutam eſſe quæ potiſsimùm Autarios inuaderet, donec profugi à patria ac peſtẽ deferentes,cùm nemo ob timorẽ ſuſcipere auderet,trium & uiginti dierum progreſsi iter,ad tellurẽ paluſtrẽ inhoſpitamq; uenêre,& iuxta Baſternarũ gentẽ condidere urbes.Celtarum porrò tellurem Apollinem concuſsiſſe aiunt, urbesq; abſorbuiſſe. nec prius finem tantæ cladi impoſitum,quàm & ipſi pari modo è laribus egreſsi ſunt, & in Illyrios qui cũ ipſis unà deliquiſſent,peruenere. quos peſte iam confectos, & ob id debiles, cùm facile uiciſſent, contractatione earum rerum morbo correpti,in fugam abiere,& ad Pirenem uſq; mutauere loca.Cum deinde ad orientem greſſus cõuertiſſent, Romani Celtarum metu ducti, cum quibus antea inſigni bello dimicauerant, ne & hi ſuperatis Alpibus in Italiam uenirent,conſules oppoſuere, qui cum omni exercitu deleti ſunt.Huiuſmodi Romanorũ clades,& terribile Celtarum nomen,omnẽ inuaſit Italiam, donec Marium imperatorem eligentes,qui prius Libycos,Numidasq;,ac Maurușios ingenti prælio deuicerat, Cimbros ſuperarunt, plurimãq; illis cædem ſæpenumero intulerunt, ut à me cum de Celtis ſcriberẽ ſuo loco relatum eſt.Qua ex re debiliores iam effecti, & ob id excluſi tellure omni,multa perpeſsi atq; inferentes damna,ad propria tandem redire loca.Et hic finis impietatis à deo Illyrijs,Celtisq; impoſitus. Nec propterea à ſacrilegio impias cohibuere manus.uerùm iterũ ex Illyrijs Celtisq;,Scordiſcij præcipue ac Medi, Dardaniq; Macedoniam ſimul ac Græciam excurrere, & multa ex ſacris deprędati, Delphicũ iterum inuaſere templum,pluribus ex ſuis tunc quoq; amiſsis, duobus ac triginta,à prima inter Romanos & Celtas incepta pugna, elapſis annis, & ex illo per interualla cum eiſdẽ depugnantes,denuò ob ſimile ſacrilegium in eos mouere bellum, Lucio Scipione ducente exercitum:iam tum quidem Græcis,Macedonibusq; imperantes.ferũtq; finitimos adhæc nefanda ſocios illis acceſsiſſe,uerùm ſua ſponte nulla exhibita ope Scipioni eos reliquiſſe: Autariorum memoria

ductos,qui per Illyriũ omne cõcidiſſent: Scipionẽ uerò Scordiſciorum uniuerſos ferè deleuiſſe. qui autẽ è bello ſuperfuerãt,ad Iſtrũ, fluminisq́; inſulas perueniſſe fuga:ipſum deinde cum Medis & Dardanis,ſacri auri pactione corruptum, iciſſe fœdus, ex quo nonnulli Italorũ monumẽtis ſuis prodidere: ob hanc potiſsimũ cauſam Romanos ſæpenumero poſt Lucium uſq; ad monarchiã ciuilibus inter ſe concertaſſe bellis. Hæc igitur de Illyrijs à Græcis habita longioribus uerbis à me perſcripta ſunt. Romani uerò nõ hos duntaxat, ſed Pæones ultra eos,nec nõ Rhetios, Noricos, & Myſios qui Europã incolunt,& quoſcũq; alios his finitimos, qui Iſtrũ à dextra nauigãtibus ſeſe offerũt,uiciſsim ut Hellines à Gręcis diſtinguũt,eosq́; proprijs appellationibus ſeparatim nominant: cæterũ cõmuni uocabulo Illyrios omnes arbitrantũ.Qua opinione à principio ducti,neutiquam adhuc in ea perſiſtẽtes finem earum inuenere nationũ, ſed ab Iſtri ortu uſq; ad mare Ponticum,quod ſub tributo obtinẽt, Illyrici fines eſſe uoluerũt. Quemadmodũ autẽ ſub imperiũ illos adegerint Romani,cũ de Celtis ſcriberemus,præfati ſumus minimè nos abundè cognouiſſe, neq; bellorum principia aut occaſiones percepiſſe. Eamq́; ob cauſam qui clarius Illyriorum res diſcerneret, ad ſcribendum hortati ſumus:quæ autẽ nobis nota ſunt, propalàm efferemus. Agron Illyriorum partis rex fuit, eius quæ circa Ionij maris ſinum ſita eſt: quam & Pyrrhus Epiri rex, & qui Pyrrho uiciſsim adhæſerunt,olim tenuere. Idemq́; & Epiri partẽ quãdam, & Corcyrã ultra hanc, & Epidamnum, Pharumq́; ſuſcipiens, ſub cuſtodia detinuit. Reliquum autem Ionij cùm adnauigaret, inſula quædam Eſsios nomine ad Romanos defecit, & ſubinde legatos ad eos miſit accuſationem eorum,quæ in Eſsios Agron cõmiſiſſet deferentes. Illyrij nauigantibus inuecti Eſsiorum oratorem, Calemporũ nomine, necnon Romanorum,Coruncanium, ut quidam arbitrantur, interemerũt, reliqui ſeipſos neci tradiderũt: & ex hoc Romani nauibus ſimul ac pedeſtri exercitu Illyrios aggreſsi feruntur. Agron infante filio ſuperſtite, cui Pine nomen fuit,diem obijt. Vxori uerò regnum, quo filij curam aſſumeret, quanquam nec illius eſſet genitrix, ſeruandũ dereliquit. Demetrius,qui ex Agronis imperio Pharum obtinebat, Corcyra interim adepta,Romanis adnauigantibus,utranq; ex proditione illis tradidit. Romani Epidamnum in amicitiã eorum pellexere, & Eſsijs Epidamnisq́; obſeſsis ab Illyrijs, ad eorũ opem exercitum miſere. Quamobrẽ Illyrij obſidione diſſoluta retrouertêre copias,& quidam ex ipſis,qui Atintani appellabãtur,ad Romanos defecere. Interea Agronis uxor legatos ſuos Romã miſit,& captiuos,

transfu-

transfugasq́; Romanis exhibens, ueniam ab illis ſupplex poſtulauit, quaſi hæc nõ ab ea, ſed ab Agrone potius geſta eſſent. Romani Corcyram, Pharum, Eſsios, atq; Epidamnũ, poſtremò Illyrios qui Atintani appellantur ſub eorum imperio ceſsiſſe retulerũt: Pinem aliam Agronis regionem retinere, ac Romanorum ſocietate uti poſſe, ſi à præmiſsis abſtineat, nec ad Eſsium Illyrij præterquam duobus lembis, & in his quidem inermibus adnauigent. quæ omnia ab illis ſuſcepta ſunt. Et hęc prima Romanorum cum Illyrijs prælia, fœderaq́; extitere. Poſt quæ Corcyram & Apolloniam libertate donauerunt. Demetrio quoq; proditionis dedere præmia, ob ea quæ contuliſſet. infidelitatem tamen aſpernantes quæ paulò pòſt ab eo prodijt. Romanis quippè per triennium circa Eridanum cum Celtis dimicantibus, Demetrius ueluti bello implicitos, minus ueritus mare percurrit, & Iſtros Illyriorum nationem aliam ſibi uendicauit: Atintanos etiam à Romanis deficere coegit. Romani quàm primùm Celtarum res cõpoſuiſſent, ſubitò adnauigantes, prædatores intercepere, qui nuper cum Demetrio, cæterisq́; deficientibus Illyrijs ſe coniunxerant. Demetrium porrò ad Philippum Macedoniæ regem fugientem, atq; iterum in patriam reuerſum, & Ionium claſſe deprædantem interemere, & Pharum eius patriam cum illo coniurantẽ euertère funditus, Illyrijs ob Pinem denuò illos admittentem indulgentes. ſic ſecundò bella, fœderaq́; cum Illyrijs inita ſunt. Reſidua uerò à me neq; tempore neq; ordine magis omnia, per Illyriorum nationes, quemadmodum ſingula quæq; reperi deſcripta ſunt. Romani Macedoniam bello inuaſerant, cùm Perſeus poſt Philippum eius regno potiretur. Perſeo Genthius Illyriorum rex alius, pecunijs inuitatus ad bellum ſocius acceſſerat, Illyriosq́; in Romanos cõcitarat, ac Romanorũ legatos ad eum proficiſcentes uinculis iniecerat, cauſatus nõ legationis ſed explorandi occaſione ad ſe ueniſſe. Ob eam rem Anitius Romanorum prætor, nonnullas Genthij naues mari cepit, deinde in terrã progreſſus, eundem bello ſuperauit. & loco quodam cõcluſum, cùm ueniã depoſceret, Romanis ſe dedere ſuaſit. Ille ad conſultandũ tres dies poſtulauit. Quibus conceſsis, cùm interim ſibi ſubditi ad Anitiũ tranſirent, ut ad eum accedere poſſet exorauit. Ad quẽ delatus genu procũbens ſumma turpitudine pro ſeipſo deprecatus eſt. Anitius trepidantẽ adhortatus, manu ſuſtulit, & ſimul in cõuiuio diſcũbere monitũ, cũ è triclinio diſcederet, à miniſtris in cuſtodiã inijci mandauit, quem Romæ deinde cũ filijs in triumpho habuit. Genthij bellum diebus uiginti conſumatum fuit. ſeptuaginta illius urbes, Aemilius Paulus qui Perſeum regem bello ſuperauit,

& ad ſenatum miſit, in hunc modum depredatus eſt. Clanculũ enim Romam profectus, & inde reuerſus, à ſenatu ſumma celeritate urbium incolis cõmiſſorum ueniam concedere uelle, allato omni quod haberẽt auro atq; argento, pollicetur. Conſentiẽtibus ipſis exercitũ ad unamquamq; eorum urbium per partes intulit. Tandem uniuerſis exercituũ ducibus, diffinita die, ad auroram per præconẽ urbes publicè diſcurrere, omnesq́; pecunias intra horarũ trium ſpacium in forũ deferri à ciuibus imperat. Quibus allatis reliqua omnia prædæ expoſuit. Sic Paulus una hora ſeptuaginta ſpoliauit urbes. Ardiei aũt & Palarij alia Illyriorũ natio, Illyrium quod à Romanis tenebatur inuaſerant. quibus Romani ob occupationes miſere legatos qui illos deterrerent. Non parentibus uerò exercitum decem milium peditum, equitum ſexcentûm deſtinant. Illi cognita re, nondum parati in bellũ, legatos ſuos Romam mittũt, & ueluti geſtorũ per eos pœniteret ueniã expoſtulant. Senatus damnorũ impenſam, quam indigne oppreſsis intuliſſent, perſoluere illos iubet. Cũ id quoq; neglexiſſent, Fuluius Flaccus ingentibus copijs in eos proficiſcitur. Prælium ad excurſionẽ duntaxat uſq; finitũ eſt. non enim exitum diligenter inuenire potuerunt. Iapodes intra Alpes incolentes, Sempronius Tuditanus cognomine, & Tiberius Panduſius pugna ſuperarũt, uiſumq́; eſt illos ambobus paruiſſe. Pari modo & Segeſtani Lucio Cottæ ac Metello ſe dedêre. uerùm nõ multò pòſt à Romanis deſciuere. Dalmatæ Illyriorũ ab his diuerſa natio, Illyrios Romanis obſequentes inuaſerunt, & legatos Romanorũ eam ob cauſam ad eos uenientes minime admiſerunt. Quamobrem uidentur Romani aduerſus illos ſumpſiſſe arma, Marco Figulo conſule ducẽte. At hi Figulo quàm primùm inferente copias, cuſtodias aggreſsi ſuperarũt, easq́; ab exercitu in campũ pepulerunt, ita ut ad Naronem uſq; fluuiũ fuga peruenirent. Verùm ijdem retrouertere gradum. iam enim inſtabat hyems. Figulus ratus eos inopinè aggredi poſſe, diſcurrẽtes undiq; ad eius impetum ex oppidis offendens, in fugã uertit, donec ad urbem Delminiũ, à qua Dalmatarũ nomen illis inditum, terga dare compulit. Cùm nihil ex impetu aduerſus munitã urbem conari, neq; machinas ob altitudinem adhibere poſſet, ad alias excurſiones ſe cõuertit. Deſtitutus omnibus & inhoſpitis, ob inſultus in Delminium factos, ipſe bicubitas ſudes, pice ac ſulphure ſtuppaq; cõponẽs, ex catapultis in Delminiũ iacit, quæ ab impetu ſuccenſæ, & lampadarum uice per inane uolitantes quæcũq; attigiſſent igne corripiebant. Ita multa flammis abſumũtur. eoq́; modo finis belli à Figulo Dalmatis imponitur. Sequẽti tempore Cæcilius Metellus conſulatũ adeptus,

nihil

nihil delinquentibus Dalmatis,triũphandi libidine bellum ex decreto intulit. A quibus amicè ſuſceptus, in Salone eorũ urbe tranſegit hyemem.Poſtremo Romã delatus,nulla ex cauſa triũphauit.Cæſare haud longe in Celtas ducente copias, Dalmatæ alijq; Illyriorũ populi proſpere rem geſsiſſe uiſi ſunt, & Liburnis, quæ Illyriorum gens alia habetur,Promonã abſtulere urbẽ. Liburni Romanis ſe dedentes,ad Cæſarem iam propinquum fuga peruenere. Cæſar legatos ad illos miſit, hortatusq; eſt ut qui Promonam ſuſcepiſſent,Liburnia reſtituerent.Deſpicientibus illis mandata exequi, exercitum ingentem intulit, qui ab Illyrijs oppreſſus eſt. Cæſar curis præpeditus inſtante Pompeianorũ ſeditione, cùm iam ad bellum inclinaret nihil ulterius molitus eſt,uerùm cum omni exercitu,quãquam tempeſtate aduerſa, à Brundiſio Ionium tranſmiſit, cum Pompeio in Macedonia geſturus bellum.Reliquum exercitum Antonius in Macedoniam Cæſari perduxit.Ingenti deinde tẽpeſtate tenente Ionium, Gabinius cohortes peditum quinq; ſupra decem, equites ter mille per Illyrium ad Cæſarem adducere tentabat, quos Illyrij timore eorum, quæ pauloantè in Cæſarem egiſſent, cùm uictoriam eius internitionem rebus ſuis allaturã arbitrarent̃,Gabinio excepto, paucisq; cum illo fugientibus,ad unum interemere omnes,magnamq; pecuniarũ copiã ob hoc, ſpoliaq; innumera obtinuere. Hæc Cæſar ob belli cũ Pompeio neceſsitatẽ diſsimulanter tulit. Deuicto deinde Pompeio, cum reliquias ſeditionis huius per partes perſecutus eſſet,tandẽ cõpoſitis omnibus Romam redijt, expeditionẽq; in Getas, Parthosq; præparauit. Veriti itaq; Illyrij ne Cæſar ex itinere in eos inſultaret,legatos Romã mittunt, qui actorũ ueniam depoſcerẽt,ſeq; in amicitiã eius ſocietatemq; dederent, Illyriorum gentẽ ueluti bello inclytam uerbis extollentes.Cęſar in Parthos profecturus acerbius reſpõſum reddidit:minime amicorũ loco habituros eos,qui talia in ipſum perpetraſſent. indulgere aũt uelle ſi tributa contuliſſent, obſidesq; dediſſent. Vtraq; pollicẽtibus ipſis, Atinium cũ tribus legionibus magnoq; equitatu ad eos mittit, qui tributa quædã parua imponeret, obſidesq; reciperet. Defuncto interim Cæſare,rati Romanorũ res, ut in illo potiſsimũ uires habuiſſent, ita eius morte penitus extinctũ iri, Atinio ulterius parere recuſarunt, neq; tributa aut obſides conferre uoluerũt. Graſſante in eos quinq; cohortibus Atinio, Illyrij in illum conuerſi bello ſuperarunt,ductorẽq; ordinis Bebium conſularem uirum interemerunt. Atinius cum reſiduis ex fuga Epidamnum ſeſe cõtulit. Romanorũ deinde Senatus exercitum huiuſmodi, & Macedoniã ultra ipſum,Illyriosq; oẽs,quib.imperabat, Marco

Bruto, qui Cæſarem occidit, quemadmodū & Syriam Caſsio, eiuſdē necis conſcio & participi, conceſsit. Sic illis aduerſus Antoniū, Cæſaremq; Auguſtum cognomine pugnantibus, Illyrij nullo ocio potiti ſunt. Pæones uerò natio ingens, circa Iſtrum per longum incolens, ab Iapodum populis ſupra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonij appellātur. & ab illis ut præmiſimus inter Illyrios annumerati ſunt: de quibus nunc mihi Illyriorū res recenſenti uidetur differēdum. Glorioſi hi admodū ob Macedonum Agrianos qui potiſsimū Philippo, & Alexādro in bellis præſtiterūt, quoniam & hi Pæones fuere, ex his qui inferiora incolūt, ab Illyrijs coloni editi. Cæterùm cùm Cornelius aduerſus Pæones exercitum deducens, turpiter reiectus eſſet, ingens Pæonum fama uniuerſam formidine cōcuſsit Italiam: ac deinceps per longū tempus, qui conſulatum apud Romanos gerebant, haud quaq̄ Pæones bello aggredi auſi ſunt. Et hæc iampridem tam ingentia de Illyrijs, & Pæonum populis ſcrutando reperi. In Cæſaris uerò cōmentarijs, eius qui Auguſtus cognominatus eſt, nihil antiquius de Pæonum gente perſcriptū legi. Aliam quoq; Illyriorū gentem, præter eam quam retuli, Romanis paruiſſe mihi uiſum eſt: uerùm quæ ea ſit haud intelligo. Non enim alienas res Auguſtus, ſed proprias conſcripſit: quēadmodū ab imperio deficiētes ad tributa redegit, et alias ſub proprijs legibus degentes bello ſuperauit. Poſtremo reliquas omnes, quæ ſummitates Alpium incolunt, barbaras bellicoſaſq; nationes per uim ſubdidit, quæ finitimæ Italiam furtim prædantur. Et profectò mirū mihi uidetur, cū tam multæ magnæq; Romanorū copiæ cōtra Celtas, & Iberos Alpes pertranſierint, eas nationes contēpſiſſe. Caium etiam Cæſarem feliciſsimū in bellis uirū, pari modo eos neglexiſſe, cùm Celtas oppugnaret, & per decē fere annos circa prouinciā illam hybernaſſet. Cæterū arbitror hos uiros ad ea quæ elegiſſent properantes, de trāſitu Alpium duntaxat cogitaſſe. Caius Cæſar circa Celticā moram ducens, & ſeditioni Pompeianæ, quæ hęc ipſa ſibi aſſumeret, finem ſolum apponere curauit. Videtur inſuper & Illyrium, & Celtas ſimul eligens, non omnibus, ſed his quæ ad Romanos pertinerent præfuiſſe. At uerò Cæſar Auguſtus uniuerſa adeptus, cùm inter loquendum Antonij inertiam Senatui explicaſſet, Illyriam gentē præ cæteris bellicoſiſsimā, & eundem ſæpenumero infeſtantem, mitem reddidiſſe: Oxeos, Perthenetas, Bathiates, Taulantios, Cambeos, Cinambros, Merromenos, atq; Pyriſſeos, omni experientia edita ſibi ſubdidit. Maiore inſuper labore capti ſunt, & ad tributa quæ ſoluere deſierant impulſi, Docleatæ, Carinij, Interfrurini, Nariſij, Clintidiones

diones atq; Tauriſci.Quibus uictis finitimi metu territi, Ippaſini ſci licet & Beſsi ſe illi tradidere: deficientes uerò Melitinos & Corcyre os, qui inſulas incolunt, ingenti belli mole ſuperauit, quoniã maria claſſe prędabant. & horũ quidem impuberes Cæſar iuſsit interfici, reliquos pretio uenundedit.Liburnis naues ademit, quoniam & hi pariter maria infeſtabant.Ex Iapodum gente,quæ intra Alpes habitat,Moentini & Edeatæ ipſi aduenienti ſe ultro tradiderũt.Aurupini qui plurimi & bellicoſiſsimi ex Iapodum natione referuntur, ex uillis ad urbem ſeceſſerunt.Appropinquante quoq; illo inter ſiluas latuerunt.Cæſar capta urbe neutiquã ignẽ inijci paſſus eſt, ratus eos ſe tandem illi eſſe dedituros.Quo facto urbem ut incolerent,omiſit. Maximè aũt inter omnes Cæſari impedimentũ attulere Salaſsi & Iapodes qui ultra Alpes incolunt. Segeſtani, Dalmatæ, Daiſij, Pæonesq; qui Salaſsis ſpontè adhæſerant.hi uertices Alpiũ tenent, montes inacceſsi, arcta ſemita, ac difficilis ad eos ducit, quorum fiducia proprijs degebant legibus, & uectigalia à tranſeuntibus poſcebant. Hos Veterus inopinè aggreſſus, anguſta locorum per inſidias occupat,& per biennium obſeſſos tenuit.Illi ſalis inopia ducti quo maximè indigebant,tandem admiſere cuſtodias. Poſtremò à Vetero deficientes munimẽta deiecere,& anguſtijs locorũ occupatis,qui à Cæſare ad ipſos mittebantur irriſere, cùm nihil magnum in eos conari poſſent.Ea ex cauſa Cæſar inſtante contra Antoniũ bello, ſuis legib. degere cõceſsit: & qui Vetero inſultaſſent ueniã indulſit. Hæc omnia ad ſuſpitionẽ uertẽtes ipſi,alias iterũ urbes cõgregabant, & quæ Romanis parẽrent inuadebant,donec Meſſala Coruinus,ut illos expugnaret à Cæſare pręmiſſus fame domuit,eoq; modo Salaſsi in Romanorũ ceſſere poteſtatẽ.Iapodes qui ultra Alpes incolunt, natio ferociſsima,ac penè ſilueſtris,bis à ſe per annos ferè uiginti Romanos repulere. Aquileiam quoq; excurrere, & Torgiũ Romanorũ coloniam deprædati ſunt.Inſurgente in eos Cæſare per iter aſperum atq; aduerſum,adhuc magis contra eum irritabantur, nemora in oppoſitum illi præcidentes. Cum deinde ad aliam ſiluã diuertiſſet Cæſar, in fugã abeũt & appropinquãti ſtruxere inſidias. Cęſar id ipſum ſuſpicatus, ad montiũ apices ex ſuis mittit, qui eos utraq; ex parte aggrederent.Submiſsius aduẽtãte illo, et ſiluas excidẽte,Iapodes ex inſidijs ſubitò apparuere, multoſq; affecere uulneribus. Verũ maior eorũ pars ab his qui ex apicib.decurrerãt interfecti ſunt. Reliqui iterum ad ſiluas reuertunt,urbẽ relinquẽtes,cui Terponus nomẽ fuit: eam interceptã Cęſar minimè cremauit, ſatis arbitratus pariter illos ſe eſſe dedituros ut fecere. Deinde ad aliã proceſsit urbẽ: Metulium

incolæ nuncupant, quæ Iapodũ primaria habetur urbs. Sita eſt aũt in monte nemoroſo, duobus cõdita tumulis, quos uallis modica interſecat. Et iuuẽtus ad trium miliũ numerũ armis animisq; præpollens, Romanos circa mœnia pugnãtes facile ab illis repellebat. At hi aggerẽ erigentes à Metulijs hinc inde diſcurrentibus die noctuq; uexabantur, & è muris machinarũ ope, quas in bello acceperant longius diſtare cogebantur. Nam ea pugna, quam Brutus haud longe ab eo loco cum Antonio & Cæſare ipſo ſimul habuit, machinas ſuſceperãt. Diſsipantibus interim Romanis eorũ mœnia, illi interius propugnacula alia ſtruebant, & labore defeſsi in ea quæ conſtruxerant ſaltu ferebant. Romani recepto muro, qui ab illis relictus fuerat igne ſuccẽdunt. ad reliquũ uerò aggeres binos erigunt: à quibus pontes ſubinde quatuor ad mœnia ſtruxere. Peractis omnibus Cæſar nonnullos ad aduerſam urbis partem ire iubet, ut ciues ab inuicẽ diſtraheret, reliquos ex ſuis per pontes ad mœnia accelerare admonet. Interim ab edita turri, quæ fierẽt, intentus proſpectabat. Barbari aſcendentibus ipſis ex aduerſo per mœnia occurrunt. Cæteri à tergo inſidias ſtruentes, cùm pontes longos lanceis appellerent adhuc magis exultare incipiũt. Vno igitur ex pontibus, deinde aliò poſt primum corruente, cùm tertius in ruinam laberetur, timor omni ex parte Romanos occupat, nec ullus quartum pontem audebat ingredi. Cæſar igitur è turri eos increpare pergit. Cùm nec ſic in bellum concitare poſſet: ipſe clypeo aſſumpto per pontem curſu ferebatur. Accurrũt & cum eo ex ducibus Agrippa & Hieron Luciusq;, ex corporis cuſtodibus Iolas, quatuor hi ſoli ac ſcutiferorum nonnulli pontem occupant. Cæſare igitur pontem tranſeunte, rubore ducti milites confertim ad eum aduolant. Qua ex cauſa prægrauatus pons ad inferiora ſtatim labitur, uiriq; inuicem plurimi in terram corruunt, ex quibus nonnulli periere: alij fermè cõtritis membris efferuntur. Cæſar crus dextrum & utrunq; brachium ſaucius, denuò turrim conſcendit, conſularibus quibuſdam proſequentibus, ut ex fide ſe incolumẽ eſſe oſtẽderet, ne quis interim ex rumore mortis eius tumultus oriretur, aut hoſtes illum terga uertere putarent, ac protinus alium exędificare iubet pontem: quæ res præcipuè Metulios exterruit, cùm ſe aduerſus hominem animo penitus inuictum bellum inijſſe cernerent. Poſtridie itaq; legatis ad eum miſsis, quingentos quos idem poſtularat, exhibuere obſides, & cuſtodias admittere polliciti, altiorẽ ut cuſtodirent reliquere tumulũ ipſi in alterum omnes ſeceſſerunt. Cum cuſtodes ad eos uenientes arma deponere iuberent, animo turbati, mulieres eorum atq; filios intra ſenatus cõcluſere locum, & cuſtodias

ſtodias ſimul admittẽtes Romanis annunciant: ſi quid inſolitũ erga eos moliri audeant, ſe locũ illum incẽſuros, & cum deſperatione pariter Romanos inuaſuros. Quibus dictis, ex inferiore loco quaſi ſuperiorẽ aſcenſuri in unum coeunt. tunc uerò cuſtodiæ ſenatus locũ ultro incendũt. Plurimæ igitur mulierum ſe ipſas filiosq́; interemere: quædã natos uiuos deferentes iniecere igni. ſic omni Metuliorũ iuuentute ferè in armis cõcidente, & inutiliũ maiore parte igne conflagrante, ciuitas quoq; incendio abſumpta eſt, ita ut nullum tam ingentis urbis ſuperfuerit ueſtigiũ. Deuictis Mutilijs, Iapodum reliqui timore ducti, ſeipſos Cæſari dedere. Sic Iapodes, qui ultra Alpes incolunt, tunc primũ Romanorũ tulere iugum. Recedẽte deinde Cæſare, Poſſeni ab illo defecerũt, quos Marcus Elbius ad eos miſſus bello domuit, & qui defectionis cauſa fuerant occidit, reliquos pretio uenũdedit. In Segeſtanorũ igitur tellurẽ bis antea profecti Romani, neq; obſides neq; aliud quicq̃ ab illis abſtulerant. qua ex cauſa Segeſtani maiores ſpiritus ſibi aſſumpſerant. Cæſar per Pæonũ tellurẽ, cùm & hi nondum Romanis paruiſſent, in eos profectus eſt. nemoroſa quippè Pæonum regio eſt, & in longum ab Iapodum populis uſq; ad Dardanos protendit̃. Pæones nullas urbes habẽt, agros duntaxat & uillas per cognationes poſsident. Neq; iudicia cõmunia illis adſunt: neq; principes qui cæteris præſint. Ipſi centũ milia uirorum ætate ad bellum integra utiq; habebãt. uerùm imperio carentes minime in unum cõgregabant. Appropinquante Cæſare, ad ſiluas delati fuga, ſi quos ex Romanis palantes reperiſſent, occidebant. Cæſar quoad illos ad ſe uenturos credidit, neq; uillas, neq; agros eorũ depopulatus eſt. Non accedentibus, ignẽ omnib. immiſit, & per continuos octo dies maximis affecit cladibus, quibus in Segeſtanorũ & Pæonũ regionẽ uſq; ad Sauum fluuiũ eſt profectus. Huius in ripa ciuitas latiſsimo fluuio, & ingenti foſſa munita conſidet. Qua ex cauſa potiſsimũ Cęſar illam inuaſit, ueluti belli horreũ in Dacos, Baſtarnasq́;, qui ultra Iſtrum incolunt habiturus. Idem fluuius his in locis Danubius dicit̃, nec multò deinde inferius elapſus uberiorib. aquis, pro Danubio Iſtri nomẽ aſſumit. Sauus aũt Iſtrum influit. Erantq́; Cęſari naues eo in flumine, quę cõmeatum exercitui per Danubium afferrent, ob id Cæſar Segeſtam urbem ſibi aſſumpſerat. Progrediente eo Segeſtani legatos deſtinant, quid facto opus ſit ab eo exquirunt. Ille cuſtodias accipere, & obſides centũ afferre imperat, ut tutè eorũ urbe, ueluti horręo aduerſus Dacos uti queat. Frumẽti inſuper quantũ ipſis liceat afferre. hæc igitur primores exequi haud iniquũ exiſtimabant. Populus contrà turbari cœpit, obſidesq́; contẽnere,

quoniam

quoniam nō ab ipſis forſan liberi ſed à primoribus dandi eſſent. Accedente igitur cuſtodia, aſpectū ferre nequeūtes, furibundo impetu aduolant, portasq́; protinus occludūt, ac deſuper è mœnibus iterū ſeſe offerunt. Ea ex re Cæſar fluuiū ponte cōiunxit, uallum foſſasq́; undiq; cōmunit. Concluſis ciuibus intra urbē aggeres binos erigit, ad quos Segeſtani ſæpenumero curſu ferebantur. ſed cùm aggeres inuadere nequirent, faces, ignemq́; plurimū ex ſuperiore loco iaciunt. Appropinquātibus ad eos ſubſidijs à Pæonum natione alia, Cæſar ex occurſu inſidias illis inſtruit. ſic eorū pars interimitur, pars in fugam uertitur, nec ulla ulterius Pæonum ad Segeſtanos acceſſere ſubſidia. Segeſtani obſidionē omnem fortiſsimè perpeſsi, trigeſima tandem die difficili pugna ſuperantur. ac tum primū ſupplicare didicere. Quorū uirtutem Cæſar admiratus, nec non precum pietate motus neutiquā occidit, aut clade ulla cōturbauit, ſed pecunia mulctare contentus in ciuitatis ſemota parte concluſit, & quinq; ſupra uiginti cohortes pro cuſtodia urbis intulit. His peractis, Romā denuò in Illyrium rediturus abſceſsit. Fama deinde uulgante Segeſtanos cuſtodiā quam in urbem recepiſſent, per uim interemiſſe, Cęſar quanquam hyemis tempore, curſu ad eos proficiſcitur. Tandem rumorē falſo editum intelligens, ueritatis cauſam ſubinde inuenit. ſuos in periculo cōſtitutos fuiſſe, Segeſtanis inopinè eos inuadentibus, à quibus multi confeſtim interempti eſſent: uerùm ſequenti die milites ciues inuadentes obtinuiſſe urbem. Quamobrem Cęſar copias in Dalmatas conuertit, gentem Illyriorum aliam, & Taulantijs finitimam. Dalmatæ quidem ex quo ſub Gabinio quinq; cohortes interimentes ſigna ademerant, ob res proſperè geſtas animis elati, per decē annos neutiquam depoſuere arma, & aduenièti Cæſari unà cū Segeſtanis occurrere ſtatuerāt. Erant quippè bellicoſiſsimorū milia duodecim & ultra, ducē quoq; ipſis Verſum nomine præfecerāt. Ille Promonam Liburnorū urbē denuò inuadens, uallo foſſaq́; munierat, aliaq́; ex natura locorum munitiſsima occuparat. nam regio omnis montoſa, collibus undiq; acutis, pinnarū in modum erectis prominet. Maior itaq; eorū pars urbē inſederat. cuſtodias uerò per colles in altum eminentes collocarunt, ſic ut ab excelſo Romanorū caſtra facile reſpicerēt. Cæſar propalàm omnes muro ſepire uelle ſimulat, clanculū autē audaciores, qui aditus ad montiū ſumma deferētes explorarent emittit. Hi igitur per ſiluas ſe occulētes, nocte cuſtodias inuadunt, & adhuc ſomno conſopitas ferro cædunt, ac Cæſari finē itineris ſibi adeſſe ſignificant, ad expugnationē urbis maioribus copijs eſſe opus, & ex tumulis per uim captis alios ſupra alios emittūt,

ad eos,

ad eos,qui ulteriores colles occuparant. Confeſtim igĩt turba ac trepidatio barbaros inuadit, cùm ſe omni ex parte circũuentos eſſe intelligunt:maximè uerò qui in tumulis ſteterant eminentioribus, ob aquæ indigẽtiam in primis formidãtes, ne exitus undequaq; clauderentur,in Promonã deferunt̃. Cæſar urbẽ duosq; aſsiſtentes colles, qui ab hoſtibus tenebant̃ adhuc,per quadraginta ſtadia muro ſepſit, & interim Teutinũ,aliũ Dalmatarũ exercitũ ducentẽ,ut his qui obſidebãtur afferret opem,inuadit, fuſumq; per montes inſequi pergit,& adhuc proſpectãte eo Promonã capit. nam cũ munimẽtis nõdum editis ciues ab extra decurriſſent, citoq; repellerẽtur, Romani fugientibus illis ſe immiſcentes urbẽ ingrediunt̃,ac tertia ciuiũ parte deleta, reliqui in arcem fuga abeunt. Romanorũ cohors interim ad portas eos obſeruabat.His cũ barbari quarta nocte inuecti eſſent,cohors timore ducta portas dereliquit:uerùm Cæſar hoſtiũ impetũ cõfeſtim repulit,ac ſequẽti die ſe dedẽtes ultro cepit. Ex cohorte quòd cuſtodiã reliquerat, ſorte iacta decimũ quẽq; morte mulctauit. Ex turmarũ ducibus binos ex decẽ ſingulis imminuit.Reliquos ea æſtate hordeo,frumẽti uice cibari iuſsit.In hũc modũ Promona capitur. Teutinus exercitum per montes fugientẽ in uarias partes effuderat. Quãobrẽ Romani nõ longe illos inſecuti ſunt, diuiſionẽ eorum per tam multa loca, ob uiarũ inexperientiã,ueſtigiorũq; implicatã cõfuſionem formidantes.Nulla quippe itinera in unũ copulant nemorũ ingreſſus. & Dalmatæ Habinio inſidias ſtruẽtes,per uallẽ profundã & in longũ prodeuntẽ inter duos mõtes delituerãt:quo in loco inſidias Cęſari pariter inſtruxerãt.Cæterũ ille itinerũ cõcurſus igne ſuccendit, & per montiũ ſuperiora pręmiſſo exercitu,qui ab utraq; parte ad eũ properaret,iter per uallẽ arripit,ſiluas undiq; præcidens,urbesq; inuadẽs,& quęcunq; obuia in itinere igne corrũpens. Setouia urbe obſeſſa, barbarorũ manus ingẽs in auxiliũ aduenerat: quibus obuius Cæſar urbẽ ingredi prohibuit.Eo in prælio lapide genu ſaucius,per multos dies æger iacuit.Cõualeſcens Romam ad conſulatũ rediit,cum Barbatio Tullo collega magiſtratũ initurus,Statyliũ Taurum ad reſidua eius belli dereliquit, menſis initio ingreſſus conſulatum.Eamet die Antonio adminiſtratione præbita,ipſe in Dalmatas iterum procurrit, Triũuiratum adhuc obtinens: iam enim ſecundi quinquennij tẽpus effluxerat:quẽ à ſe ipſis à principio inuaſerãt,populus uerò ſubinde confirmarat.Dalmatæ igitur fame fatigati, commeatu undiq; excluſo, uenienti Cæſari ſponte obuiant, ſeq; illi ſuppliciter dedunt, obſides numero ſeptingentos ex proprijs filijs exhibent.Hos Cæſar Romanorum ſigna Gabinio adempta afferre monuit:

nuit:tributa quoq; quæ ſub C.Cæſare olim polliciti in id tẽpus diſtuliſſent perſoluere inperauit.ita Romanis obſequẽtiores deinceps effecti ſunt. Ea ſigna Cæſar in porticu quæ Octauia dicitur appendit. Deuictis Dalmatis,Derbani appropinquãte Cæſare,ueniã deprecari uelle,obſides tradere, & tributa olim intermiſſa exoluere confeſtim promiſere.Igitur Cæſar propius ad illos uenit: cui obſides iuxta fœdus exhibuere,quos abſenti ob ualetudinẽ tradere, & fœdus firmare recuſauerant.Videntur & hi poſtremo inducti à Cæſare,qui Illyriorum tellurem omnẽ quæ à Romanis defecerat, aut prius ſub imperio neutiquam aſſueuerat,ad obſequium redegit.Eam ob rem triumphus Illyrius à ſenatu Cæſari decretus eſt,quem poſt deuictũ tandem egit Antonium.Reſidui deinde Illyriorũ habebũtur ante Pæones à Romanis,Rhetij.poſt Pæones Norici, Myſijq;, qui ad Euxinũ pontũ uſq; incolunt. Rhetios igitur & Noricos exiſtimo Caium Cæſarem cùm aduerſus Celtas depugnaret,ſubegiſſe,aut Auguſtũ Pæones cũ aggrederetur bello ſuperaſſe.In medio quippè amborũ ſedes habent.Nec ullum in Rhetios aut Noricos bellum geſtum priuatim reperi, quamobrem cum reliquis finitimis unà deuictos fuiſſe arbitror.Marcus enim Lucullus,Lucij Luculli frater qui Mithridatẽ debellauit,Myſiorum regionẽ excurrit omnẽ, & uſq; ad fluuium curſum tenuit, quo in loco quatuor Græcorum urbes Myſijs finitimæ ſitæ ſunt,Iſtros uidelicet,Dionyſopolis, Odiſus & Meſembria. Deinde Romam ex Gallia, magnum illum Apollinem qui in palatio ſitus eſt adduxit.Nec ulterius quicquã à Romanis rempublicã regentibus cõtraMyſios actũ fuiſſe,aut ad tributa redactos eſſe,aut ab Auguſto geſtum legiſſe memini,ſed Tiberium, qui poſt Auguſtum imperauit eos tenuiſſe. Verùm hæc à me ante Aegypti adeptionẽ à populo peracta ſuo loco perſcripta ſunt. Quæ uerò poſt Aegyptũ imperatores tenuerunt,aut bello uendicarunt, ueluti propria ipſorum opera,poſt cõmunia tãdem diximus, quibus multa de Myſijs quoq; continẽtur. Nunc autem ex quo Myſios, Illyrios Romani exiſtimãt, hic liber à me Illyriorum appellabitur,qui ut abſolutus crederetur, præſcribere uiſum eſt, Lucullum iam antea ſub populo imperantem Myſios excurriſſe, Tiberium uerò ſub monarchia illos recepiſſe.

# INDEX IN APPIANI ALEXANDRINI HISTORIAM, PER MICHAELEM Martinum Stellam conſcriptus.


ABula portus 433.b
Abundantia rerum omnium in exercitu Pompeij, contrà defectus in Cæſaris 252.a
Acclamatio exercitus ad orationem Pompeij 246.a
Acclamatio militaris à Caſsio & Bruto 373.b
Acclamatio populi ad Cæſarem, fauſta precantis 270
Acclamatio uaria pro Roſtris, pacem & uindictam petente plebe 280.a
Accuſatores conſpiratorū in Mithridatem, Sylla ſupplicio afficit 135.b
Acerræ obſidentur 189.a
Achæorum genus unde 161.b
Achæos aggreditur Mithridates 144.b
Achæos fugat Mithridates 161.b
Achillei pop. 494.b
Acies Cæſaris & Pompeij quomodo ad Pharſalum ordinatæ 256.a
Acies Romana aptè apud Antonium inſtructa, pro miraculo eſt Parthis, ideoq; fugere coactis 107.a
Acta Caſsij Brutiq; ſub compendio recenſentur 386.b. et inde
Acta Cæſaris rata ab ſenatu, pagina 386.b
Acta Cæſaris rata habere uult Antonius 280.b. & ſenatus approbat 281.b
Acta Cæſaris ſub compendio, pagina 287.b.a. & inde
Acta Sulpitij ceu illegitima abrogata 196.a
Actorum Cæſaris cōmentarij & pecuniæ in ædes Antonij delatæ 277.b
Actorum rationem exigere à magiſtratu petit Pōpeius 233.b
Adoptionē acceptat Cæſar Octauius 296.a.b
Adoptatorū lex et religio 331.b & inde
Adramyttenorum in Italos hoſpites mira crudelitas 124.a
Adrianus imperator proconſulibus diſtribuit Italiam 188.a
Adriaticum mare media bruma tranquillum Cæſari 288.a
Adrumetum ciuitas 12.b. 17.b
Adoleſcentem petulantem uocat Cæſarem Octauium Antonius 310.a
Aetæ tergus aureum unde Poetis natam fabulam putat author 162.a
Aedes Ciceronis à Clodio dirutæ 230.a
Aedem patri cōſecrat Cæſari, Cæſar Octauius 287.b
Aegeum mare ad perſequendos Piratas curat, L. Cullio 158.b
Aegyptius triumphus Cæſaris 266.b
Aemylius Lepidus in Hiſpaniam mittitur contra Numantinos 483.b
Aemylius proſcriptus à triumuiris cæſus 345.a
in Aenariam conuentus pro reconcilianda pace inter Cæſarē & Antonium & Pompeium 417.b
Aeneas condidit Lauinium 232.a
Aenobarbus fit amicus Antonij per Aſinium 409.b
Aenobarbus non fuit cōſcius necis C. Cæſaris 414.a
Aenobarbus maritimā orā uaſtat agnoſcentē triumuirorum imperium 399.b. & inde
Aenobarbum ablegat in Bithyniam Antonius 415.a
Aeoles aſſueti parêre barbaris pagina 62.b
Aequulanum urbs oppugnatur pagina 192.b
Aes alienum contraxit ingens in captandis hominum beneuolentijs C. Cæſar 224.a
Aeris egens Sylla 138.a
Aeris alieni ergò orta in urbe ſetio 193.a
Aerarium effregit Cæſar 241.b
Aeraria Laodicēſiū diripuit Caſſius 358.b
Aeſopus fluuius 149.a
Aeſculapij templum Carthagine ubi ſitum 54.b
Aetas nondū legitima obſtat quo minus Scipio cōſul mittatur ad Carthaginem 46.a
Aetolia uaſtatur 66.b
Aetoli ſeſe Antiochi dedunt 62.b
Aetnæ horridi fremitus terrent Germanos 435.a
Afer Luſitanorum dux Romanis multa damna infert 472.a.b ſaxo percuſſus interijt ibidem
Affectus pius militum inuicem ſalutantium & complorantium Lucij & Cæſaris 408.a
Afranius fortiter pugnans cadit 191.a
Afrorum caſtra à Scipione inuaduntur noctu 8.a
Africam deuaſtat Scipio, & Italiam Hannibal 1.b
Africā Lepido tribuit uice ademptarum prouinciarum Cæſar 394.a
Africæ duplex prouincia, alia alio nomine uocata 355.a
Africæ oram ad perſequendos Piratas curat Lentulus Marcellinus, & P. Attilius 158.b
in Africam expeditio Romana deſcribitur 3.b
Africanum triumphum de Afris agit Cæſar 266.b
Agamemnon uocatus per iocum militarem Pompeius 252.b
Agari, gens Scythica, Mithridatem curant 155.a
Agathocles Siculorum tyrannus Hipponis conditor 45.a
Agathocles Syracuſanorū tyrannus

nus 5.b
Agbarus Arabum phylarchus uir
doloſus & lubricæ fidei 94.a
Agema quid 72.a
Ager Campanus fertiliſſ. 228.a
Ager Carthaginienſium Pop.Ro.
attributus 6
Ager Romanus negligenter ob
multa bella diuiſus 179.a
Agrum Numantinū deuaſtat Sci=
pio 486.b
Agri diſtributi militibus Cæſaris
pag. 394.a.& inde
Agri diuiſi militibus Cæſaris, pa=
gina 396.a
Agrorum ueteres poſſeſſores ſup
pliciter ad optimates confu/
gientes ſolus excipit Lucius
pag. 397.a
Agris quomodo mulctabātur ui/
cti à Romanis 173.b.et inde
Agros Brundiſinos depopulatur
Aenobarbus 400.a
Agros diſtribuit pauperibus C.
Cæſar 228.a
Agraria lex in totum abrogata à
Sp.Borio tribuno pleb. 183.a
Agrariam legē nec improbat nec
approbat Scipio Africanus pa
gina 179.a.b
Agrippa Aquitanos fundit pa=
gina 426.a
Agrippa Cæſari amiciſsimus con
tra Lucium mouet 401.b
Agron Illyriorum rex 496.b
Aiacem Telamonium refert Pom
peius in pugna ad Pharſalum
pag. 258.a.b
Alacritas militum ob ignotam fu=
gæ ignominiam 251.a
Albinouanus in Numidia profu/
gus Mario ſe coniungit 197.a
Alea ſit iacta, dictū Cæſaris 239.
Alexander Paphlago ab L.Lu/
cullo captus & in triumphum
ductus 149.a.& inde
Alexandri filij qui 80.b. et inde
Alexandri filiorum mors 82.a
Alexandri Macedonis chlamide
protectus triumphū egit Pom
peius 169.b
Alexandro Magno collatus Cæ/
ſar 287.b.& inde
Alexandrini regem ab Sylla im/
poſitum occidunt 214.b
Allobrogū legati capti cum Vul/
turtio 225.b
Altercatio Bibuli & Cæſaris, pa=
gina 228.a.b
Amaſtrim ciuitatē oppugnat ex=
pugnatq́; L.Lucullus 152.a
Amaſtrim uſq; depopulatur Mi-
thridatis regionem Nicome/
dis 118.b
Amatium cur occiderit Antonius
pag. 306.b
Ambitioſus ſupra uires C. Cæſar
pag. 224.a
Ambitioſus ualde Catilina, pau/
periem incidit 224.b
Ambitus multi damnantur à Pom
peio 233.b.& inde
Ambitionem Ciceronis ridet Se=
natus 326.b
Amicitia Antonij Ventidium ob/
ſcuro loco natum ad triumphū
uſq; extulit 105.b
Amicus Cæſaris intimus A.Gabi-
nius 229.b
Amicitiam Cæſaris contemnit An
tonius 304.a
Amor Antonij & Cleopatræ 392
Amor quorundam in Proſcriptis
pag. 340.a
Amore captus Aureliæ Oriſtellæ
Catilina filium ſuſtulit 224.b
Amore nouercæ uritur Antio=
chus Seleuci filius 84.b
Amicos interfectorum timent An
tonius & Lepidus 277.a
Amiſus libertati donata à Lucul/
lo 152.b
Amiſus ciuitas à L. Lucullo op/
pugnata 150.a
Amiſenſes ſtrenuè repugnant ibi.
Ammium fluuius 121.b
Amphipolim occupat Antonius
pag. 376.a
Amynander rex Atamanū in ſo=
cietatē Antiochi recipitur 62
ab Anchiſe Venereq́; oriundus
Cæſar 289.a
Andromachus perfidiſſ. Craſsia=
næ ruinæ ſumma et caput 101
Aenea ciuitas 9.a
de Anima librū Platonis ſibi mor
tē cōſciſcens legit Cato 266.a
Animoſiores quid reddiderit Ro=
manos contra Antiochū 74.b
Animum generoſum infractumq́;
Lucij Cæſar miratur 407.b
Annibal alter uocatus cur ſit Ser
torius 219.a
Annibal Barchæ filius 450.a
Annibal Carthaginienſes contra
Romanos ſolicitat 61.a
Annibal exul Antiocho ſeſe inſi/
nuat, & charus habetur 59.b
Annibalis conſilium de inuaden/
da Italia 60.b
Annibalis facta ſub cōpēdio 450
Annibalis in Italiā ingreſſus de=
ſcribitur 453
Annibalem regi Antiocho ſuſpe=
ctū reddunt legati P.R. 61.b
Annonæ cura data à Senatu Caſ=
ſio Brutoq́; 356.b
Annonæ præficitur tempore fa=
mis Pompeius 231.a
Annonæ præfecti à Senatu Caſ=
ſius & Brutus 293.a.b
Annonæ ſumma caritas in Anto=
nianis, cōtrà uilitas ſumma in
Caſsianis caſtris 76.b
Annulo ſignatorio Antonij, Pla=
cus quando utebatur 445.a
Anticragum caſtellum maximum
Piratæ ſine bello Pompeio tra
dunt 159.a
Antigonus cur rex ab exercitu ap
pellatus 82.a
Antigonus Phrygiæ Lyciæ Pam
phyliæq́; Satrapa 81.a
Antigoni & Ptolemæi pugna na=
ualis apud Cyprum 82.a
Antiochus Seleuci filius, Syrorū
Babyloniorum rex 58.a
Antiochus Soter adamatam no/
uercam uxorem à patre acce=
pit 85.b.87.a.b
Antiochi & ſuorū cædes fugaq́;
pag. 66.a
Antiochi reſpōſum ad legatos S.
P.Q.R 59.a
Antiocho Commageno bellum in=
fert Pompeius 163.b
Antiochum Comagenum oppug=
nat Samoſatis incluſum Ven=
tidius 105.a
Antiochū metuūt Romani 64.a
Antiochides Antiochi filia Aria=
rathi regi Cappadocū coniun=
gitur

gitur 59.b
Anttochias ſedecim à patre denominatas extruxit Seleucus 83
Antiochus à Romanis funditur pagina 72.b
Antiochus Eupator Syria potitur 78.b. Eupator cur appellatus ibidem
Antiochus Pius pellitur à Tigrane 79.b. Item à Pompeio ibi.
Antiochus Seleuci filius pro patre regnat 84.b
Antonius ad Actium à Cæſare ſuperatur 173.a
Antonius ad bellum Parthicũ ſeſe accingit 104.b
Antonius felicius p legatos, quam per ſeipſum rem gerit 105.b
Antonius metuens ædes ſuas munit 274.b
M. Antonius orator à Marianis occiſus 201.a.b
Antonius pro Cæſare ſtans è ſenatu propellitur 238.a
Antonij & Cleopatræ amor 106
Antonianos miſerè uexat Cicero pag. 320.a
Antium olim habuit theſauros pecuniarum 399.a
Apollinis fanũ qui uiolarant, inhonoros reliquit Scipio 55.b
Apollinis templum direptũ à Scipionis militibus 53.b
Apolloniam petit Cæſar poſt pugnam ad Dyrrachium 251.b
Apolloniam recipit Cæſar 247.b
Apparatus belli Cæſaris contra Lucium 398.b
Apparatus belli in Antiochũ 64
Apparatus Cinnæ & aliorũ contra Syllam, & ediuerſo Syllæ contra Cinnam 202.b
Apparitor Octauij Antonius, dictus à Bruto 385.b
Appius Claudius Antiochum fugere coegit 64.b
Apuleius latronũ dux. Mar. Aemyliano negotium exhibet, pagina 477.b
Apulorum à Romanis defectio pag. 188.a
Apulos cædit Cæcilius Metellus pag. 193.a
Apum examina mittunt in hoſtes Themiſcyrenſes 150.a
Antigono occiſo reliqui ſatrapæ ſuam ditionem inter ſe diuidunt 82.a
Aqua ſtagnans peſtifera 39.b
Aqua ueneno infecta multi Cæſarianorum pereunt 242.b
Aquæ fluuiatiles noxiæ 111.b
Aquarũ inopia in exercitu 111.a
Aquis quidam proſcriptorum ſeſe ſuffocant 340.a
Aquationẽ præripit hoſtibus Cæſar 242.a
Aquilæ duæ uolatu ſignis inſident in caſtris Caſsij 374.a
Aquilini pulli in gremium Marij infantis decidiſſe, quid portenderint 196.b
Aquilæ inter utranq; aciem pugnantes, omen uictoriæ præſtiterunt 384.b
Arabionis regis qui auxilia petierint 355.a
Ara poſita exuſto cadauere Cæſaris 287.b
Aram conſtituit Cæſari Amatius pag. 291.b
Araxis fluuiorũ omniũ maximus pag. 162.a
Araxis fluuius Mediam ab Armenia diſterminans 112.b
Archegetã Apollinis paruam ſtatuam adorat Cæſar 432.b
Archelai & Ariſtionis cum Brytio pugna 127.a
Archelai & Syllæ poſt ſuccenſum Pyræum congreſſus 131.b
Ardiei pop. 498.a
Ardiei populi Antariorum loca inuadunt 494.b
Aretam regem Arabum Nabatæorũ Darius bello petit 163
Arganthonius regulus Tarteſsiorum 448.b
Argonautarum loca uidere & peregrinationes cupit Pompeius pag. 162.a
Ariarathes Mithridatis filius Cappadociam occupat 120.a
Ariarathi in Cappadocia præfert Siſinnã Antonius in Glaphyræ formoſæ matris gratiam pagina 392.b
Ariddæus Macedonibus imperaturus eligitur, quamuis mentis non ſatis compos 81.a
Ariddæi & ſuorum mors 82.a
Ariminum occupat Cæſar 238.b
Ariobarzanẽ iniuſtè inuadit Mithridates 139.b
Ariobarzanem per ſuos opprimit Caſsius 359.a
Ariſtides furti reus 76.b
Ariſtion tyrannus 126.b
Ariſtionis mors 131.a
Ariſto Tyrius Senatum & populum Carthaginienſem clàm in Romanos commouet 61.a
Ariſtobulus Iudæorum rex poſt triumphum Pompeij necatus pag. 170.a
Arma Carthaginienſium quæ in extrema obſidione 37.b
Arma deponere iuſsit Lucij milites Cæſar 407.b
Arma ſua omnia tradunt Romanis Carthaginienſes 31.a
Arma ſummittit Amiſenſibus Mithridates 150.b
Armorum Carthaginienſium deſcriptio 31.a
Armorum fabricas oppidatim inſtituit Mithridates 154.b
Armis omnibus exuti Chij ob Romanorum ſocietatem 134.a
Armis onuſta plauſtra duxit in triumphum Pompeius 169.b
Armis quando quæſtiones omnes dirimi cœptæ 196.a
Armis rem ſemel decernendam cenſent Cæſariani 252.a
Armigero uno comitatus fugit Cæſar 433.b
Armeniam inuadit Tigranes pagina 145.a
Armeniam maiorem quibus conditionibus Pompeius Mithridati conceſſerit 163.a
Armenios Ponticis uiris tradit erudiendos in re militari Mithridates 154.b
Arſam urbem in ſuam poteſtatem redigit Cæpio contra conditiones ſemel initæ pacis cum Viriato 478.b
Arſinoen Cleopatræ in gratiã ſuſtulit Antonius 393.a
Artabazes Armenius Craſſo fert

auxilium 93.a
Artabazem Armenium in cauſa fuiſſe perditi exercitus Antonij, multi arguunt, ideò pœnas ab eo ſumendas 113.a
Artaxata Tigranis regia pagina 162.b
Aruacceorum uiginti millia occidit Tit. Dedius 492.b
Aruacceis bellum infert Lucullus cùm iis pacem paulò antè dederit Marcellus 470.a
Arx Piræenſis obſidetur à Syllanis 131.a
Aſaſis præfectus Maſaniſſæ trãſfuga 26.a
Aſclepiodotus Leſbius cõſpirat in Mithridatem 135.a
Aſculani Seruilium proconſulem & Fonteiũ legatũ interficiũt pag. 188.a
Aſdrubal Giſconis filius, dux Carthaginienſium contra Scipionem miſſus 4.a
Aſdrubal in Italiam ab Annibale accerſitur 460.a
Aſdrubal Romanos cædit 41.b
Aſdrubal ſecundò Manlium ſuperat 46.a
Aſdrubalis apparatus quantus pagina 5.b
Aſdrubalis immanis ſæuitia in captiuos Romanos 49.a
Aſdrubalis transfugium ad Scipionem 54.b
Aſdrubalis mors 14.a
Aſdrubalem in Hiſpaniam mittunt Carthaginienſes 454.a
Aſdrubalem occidit in uenatione ſeruus quidam 450.b
Aſiæ poſt Alexandrum quis unquam plus terrarum poſſederit 82.b
Aſiam Romanorum prouinciam iniuſtè inuadit Mithridates pagina 40.a
Aſinius Pollio Carinati à Cæſare ſufficitur contra Sex. Pompeium 367.a
Aſinos inequitare ſuos noluit milites Scipio 485.b
Aſſyriorum uires unde crementa incrementaq; ſumpſere 34.b
Aſtapenſiũ horridũ facinus 462
Aſtus Pompeij in ſcribendis literis ad Senatum 235.b
Ateius Craſſum diris deuouet 91
Athamaniam totam ſubegit ſibi Philippus Macedo 65.a
Athenionẽ uocant Fimbriam per deſpectum Syllani milites, pagina 141.a
Athenis Antonius hibernat effœminatus 419.b. & inde
Athenienſium ruina unde ſumpſit occaſionem 34.b
Athenienſib. quas urbes dono dederit Antonius 392
Attalus Philometor hæredẽ regni ſui fecit populum Ro. 142.a
Attalus populi Romani amicus pag. 115.b
Atticam regionem curat ad perſequendos Piratas L. Cinna pag. 158.b
Attuntani pop 497.a
Attilius Romanus ad Mithridatẽ profugus: regi ſtruẽs inſidias, necatur 156.a
Atilius ſacrafaciens à Gracchanis confoditur 182.a
Atilius Serranus à Cumanis occiſus 201.a
Atilij reguli in Africa facta quæ pag. 2.a
Auarus Numantinorũ dux à ſuis occiditur 491.a
Auaritia quorundam diuitum Romanorum 174.a
Auaritia ſuperat Lucullum Galba pag. 474.a
Auaritiæ notatus Lucullus 471
Audax uir Sertorius 493.a
Audax & nihil non ſpe præcipiens C. Cæſar 224.a
Audacia Antonij in campis Philippicis 378.a. 412.b
Audacia Clodij quanta 232.b
Audacia magna Cæſaris 238.b & 248.a
Audacia mira Cæſaris, ſeditioſis ſeſe obijcientis 263.a
Audacia Mithridatis quanto tempore bellum protraxerit 114
Audacia Scipionis in pugna, pagina 459.b
Audacia Syllæ in certamine, pagina 135.b. 195.b
Augurem facit Cæſar Ciceronem minorem 354.b
Auguſtus cur appellatus Cæſar pag. 173.b
Aureis catenis proprium uinxit filium Mithridates 143.a
Auguſti potentia quanta 173.b
Aureliæ Oriſtellæ amore captus Catilina 224.b
Aurum abſcondiſſe herum ſeruus quidã falſo prodidit: ideo affectus à Bruto ſupplicio 364.b
Aurum argentumq; omne Rhodiorum accipit Caſsius 362.b
Aurum & argentum Antonij direptum 112.a
Aurum & argentum in caſtra ſua inferri uetuit Spartacus Trax pag. 221.b
Aurum liquatũ Manio per os infuſum 123.a.b
Aurum non multi faciunt Celtiberi 471.b
Auri & prædæ auidi Romani milites, paſsi ſunt Mithridatem fugere 152.a
Auro onuſta fercula adduxit in triumphum Pompeius 169.b
Aurupini pop. 501.a
Autarici pop. 494.b
Autario qui filij fuerint ibidem
Autolycus Herculi ſocius in expeditione contra Amazonas, apparet in ſomnijs Lucullo 152
Auxiliũ ferre Caſsio negant Rhodij Licijq; 358.a
Auxilium fert Cæſari Antonius pag. 426.a
Auxilium qui Mithridati reges ferebant 114.b
Auxilio Romano deſtituti Saguntini 452.b
Auxilia à Maſaniſſa in Hiſpaniã miſſa 467.b. & inde
Auxilia petunt Romani à Maſaniſſa 42.b
Auxilia ſubmiſiſſe Numantinis Vaccei arguuntur 484.a
Auxiliares Mithridatici qui, pagina 145.b
Auxiliatores Mithridatis q 121
Auro corrupit equites Antonij Pompeius ad defectionem ſollicitans 443.a

Balbus

B

Balbus à triumuiris cæſus, filius fugiens naufragio periſt 342.b
Baliſſus fluuius 96.a
Barathrum magnũ, campus à Scipione depopulatus 44.b
Barbarus quidam Vacceus Romanorum aliquem ad ſingulare certamen prouocat 471.a
Baſilii tribuni audacia 136.a
Baſtitanorum oram populatur Viriatus 477.a
Baſternæ pop. 495.a
Bathiates pop. 500.b
Beatũ dicit Cæſar Pompeium ob bellum Mithridaticum: quare? pag. 262.b
M. Bebius à Marianis occiſus 201
Bebius Philippum Macedonẽ in amicitiam recipit 64.b
Belgas aggreditur Cæſar 447
à Bellis populis auxilia petit Vetilius 475.b
Bellis (populi id nomen) bellum infert Lucullus, cùm iis pacem antè dediſſet Marcellus 470
Bellum uide certamen & pugna
Bellum egeſtate cõpulſus Lucullus quibuſdam infert 470.a
Bellum Africanum Cæſaris 264
Bellũ Carthaginienſe contra Maſaniſſam 26.a
Bellum Celtibericum à Lucullo geſtum 26.b
Bellum ciuile Pompeianum 224
Bellum ciuile Romanorum 171.a
Bellum cõmune in Antigonũ conflatur à Satrapis 81.b
Bellum contra Pompeium Cæſaris 415.b
Bellũ cur in Cæſarẽ gerant Caſſius & Brutus declaratio, pagina 369.b. & inde
Bellum Gallicum cum Romanis pag 445.b
Bellum gladiatorum 220.b
Bellum Hiſpanienſe & Romanorum 447.b
Bellum Illyricum 494.a
Bellum indictũ Cæſari ab ſenatu pag. 238.a
Bellum in Samnium 192.b
Bellum inſtaurat contra Pompeiũ Mithridates 164.b
Bellum inter Aſdrubalem & Scipionem 5.b
Bellum inter Brutum Caſsiumq; & Cæſarianos 356.b
Bellum inter Carthaginienſes & Hiſpanos 3.a
Bellum inter Carthaginienſes & Gallos 2.b
Bellum inter Romanos & Carthaginienſes 3.a
Bellũ Maſaniſſæ & Syphacis 9
Bellum Mithridaticum 114.a
Bellum Mithridaticum Pompeio delegatum 159.b
Bellum Mithridaticum finire cur non potuerit Lucullus 156.a
Bellum Mithridaticum ſecundum unde ſumpſit initium 143.a
Bellum nauale 9.b. 124.b
Bellum nauale inter Cæſarem & Pompeium 421.b. & inde
Bellum Numantinum 481.a
Bellum Parthicum 90.a
Bellum Parthicum per Antonium pag. 415.b. 419.b
Bellum Piraticum leui momento ſopitum 159.a
Bellum Punicum tertium & ultimum unde ſumpſit initiũ 27
Bellum quomodo indictum Carthaginienſibus 453.a
Bellum Sandracoti & Seleuci regum, affinitate quæſita pace, finem habuit 82.b
Bellum ſeruile in Italia 492.b
Bellum ſociale quando & unde exortum 185.b
Bellum Syriacum 58.a
Bellum Viriaticum cum Romanis pag. 474.a
Belli apparatus quantus Mithridati contra Romanos 145.b
Belli Carthaginienſis breuis deſcriptio 56.b
Belli ciuilis exordia unde 194.a
Belli Hiſpanienſis per Sertorium excitati finis 220.b
Belli incitatrix cur fuerit Fuluia pag. 413.a
Belli inter Cæſarem & Luciũ cauſæ quæ? 406.b
Belli inter triumuiros initiũ 390
Belli Mithridatici primi finis pagina 140.b
Belli occaſio quomodo per Annibalem quæſita 451.b
Belli Parthici initia unde ſumpſerint 393.b
Belli Punici clades recẽſentur 2.b
Belli Punici ſecundi finis quando pag. 24.b
Belli Punici tertij qui cõſules miſſi 28.b
Belli Viriatici finis 478.b
Bello nunquam territus imperator Cæſar 289.a
ad Bellum parat ſe & ſuo & conſultorum malo Pompeius 252
de Bello ubi Romæ ut plurimum deliberabatur 28.b
Bellis ciuilibus non delectatur Cæſar 400.a
Bella multa uno temporẽ contra Romanos 218.b
Beneuolẽtia plebis uerſa in odium erga Antoniũ: quare? 292.a
Beneuolentiam Hiſpanorũ quomodo ſibi conciliat Scipio pagina 457.b
Beneuolentiam plebis cur captare uiſus ſit Antonius 305.b
Beneuolentiam plebis ſibi parant interfectores Cæſaris 284.b
Bernice oppidum Epiri 116.a
Beſſi pop. 501.a
Beſtiis cõparat Cæſarianos Pompeius ob perſeuerantiam in fame 250.a
Betis amnis 481.a
Bibulus in gratiã ab Antonio receptus claſsi præficitur 349.b
Bibulus magiſtratu ſe abdicat pagina 229.a
M. Bibulus præeſt præfectis Pompeianæ claſsis 245.a.b
Bithynia à Nicomede populo Romano teſtamento relinquitur pag. 146.a
Bithynia Sertorio à Mithridate conceditur 145.a
Bithynia ſub Mithridatis uenit imperio, rediit fugiente Cotta in Chalcedonem 146.a
Bithyniam curat ad perſequendos Pyratas P. Piſo 158.b
Bithyniam inuaſit Mithridates pag. 146.a

Blaſtophœnices qui & unde oriundi 472.b
Bleſius in inſidijs interceptus occiditur 468.b
Bocchus Cirtam Iubæ regiã occupat 265.a
Bocchus rex Maurorum Carinati bellum infert 399.b
Bœotiam continuis defectionibus nutantem diripit Sylla 136.b
Bœotiam curat ad perſequendos Piratas L. Cinna 158.b
Bona ex hæreditate prouenta uenundat Cæſar 299.b
Bos atra per Mithridatis caſtra irrumpens per portum penetrat ad templum Proſerpinæ pag. 148.b
Boſporos ſubegit Mithridates, pagina 144.b
Boſporo expellit filium ingratum Mithridates 161.a
Boſporanum regnum Pharnaci à Pompeio datur poſsidendum poſt mortem Mithridatis 168
Boſporanis bellum infert Mithridates 143.a
Bottonum gens à Romanis deficit 473.a
Bouianum à Sylla captum 192.b
Britannia à continente quantum diſtet 448.a
Britanniam Romanorum primus traiecit Cæſar 447.a
Britannicũ oceanum primus traijcit Cæſar 288.b
Brundiſium Octauius profectus à militibus ut Cæſaris filius excipitur 295.a
Brundiſium oppugnat Cæſar fugato Pompeio 240.b. & inde
Brundiſium properat Pompeius inde traiecturus in Epirum ut ibi belli ſedem conſtituat 240
Brundiſini Antonio & Aenobarbo portas clauſerunt 411.b
Bruto Caſsioq; & exercitum & pecunias et prouincias tribuit ſenatus 319.a
Brutus in montem fugiens in armis pernoctauit 385.b
Brutus in Hiſpaniam mittitur contra Luſitanos 479.a
Brundiſinis auxilium ferre tentat Cæſar 412.a
Brundiſini Syllanam claſſem excipiunt 204.a
Brygæ populi 240.b
Byrſam capit Scipio 53.a.b
Byrſæ clades & miſeria 54.a
Byrſa quid, & uocis huius unde ſumpta occaſio 1.b
Byrſa in tota Carthagine nihil munitius 53.b

C

Cadauer Caſsij, Brutus flens ſepelijt 379.a
Caſsij laudes flens recitat Brutus pag. 379.a
Cadauer Cæſaris in templo ſepeliri uult plebs, prohibentibus pontificibus 287.b
Cadauer Spartaci inueniri nequijt 222.b
Cadauer Syllæ cum quanta pompa in urbem delatum 216.b
Cadauera cæſorum ex S.C. ibi humanda ubi ceciderint 189.b
Cadauera occiſorum ciuium in Tiberim iactata 207.b.416.b
Caduceator pro caduceo lupinam præferens pellem 469.a
Cæcilius Metellus Dalmatis bellũ infert 498.b. & inde
Cædes & Latrocinia in urbe poſt mortem Clodij 232.b
Cædes magna in exercitu Manlij pag. 77.b
Cædes naualis Antiochi militum pag. 69.b. & inde
Cædes uaria & multiplex in urbe à Cinnanis & Marianis pagina 201.b
Cædi petit cum Ligario mariti uxor 343.a
Cæſar Auguſtus Antonio ac Lepido peritior 173.a
Cæſar à quo originem trahere ſe ſe putabat 235.a
C. Cæſar coniurationis Catilinæ conſcius arguitur à Catone, pagina 226.b
C. Cæſar Dictaturam inuadit, pagina 172.b
Cæſar felicius per legatos quàm per ſeipſum rem geſsit 105.b
ut Cæſaris filius Brundiſij excipitur Octauius 295.a
Cæſaris filiam in matrimonium ducit Pompeius 229.b
Cæſaris nomen ſibi ſumit Octauius ut Cæſaris filius pagina 295.a.b
Cæſaris Octauij prudentia 295
Cæſarem calumniatur Lucius, pagina 397.a.b
Caius Gracchus legem fert de frumento menſtruo 180.a.b
Calamitas Aſiæ ſub Sylla 142.b
Calamitas Carthaginienſiũ 36.a
Calamitas Rhodiorum à Caſsio pag. 363.a
Calamitatis remedium obliuio 35
Calamitatem quæ ut plurimũ antecedant 160.a
in Calamitatibus non contemnendus Mithridates 165.b
Calamitoſus licet Mithridates, reuerendus tamen erat & terribilis 161.b
Calenus dux Antonianarum partium fato fungitur 409.b
Caleni Sittium fortiter defendunt uſq; ad redditam pacem à triumuiris 352.b
Calliditas Pompeij in conciliando ſibi fauorem ſenatus & conſulum 237.b
Calliditas Viriati 478.b
Callidromus quid 65.b
Calones prope omnes exegit caſtris ſuis Scipio. 485.b
Calpurnius Piſo à Luſitanis fuſus 472.b
Calpurnius Piſo contra Numantinos miſſus 485.a
Calpurnius Piſo cum collega L. Mancino nequicquam bellum gerit circum circa Carthaginem 45.a
Calpurnius Piſo in Hiſpaniam miſſus 492.b
Caluiſius à Pompeianis uincitur pag. 249.b. & inde
Cambei pop. 500.b
Campanus ager à fertilitate laudatus 228.a
Campeſtria loca Parthi ſolum amant, quare uerò non Montana? 111.a
Cancheno duce Luſitani Cimæos deprædantur 472.b


Canidius

Canidius ab Antonio relictus dux multa proſpere agit in Armenia 105.b
Canidius dux apud Antoniũ multa poteſt 109.a
Canutius à Cæſare occiditur 409
Capito in ædibus proprijs à triũuiris proſcriptus cæditur 344
Cappadocia inuaſa ab Tigrane Mithridatis genero 144.b
Cappadocia Sertorio à Mithridate conceditur 145.a
Cappadociam inuadit Mithridates 156.a.b
Cappadociæ regnum Ariobarzani redditum 163.b
Captandis auris popularib. multa inſumpſit C. Cæſar 224.a
Captiui à Piratis per Pompeium libertati reſtituuntur 159.a
Captiuos & circumuentos milites Pompeij Cæſar dimiſit incolumes 242.b
Captiuos Hiſpanorum libere abire permittit Scipio, cæterorũ beneuolentiam captãs 457.b
Captiuos hoſtes Mithridates uiatico dato abire permittit pagina 122.a.b
Captiuos quingentos ſecuri percutit Aemylianus 478.a
Captiuos, quos & quot in triumphum egerit Pompeius 169
Caput Curionis ad Iubam regem perlatum 243.b
Caput Decimi ad Antonium delatum 333.b
Caput manuſq; Craſsi Orodi regi mittitur 103.a
Caput Octauij primum quod pro roſtris in Vrbe poſitum eſt 200.b
Caput Pompeij Cæſari oblatum 262.a.b
Capite damnatur Aſdrubal 9.28
Capite relicto iturum ad conſulẽ Trebonium, inquit quidã centurio 302.a
Capita ducum Pompeianorum ad Cæſarem lata 268.b
Capita proſcriptorum pro Roſtris 340.a
Capitolium incerto igne cõflagratum 205.b
Capitolium occupant interfectores Cæſaris 275.b
Capitolium olim habebat theſauros publicos 399.a
Carabin ciuitatem Romanis amicam obſident Celtiberi 466
Carbonis audax facinus 209.a.b
Carbonis interitus 212.a
Carboniani cæſi à Metello 209.a
Carboniani cæſi à Pompeio & Craſſo 208.b
Carbonianos profligaturus in Aſiam proficiſcitur Pompeius 204.b
Carchedon, ut nonnullorum fert opinio, Carthaginis cõditor 1
Carinas capite truncatur ab Sylla uictore 210.b
Carinij pop. 500.b
Carnes humanæ ad cibum conditæ in Piræo 130.b
Carpeſſum urbs quæ olim Tarteſſum à Græcis dicta, Vettilij fugæ locus 475.b
Carpteſſus urbs ubi ſita 448.b
Carras euadunt aliquot Craſsi milites 100.b
Carthago num excindenda uaria ſententia 22.a
Carthago quot annorũ ſpacio floruerit 55.b
Carthago Sparthagena quæ & ubi ſita 452.b
Carthaginis deletio fatalis 51.a
Carthaginis deſcriptio 38.a
Carthaginis & ciuium reſiſtẽtiæ breuis deſcriptio 56.b
Carthaginis, quæ nunc eſt, conditor quis 57.a
Carthaginis ſitus ubi 1.a
Carthaginẽ à ſolo Scipione poſſe euerti diuinitus creditum pagina 45.a
Carthaginem cur nõ euertendam cenſeret Scipio 23.b
Carthaginem delendam eſſe nunquã nõ diſſeruit Cato, quare? 25.b contra cenſet Scipio Naſica ibid.
Carthaginem nouam quæ olim Saguntus, oppugnare ſtatuit Cornelius Scipio 455.b
Carthaginem qui condiderint uaria opinio 1.a
Carthaginem quando coloniam fecerint Rom. 57.b
Carthaginienſes Iberiam occupãt 448.b
Carthaginienſium alacritas, fortitudo, induſtria, in bello & obſidione 45.b
Carthaginienſium alacritas & audacia 30.b
Carthaginienſium fines depopulatur Syphax 4.b
Carthaginienſiũ imperium quale & quibus conferendum 1.b
Carthaginienſium reſp. conturbata 61.a
Carthaginiẽſium reipub. proceſſus proſperi recenſentur 1.b
Carthaginienſib. bellum à P. R. indictum tertiò 29.a
Carus dux Segedanorũ cæſis multis Romanorũ fortiter pugnãs cadit 467.b
Caſsius Parmenſis reliquias Caſſianas colligit 390.a
Caſsius quæſtor Craſſum ad fugã ſolicitat 100.a
Caſsij Brutiq; ad plebem excuſatio 276.a
Caſsij fratrem cum multis alijs in gratiam recipit Antonius pagina 392.a
Caſsio Brutoq; fauet ſenatus pagina 319.a
Caſsianas partes fouet Raſcupolis, Raſcus uerò Antonianas 368.b
Caſsianæ reliquiæ, Sextum Pompeium erigunt in ducem contra Antonium & Cæſarem 389.b & inde
Caſsianorum cæſa octo M. 378
Caſtacem urbem oppugnare ſtatuit Syllanus 461.b
Caſtella duo Diogenis à Scipione euertuntur 52.b
Caſtor Phanagorenſis, tortus aliquando à Triphone, eum interficit 164.b
Caſtorum ædes occupata ab Opimio cõtra Gracchanos 182.b
Caſtra Caſsiana ab Antonio capta 378.a.b
Caſtra hoſtium ſuccendit Scipio 49.b

Caſtra L. Luculli & Mithridatis ad Cyzicum 146.b
Caſtra Mummij expugnata à Luſitanis 472.b
Caſtra Pompeij ut inuadant milites rogat Cæſar 258.b
Caſtra ponit ad Pharſalum Cæſar 251.b
Caſtra ſua coniungunt muro Caſſius & Brutus 376.a
Caſtra Syphacis à Maſaniſſa capta 8.b
Caſtra uaria ſubinde facit ut militem exerceat Scipio 486.a
Caſtris Cæſaris potiuntur Caſsiani 378.a
Caſtris exutus Caſsius Pindaro ſeruo ſe feriendũ præbet 378
in Caſtris muniẽdis, induſtria Scipionis deſcribitur 49.b
Caſtris proprijs exuſtis Viriatus ſeſe in Luſitaniam recipit pagina 477.b
Caſtris Scipio Magonem exuit 458.b
Caſtrametatio iniqua Archelai circa Chæroneam 132.a
Caſtrametatio Scipionis & Pœnorum 47.b
Caſtrametatio Syllæ & aduerſariorum circa Vrbem 210.a
Caſtrametatio Caſsij Brutiq; ad Aurifodinas Aſylum uocatas 375.b
Caſtrametatur haud procul ab hoſtibus Antonius 376.a.b
Caſtrametantur Cæſar & Pompeius circa Dyrrachium 248.a
Caſus quidam affulſit Bruto, ut pecunias multas corraderet 363
Catilina natus loco honeſtiſsimo mirè in populo celebratur pagina 224.b
Cato Callidromum ſuperat 65.b
Cato in Hiſpaniã mittitur 464
Cato inſcriptus Ciceronis liber, Cæſaris uero Anticato 266.b
Cato relicta Sicilia fugit ad Pompeium 241.a
Cato robuſtus uiribus reſiſtit Cæſari 228.b
Catonis filium in gratiam recipit Cæſar 266.b
Caucaſus mons multos auri fontes habet 162.a
Caucæam urbem obſidet Lucullus 470.a
Caucæos liberè ad domos ſuos mittit Scipio, quòd contra fidem fœderum Lucullus hos impugnaſſet 487.b
Cauillatio Catonis pulchra in legatos Pruſiæ 117.a
Cauillatio in Deiotarum Craſsi: et Deiotari ſalſe reſpõſum 91.b
Cauillatio militum & procerũ in Pompeium 252.b
Cauillator Brutus 379.b
Cauniorum in Italos hoſpites, dira nimis crudelitas 124.a
Celtæ, à quo nominati 494.a
Celtæ populi quem locum incolãt 447.b
Celtæ qui & Cimbri 495.a
Celtarum nomen terribile Romanis 495.b
Celtiberi defectores, à populo Romano 493.a
Celtiberi non multi faciunt argentum & aurum 471.b
Celtiberi populi quem locum incolant 447.b
Celtiberorum nomẽ unde ortum, & horum populorũ locus ubi 448.a
Celtiberico ſatellitio, reiecto Romano, ſe ſtipat Sertorius 219
Cenſus populi factus poſt uictoriam Cæſaris 267.b
Centuriæ uocatæ ad ſuffragia ab Antonianis 304.a
Centurionem falſo deferentem militem occidit Cæſar 244.a
Certamen detrectant Caſsiani ut fame Antoniũ oppugnẽt 377
Certamen in comitijs inter Pompeium & Aenobarbum 230
Certamen inter Scipionẽ & Pœnos & Maſaniſſam 459.b
Certamen inter Sextium & Cornificium 354.b item Caſsiũ & Dolobellam ibid.
Certamen primum inter ciues in Vrbe factum, ubi? 195.b
Certamen primum in Sicilia inter Romanos & Carthag. 449.a
Certamen nauale inter Cæſarem & Pompeium 431.a
Certamen Sextij & Ventidij pagina 355.b & inde
Certamen, uide Bellum & Pugna
Certatio Cornificij & Sextij, de Africæ diſceſſu 355.a
Cæſarem ſe eſſe non regem inquit Cæſar 270.a
Ceſſarus Luſitanorum dux 472
Cethegus coniungit ſe Syllæ 204
Cethegus in Numidiam profugus Mario ſe coniungit 197.a
Cethegum indemnatum contra leges publica ſuſtulit Cicero pagina 229.b
in Chalcidẽ fugit Archelaus 136
in Chalcedonis porta oppreſsio militum à Mithridate facta pagina 146.b
Chij ad Mithridatem capti ducuntur 134.b
Chiorum ciuitatem occupat Zenobius Mithridatici exercitus dux 134.a
Chijs iraſcitur Mithridates ob ſocietatem Romanorum ibid.
Chios ſcripſit inter Romani populi ſocios Sylla 141.b
Chœnix Attica in exercitu Antonij quantum uenierit 110.b
Cholcos obire pergit Pompeius caſtrorum loca uiſurus 162.a
Chotenen inuadit Mithrid. 161
Cibis hoſtium utuntur Cæſariani ad Pharſalum 258.b
Cicero accuſat ſacrorum uiolatores 229.b
Cicero cum Q. fratre & fratris filio proſcriptus 341.b
Cicero minor in Græciam à patre miſſus 354.a.b
Cicero Nouus homo cur appellatus? 224.b
Ciceronis & Demoſtenis collatio 230.a
Ciceronem quo pacto tollere cupiunt coniurationis principes 225.b
Cilicia quomodo acceſſerit Romano imperio 80.a (157.a
Cilicia receptaculum piratarum
Ciliciæ partem occupauit Tigranes eiecto Antiocho Pio 163
Ciliciæ partem Ptolemæo Philopatori quis abſtulerit 58.a

Ciliciæ rex Polemon per Antoniũ conſtitutus 419.b
Ciliciam Aſperam habitare iuſsit ſubactos Piratas Pompeius pagina 159.a
Ciliciam impetit Antiochus 58.a
Cilices cur appellati piratæ 157
Cilices Piratæ ſine bello Pompeio ſeſe dedunt 159.a
Cimbros deuincit Cæſar 447.a
Cinna confoſſus à ſuis militib. perijt 203.b
Cinna & Marius in urbẽ regreſſi multam cædem faciunt 200 b. & deinde
Cinna hoſtis iudicatur, quare? pagina 198.b
Cinnam & Marium non uult imitari Sylla 141.b
Cinnam trib.pl. ita miſere diſcerpſit plebs ut nullæ extarent ad ſepeliendum reliquiæ 287.a
Cinnani contra Octauium ſeditionem mouent 198.a
Cirta Iubæ regia à Boccho Mauritaniæ regulo occupata 265.a
Ciui Romano quæ pœna, quantũuis ſonti nõ infligatur 234.b
Ciues ab iniuria tutos uult Sylla 195.b
Ciuium turba incorrupta paulatim ſe recolligit poſt necem Cæſaris 277.b
Ciuitas maritima cui comparata 34.b
Ciuitas pacari non poteſt niſi Iul. Pompeioq́; ex æquo adempta poteſtate 235.a.b
Ciuitatis ius denegatum, occaſionem præbet rebellionis 188.a
quas Ciuitates cõdiderit Seleucus 83.b & deinde
Ciuitates multas extruxit Pompeius 168.b
Ciuile bellum unde ſumpſit exordium 194.a
Ciuiles motus uarij poſt Syllæ dominatum 224.a
Clades ab Annibale in Italia facta 56.a
Clades ad Xanthum oppidum pagina 364.b
Clades Afrorum apud Nepherim 53.a
Clades Caucææ ciuitatis ingens 470.a
Clades Ilienſium quando facta pagina 137.b
Clades Illiturgitanorum magna cæſis mulierib. & paruulis et urbe funditus deleta 462.a
Clades in claſsi Cæſaris 423.b & deinde
Clades in exercitu Romano ſub Sabinio 499.a.b
Clades in exercitu Triarij 155.b
Clades in exercitu Vettilij 475
Clades ingens à Manlio facta 77 a. & deinde
Clades ingens Afrorum à Scipione facta 8.b
Clades ingens Antonianorum in direptione machinarum 106 b. & deinde
Clades ingens circa Vrbem 210
Clades ingens in exercitu Antiochi 47.a
Clades ingens in exercitu Archelai, ab Syllanis facta 133.a
Clades ingens exercitus Aſdrubalis à Maſaniſſa 27.b
Clades ingens exercitus Craſsi à Parthis 98.a
Clades ingens in exercitu Tigranis 154.a
Clades ingens Saguntinorum pagina 452.b
Clades in plebe facta à militib. Antonij & Cæſaris 416.b
Clades magna Luſitanorum pa= 473.a
Clades magna militum Curionis Cæſariani 243.b
Clades magna Romanorũ à Carthaginienſib. illata 2.a
Clades Pompeianorum 258.b
Clades Romanorum ad Pallantiã 484.b
Cladis ſub Craſſo acceptæ ultio 105.a
Clamando ut plurimum Romani pugnam ineunt 107.a
Claſsis Antiochi quaſſata tempeſtate 59.b
Claſsis Cæſaris cõtra Pompeium & Pompeij contra Cæſarem quanta 428.b
Claſsis Carthaginienſium noua quanta 51.a
Claſsis Flacci Fimbriæq́; tempeſtate fracta 136.b
Claſsis Mithridatis in Boſporanos parata ſuſpicionem inijcit Romanis 143.b
Claſsis Pompeij in Piratas quanta 158.a
Claſsis Romana in Africa quanta 2.a
Claſsis Romana in portu Chalcedonis à Mithridate ſuccenſa direpta ſpectantibus Cotta & Mido 146.b
Claſsis Pompeij quanta 245.a
Claſsis Scipionis ad Carthaginem 47.a.b
Claſſem ademerunt Carthaginienſib. Romani 1.b
Claſſem Antonij ad Cæſarẽ tranſuehit Bibulus 349.b
Claſsẽ & ſeſe dedidit Cæſari Caſſius 261.b
Claſſem Titij ſuccẽdere uult Pompeius 444.b
Claſſe præficitur Cimber à Caſsio Brutoq́; 374.a
Clazomene, à Piratis captũ, pagina 143.a
Cleopatra Demetrium maritũ occidit 88.b
Cleopatra Dolobellæ plus fauet quàm Caſsio 358.a
Cleopatra quid Antonio utilitatis, imò perditionis attulerit 106.a
Cleopatra Syra Ptolemæo copulatur 59.b
Cleopatræ & Antonij congreſſus 389.b
Cleopatram pro fratre reginam Aegypti conſtituit Cæſar pagina 262.a
Clementia mira Cæſaris 331.a.b
Clintidiones populi 500.b
Cliſthenes Leſbius cõſpirat in Mithridatem 135.a
Clodius ad Bouillas interfectus 232.a
Clodius Bythinicus à Cæſare occiditur 409.a
Clodius Ciceroni diem dicit 229
Clodius impudicitiæ accuſatus pagina 229.b

Clodium

Clodium Milonis opera oppreſsit Pompeius 231.b & inde
Cluentius fortiter pugnans cadit 192.a
Clupea ciuitate Carthaginieſium Romani pelluntur 45.a
Clypea ciuitas ubi 2.a
Clypeo ducenta tela excepit Cæſar 289.b
Cocceius amicus Cæſaris & Antonij 413.a
Cochorum origo unde 144.b
Cocos habere ſuos noluit milites Scipio 485.b
Cœlen Romanis ſubiecit Pompeius 163.b
Cœleſyriam impetit Antiochus 58.a
Cohortem integram concidit Sertorius ob uim illatam mulieri 218.a
Cohortes duas Marius Egnatius concidit 188.b
Cohortes prætorias à ſe amouit Cæſar 269.b
Cohortes quatuor liberat Scipio 42.a
Cohortes uigilum quando & cur inſtitutæ 440.b
Colchis bellum infert Mithridates 143.a
Colenda urbs obſidetur 492.b
Collatio Cæſaris & Alexãdri Magni 287.b & inde
Collatio Caſsij & Bruti 382.b 387.a
Colloquiũ Scipionis & Phameæ 43.b
Coloniæ Carthaginienſium quæ 1
Coloniæ duodecim plebi conceſſæ legis agrariæ & frumentariæ faſtidium fecere 181.b
Coloniarũ deductionẽ differendã in aduentum Antonij, uult Lucius & Fuluia 394.b
Coloniarum terminos à conſulib. deſcriptos nõ procul à Carthagine lupi abraſerunt 181.b
in Colonias deductæ Antonianæ legion. cedente Cæſare 395.a
Colonias quomodo deducebãt Romani 173.b
Columnæ Herculis ubi 447.b
Columnas Herculis quis ædificarit 448.b
à Comana ad Tigranem fugit Mithridates 152.a
Comitia dilata ob non bene addicentes aues 203.b
Comitia quomodo habenda uoluerit plebs ſub Syllæ dominatu 196.a
Comitiali malo ut multum in ocio tentabatur Cæſar 270.b
in Comitium ante bellum ciuile, nũquam telum illatum 171.b
Commeatus corrumpit Mithridates, ne Lucullo uſui ſint 156.a
Commeatus large ſummittit Amiſenſib. Mithridates 150.b
Commeatum Cæſaris intercipere conantur Murcus & Aenobarbus 368.a
Commeatum intercipiunt Numãtini 482.b
Commeatum mittit Carthaginem Aſdrubal 38.a
Commentum Phameæ ad transfugiendum, quale 44.a
Commentum prodigioſum Polyxenidæ 68.a.b
Commentum Sidenſium de inuadenda claſsi Romanorũ à Carthagmienſib. 51.b
Commentarij actorum Cæſaris in ædes Antonij delati 277.b
Commeſſationib. uacãs remiſsior factus eſt Sertorius 219.b
Commotio Italorum magna ob diuiſionem agrorum 400.a
Competitores conſulatus Craſſus & Pompeius 223.a
Competitores Pompeius & Aenobarbus 230.b
Compleganorum fraus uel ſtratagema 466.b
Concordia inter triumuiros quibus conditionibus facta 397.b
Concordiæ ædes quãdo & ubi Romæ conſtituta 183.a
Conditio Lucij militib. oblata aut pugnãdo fortiter mori, aut fœde ſe dedere 403.b
Conditiones pacis inter Syllam et Archelaũ Mithridatis ducem 138.a
Conditiones pacis inter Antoniũ & Cæſarem 415.a
Conflictus Annibalis & Scipionis 15.a 16.a
Conflictus Ceſſarij & Mummij 472.b
Confoſſus à quibus ſit Cæſar 271 a & inde
Congreſſus Fimbriæ & Syllæ pagina 140.b
Coniuratio Catilinæ 225.a
Coniuratio exercitus contra Mithridatem 166.a
Coniuratio militaris in exercitu Cæſaris occiſo Ser. Iulio pagina 357.a.b
Coniuratio quorundam in Mithridatem 135.a
Coniuratio Vari & Manij in Romanos 146.a
Coniurationis Catilinæ qui ex ſenatoribus conſcij 226.a
Coniurationis in Cæſarem initiũ 271.a
Coniurationis ſocij Catilinæ qui? 225.a
Coniurationes in populo Romano quando fieri cœptæ pagina 171.b
Coniurati et occiſores Cæſaris Capitolium occupant 356.b
Coniuratos corã ſe iubet occidere Cicero 226.b
Cõiuratores in necem Cæſaris qui 272.a
Coniuratorum ædes exurere parat plebs 287.a.b
Conoba latronum dux captus pagina 478.a
Conſilium Annibalis rectum de inferendo bello Romanis pagina 65.a
Conſilium audax ſed fœdũ 418.b. & deinde
Conſilium iracundum cur mutarit Antonius 303.b
Conſiliũ Lucij de ſuo exercitu datum Cæſari 407.a
Conſilium prudens Cæſaris de conſeruandis ciuibus. hac uoce STA SECVRVS 258.a
Conſilium uarium in caſtris Pompeianis de pugna cum Cæſare 252.b
Conſilio quorum interfectus Pompeius 260.a

Conſilia cur ſua tantopere celarit Antonius 307. b. & inde
Conſilia diuerſa apud Pompeium de perſequendo Cæſare 251. b & inde
Conſpiratio in Mithridatem patefacta 135.a
Conſpirationis conſcijs, implacabilis Antonius 392.a
Conſpirationis in Cæſarem conſcius, condemnatur Aenobarbus 411.a
Conſtantia Metelli contra Marium 184.a
Conſul creatur Scipio Africanus 46.b
Conſul fulmine ictus 199.b
Conſul ſolus ſine collega Pompeius primus factus 233.a
Conſul in decennium Cæſar pagina 269.a
Conſulis primum caput quando pro roſtris Romæ collocatum 201.b
Conſulem ſe deſignat Cæſar pagina 244.b
Conſulem ſeipſum creat Sylla pagina 215.a
Conſules deſignati & facti contra Antonium Hirtius & Panſa 312
Cõſules in Piceno à Spartaco gladiatore uicti 221.b
Conſules tempore Syllæ creati qui 213.b
Conſulares uiri multi à triumuiris oppreſsi 339.a
Conſulatum adeptus Cicero reiecto Catilina 224.b
Conſulatũ per amicos petere uult Cæſar 227.b
Conſulatu potiri ſaluis legibus Dolobella non poterat Cæſare interempto 279.a
Contemptus Craſsi cauſa quæ pagina 92.a
Contemptus legum apud Romanos 174.b
Contentio de lege Agraria inter Gracchum et Octauiũ 176.b
Contentio pia inter Quintum Ciceronis fratrem & filium uter primo cædi debeat 342.b
Contentio miſeris intẽpeſtiua 32
Controuerſiæ multæ & diſſentiones ob legem Agrariã 179.a
Copiæ Cæſaris poſt deuictũ Pompeium quantæ 438.b
Copiæ Mithridatis recenſentur 121.b
Copiæ nunquam maiores in acie quàm ad Pharſalum fuiſſe pagina 256.b
Copiæ omnes Pompeianæ in Epirum cum imperatore translatæ 241.a
Copiæ utriuſq; ad Pharſalum quãtæ 253.b & inde
Copiæ uide Exercitus
Copias ſuas quomodo auxerit Brutus 325.b
Coponius Carrenorum præfectus fugientes Craſsi milites excipit 100.a
Coponio uitam ab Antonio complexu impetrat uxor 350.a
Coria coquunt milites præ fame 130.b
Coria ſcutis detrahunt mandũtq; præ inopia milites 484.a
Corio ſcutis detracto paſti Numantini 491.a
Cor. Scipio Africanus patronus eligitur pro agris diuidendis 179.a
Cornelius Scipio contra Numantinos mittitur 485.a
Cornelius Scipio Naſica, quicũq; remp. ſaluam cuperet, ſe ſequi iubet in ſeditione 178.a.b
Cornelius Scipio quo tempore ætatis factus imperator 455.a
Cornelio Syllæ Mithridaticũ bellum decretum 123.b
Cornelia Pompeij uxor formoſiſſima 259.b
Cornutus in tugurio latitans, ſeruorũ aſtu ſeruatur à cæde 201
Corona donatur tribunus Baſilus à Sylla 136.b
Coronam auream Lucullo mittit Machares Boſporanorum rex Mithridatis filius 152
Coronam ſtatuæ Cæſaris qui impoſuit in carcerem deductus 269.b & inde
Coronam ubi ſibi primo impoſuit Tigranes 145.a
Coronæ aureæ quot in triumpho Cæſaris ductæ 267.a
Coronas donaq; militaria conijcit in rogum plebs 287.b
Coronauit centurionem Antonius qui Ciceroni caput præſecuit 342.a
Corollis delectari pueros agris milites inquit Ofilius 439.a
Corpus Bruti inuolutum coccina ueſte mittit matri Antonius Seruiliæ 388.a
Corpus Cæſaris in forum delatum à Piſone 285.a.b
Corpus Clodij in urbe mox in Senatu delatum 232.a
Corpus Viriati qua pompa ſepultum à ſuis 480.b
Corpus ſepeliri uolũt publicè Cæſaris amici, inimici negãt 282
Corporis ſui cuſtodes quingentos Thracas habuit Pruſias 117
Corpore eximius & pulcher Cæſar 289.a
Corruptus trecentis talentis Cinna quibus faueat 198.a
Corrupti Trr. pl. ab Antonio ſilent 304.a
Cotta uir imbellis fugit Mithridatem 146.a
Cragum caſtellum maximum Piratæ ſine bello Pompeio dedũt 159.a
Craſſus ab Abgaro Armenio deceptus 95.a et deinde. eius acies 96.a
Craſsi mors deſcribitur 103.a
Craſsi, ſalſe reſponſum 101.b
Craſtini centurionis uirtus in acie Pharſalica mirè enituit 259
Crines ſuos ſibi abradi patiuntur Carthaginiẽſium mulieres, ut cordas catapultis cõficiãt 37
Critias tyrannus 126.b
Crixus Spartaci gladiatoris dux uictus 229.a
Crudelitas Annibalis in Saguntinorum pueros 452.b
Crudelitas & impotentia Syllæ 214.a
Crudelitas Mithridatis 161.b & deinde
Crudelitas nimia in Romanos milites 123.b & deinde

Crudelitas Syllæ in ciues Romanos 205.b
Crudelitas Syllæ in Piræenſes 130.b
Crudelitatis in Craſſum rex Orodes dignas pœnas dedit 104
Culcitras præter fœnacias ſuos milites noluit habere Scipio pagina 485.b
Cuma deficiens, poſt naualem uictoriam rurſum Antiocho iungitur 68.b
Cuniculis ductis machinæ Romanorum conſidunt 129.b
Cuniſtorge hybernat Galba pagina 473.b
Cuniſtorgis urbs à Luſitanis capta 472.b
Cunctator Sylla contra Archelaum 132.a
Curiã in qua occiſus Cæſar plebs ſuccendit 287.a
Curio apud plebẽ gratioſiſsimus 234.b & inde
Curio Nicomedem & Ariobarzanẽ in propria reſtituit 141.b
Curionem Catoni in Sicilia iuſsit ſuccedere Cæſar 241.b
Curius Latronum dux Max. Aemyliano negotium exhibet pagina 477.b
Currus & plauſtra Antonij inuadit Phraates 106.b
Currus falcati 122.a
Currus falcati in exercitu Antiochi 72.b
Currus iugum dum Proſerpinam rapit, ubi fregiſſe dicatur Pluto 375.b
Cuſtodia continua nihil miſerius 270.b
Cuſtodiæ ad omnes urbis exitus poſitæ ne quis proſcriptorum effluat 338.b & inde
Cyprum curat ad perſequendum Piratas Metellus Nepos 158.b
Cyzicena ciuitas ab Ioue data in dotem Proſerpinæ 148.a
Cyzicenorũ in oppugnatione reſiſtentia 147.b & deinde
Cyzicum oppugnat Mithridates 147.b

D

DAiſi pop. 501.a
Dalmatæ pop. 501.a
Dalmatæ Illyrios inuadunt pagina 498.b
Dalmatarum nomẽ unde 498.b
Dalmatis cur arma intulerint Romani 498.b
Damagoras claſsis præfectus pagina 125.a
Dardani pop. 494.b
Dardanos depopulatur Sylla & proximas quaſq; gentes propter Macedoniæ infeſtationẽ 138.b
Darius Pharnacis filius Mithridatis nepos ab Antonio rex ſalutatus 419.b
Dario Medo bellum infert Pompeius 163.b
Darſij pop. 494.b
Daſeretij pop. 494.b
Datus urbs quæ antè Crenides pagina 375.b
Decemuiri Romæ creati 326.a.b
Decimare legionem nonam ſeditioſam ad Placentiam uult Cæſar 244.a
Decimatio militum Antonianorũ ob deſertum locum 107.b
Decimationem fieri poſtulant Cæſaris milites ob fugam factam 251.a
Decimauit legiones Macedonicas Antonius 310.a
Decimauit duas legiones Craſſus 221.b
Decimi, in hoſtes & Antonianos pietas 325.b
Decuriones Peruſinos in carcerẽ miſſos poſt necat Cæſar pagina 408.b
Deditio Numantinorum facta Scipioni 491.b
Deditio Pompeianorum in nauali pugna 436.b
Defectio Hetruſcorum Vmbrorumq; deſcribitur 191.a
Defectio Hiſpanorum à Romanis 465.b & inde
Defectio multa à Mithridate ad Romanos 164.b & deinde
Defectio multorum ob ius ciuium denegatum 188.a
Defectores Illyrij mortuo Cæſare Atinium fugant, Bebium uerò interficiunt 499.b
Defenſor Cæſaris in ſenatu Curio 236.b
Deiotari regis in Craſsi cauillationem ſalſe reſponſum 91.b
Delphicum templũ inuadunt Celtæ 495.b
Delphos caſtra poſuiſſe Celtas Cimbroſq; quid mali pepererit 495.a
Defendere ſua maluit Pompeius Magni filius quàm aliena inuadere 399.b 425.b
Demetrius Antigoni filius cur rex ab exercitu appellatus 82.a
Demetrius cur Soter appellatus 79.a
Demetrius obſes Philippo patrĩ reſtituitur ob nauatam operã contra Antiochum 66.b
Demetrij mors, ab uxore occiſi 88.b
Demetrium Ionium mare deprædantẽ interemere Romani pagina 497.b
Demochares Cæſaris claſſem inuadit 423.b
Demoſtenis Ciceroniſq; collatio 230.a
Demoſtenis in patriam reditus quomodo uulgo exceptus pagina 230.b
Deprecatore non opus habere ſe dicit Cato 265.b
Deſperat de regno ſuo Mithridates 152.a
Deſperat de ſalute ſua Craſſus pagina 100.a
Deſperatio furorem facit 461.b
cum Deſperatis non pugnandum 21.b
Deorum inuocatio 15.b
Deum cur cognominarunt Mileſij Antiochum, Antiochi Soteris filium 87.b
Diadema Alexandro uento abreptum, & ex arundineto per Seleucum relatum quid portenderit 83.a
Diadema Cæſaris capiti impoſitam ab Antonio 270.b
Dianæ ædes munitur à Gracchanis 182.b
Dictator creatus à populo Cæſar

ſar 244.a
Dictator creatur Sylla 213.a
Dictator perpetuus ſecundus poſt Syllam C.Cæſar dictus 172.b 269.a
Dictaturam non ineundam conſtituit legem Antonius 301.b
Dictaturam per uim occupat Sylla 172.a
Dicterium Tigranis in Romanos 153.b
Dictum ſalſum in dicacem quendam Syllæ, notatu dignum pagina 215.b
Dido mulier Tyria ut nonnulli uolunt Carthaginem cõdidit 1.a
Didonis aſtus ibid.
Dies dicta Mancino ob fœdam cum Numantinis pacem pagina 483.b
Dies dicta omnibus Cæſaris percuſſoribus à Cæſare Octauio 332.a
Diem dixit Ciceroni Clodius pagina 229.b
Dindymum montẽ conſcendit Mithridates inde oppugnaturus Cyzicenos 148.b
Diocles Mithridatis dux, cum copijs & auro & alijs rebus ad L.Lucullum trãsfugit 150.a
Diogenes Archelai filius cæſus 135.b & deinde
Diogenes Aſdrubalis amicus à Scipione impetitur 52.b
Dionyſus cur dictus Mithridates 118.a
Dionyſius Eunuchus Mithridatis dux à L. Lucullo captus ueneno ſe interficit 149. & deinde
Diophanes Seleucũ ſuperat 69.a
Dioſcuriades ciuitas reliquiæ ſunt Argonautarum & Caſtorum ut uolunt quidam 161.a
Dira deuota in Carthaginis reſtaurationem 56.b
Diræ imprecationes in Carthaginis inſtauratores 1.b
Diris deuotus ab Ateio Craſſus pagina 91.a
Diris deuotionibus quid tribuant Romani 91.a
Direptio rerum Antonianarum à Parthis 112.a
Diripitur à militib. Cæſaris Gomphos Theſſaliæ oppidũ 251.b
Diſceptationes regũ ciuitatumq; ſuo arbitratu componit Antonius 392.b
Diſſentio conſilij inter Caßium et Brutum, de bello gerendo pagina 359.a.b
Diſſenſio in ſenatu ob necem Cæſaris 278.a
ex Diſsidijs Romanorum in Italia occaſionem ſibi ſumpſit Mithridates inuadendis alijs prouincijs 139.b & deinde
Diſſentiõis capita Caſsius & Brutus 406.b
Diſcordia ciuium quid mali pariat 172.a
Diſcordia ducum in exercitu quid mali pariat 109.a
Diſcordia quid mali pariat 267
Diſcordiæ ciuiles à quibus ortæ et auctæ 173.a
Diuites ægerrimè ferunt legem agrariam 175.a
Diuitum Romanorum impoſtura 174.a
Diuitiæ multæ in gazis Mithridatis inuentæ 168.b
Diuitias propter cæſus Statius octogenarius 344.a
Diuino inſtinctu omnia agebat Scipio 457.b
Diuinos omnes à caſtris exegit Scipio 485.b
Docleatæ pop. 500.b
Dolobella in Cinnam inuehitur 276.a
Dolobella militi ceruicem feriendam præbet 358.b
Dolobella occidit Trebonium pagina 357.b
Dolus in Romanis notatur 121.a
Dolus L. Manij in Mithridatem 147.a
Dolus Parthorum in Romanos 110.b & deinde
Dolus Phraatis à Mardo detegitur 108.a
Dolus Q. Popedij in Q. Cepionem 190.a
Dolus Surenæ ut Craſſum deciperet 101.b
Dolo Barbatij multi Antonianorum deficiunt ad Cæſarem pagina 401.b
Dominatum in Vrbe primus Sylla armis adeptus eſt 197.b
L.Domitius mittitur contra Cæſarem 238.a
Domitium oppugnat Cæſar 239.b & inde
Dona data Pompeio à Tigrane, quæ 163.a
Donatiuum datum militib. à Caſsio 373.b
Donatiuum datum militibus à Scipione 457.b & deinde
Donatiuum ſuis dat Brutus 381.a
Donatiuum ſuis dat militib. Caſſius 369.a
Dos Proſerpinæ data ab Ioue Cyzicena ciuitas 148.a
Dorylaus exercitus Mithridatici dux 135.b
Dromichetes à Mithridate Archelao in ſubſidium miſſus 128.a
Ducem ſibi eligunt Viriatum Luſitani 474.b
Duces ad perſequendos Piratas quomodo & qui à Pompeio diſpoſiti 158.b
Duces boni qui ſint iuxta Scipionis mentem 486.a
Duces Mithridatis exercitus qui 121.b
Duces Mithridatis paſsim ad L. Lucullum transfugiunt 152.a
Duces Pompeiani ſibi manus inferunt 268.b
Ducum abſentia in exercitu quantum malorum inferat 133.a
Dyrrachus Neptuno prognatus ab Hercule occiſus 240.b
Dyrrachium, num idem oppidum quod nonnulli Epidamnum uocant 240.a
Dyrrachium Pompeij promptuarium 247.b
Dyrrachium unde dictũ, & à quo conditum 240.a
Dyſenteria laborat exercitus Põpeij ad Numantiam 482.b

E

EBurneis ſellis ut ius diceret cõceſſum Cæſari 269.a
Edeatæ pop. 501.a

Edictum de conferendis pecunijs diſcerptum à plebe 416.a
Edictum triumuirorum proſcriptorium 337.a
Effigies nobilium in triumpho duxit Cæſar excepto Pompeij, quare? 266.b & inde
Egeſtas Romanorum tempore Mithridatici belli 123.b
Egnatius ſeruata ſua turma, male audijt ob deſertum imperatorem Craſſum 100.a
Elatus uictoria Pompeius 429.a
Elephanti inter ſeſe in ſpectaculis commiſsi 267.a.b
Elephantes in exercitu Antiochi 72.b
Elephantorum furor uel in ſuos, ubi læſi fuerint 467.b
Elephantorum uenatio deſcribitur 4.a
Elephantos Carthaginienſib. ademerunt Romani 1.b
Elephantos in Hiſpaniã ducit Scipio minor 27.a
Elephantos in Syria Romani interficiunt 78.b
Eliodorus regni affectator, occiſor Seleuci regno pellitur 78
Eloquentiæ, rebusq; gerẽdis iuxta aptus C. Cæſar 224.a
Eloquentiſsimus omnium Cicero 342.a
Eloquentiſsimus uir Curio Cæſaris inimicus 235.a
Enderateam ciuitatem obſidet Lucullus 470.b & inde
Epaminondæ diesdicta 76.b eius defenſio qualis 77.a
Epheſij Zenobiũ iuſſerunt ad portam arma deponere 134.b
Epheſiorũ crudelitas in Italos hoſpites 124.a
Epheſiorum defectionis & impietatis in Italos pœna 142.a
Epheſiorum in Romanorum effigies ſæuitia 123.b
Epidamnus rex quo loco quas urbes condiderit 240.a
Epidamnum ciuitas, nũ eadẽ quæ Dyrrachium 240.a
Epitaphium ſepulchri Pompeij in littore 260.b
Epulum poſt triumphum amicis præbuit Scipio 24.b
Epulum præbet ſuis Mithridates 144.a
Equos omnes adimit Lambracenſibus Cæpio 480.a
Equites in cœlum efferunt Cæſarem 229.a
Equites Gallos quot habuerit Cæſar 245.a
Equites mille ſexcenti ab Sylla & Senatores quadraginta proſcripti 211.a.b
Equites Mithridatis quot 114.b
Equites Pallãtini Scipioni infeſti 472.a
Equites quomodo exercuerit Scipio 486.a
Equites Syllani Marium ad necẽ quærunt 197.a
Equitum aduerſariorum facies petere iuſsit Cæſar, unde ortum uictoriæ initium 257.b
Equitum magiſter Octauius Cæſar 294.a
Equitum ſenatorumq; diſſentio 186.b
Equitatuũ Annibalis Scipionisq; conflictus 13.b
Eriſana urbs obſidetur 478.a
Erratum ſuum fatetur Cæſar, quòd ad Dyrrachium caſtra poſuerit 251.a
Error Antonij in ductando exercitu quantus 106.a.b
Eruptio tentata non ſemel à Lucio, ſed fruſtra 402.b
Erythras miſſa Chiorum arma et obſides 134.a
Eſsios inſula 496.b
Eubœam curat ad perſequendos Piratas L. Cinna 158
Euergetes cur appellatus Mithridates 118.a
Eumachus à Mithridate Gallogræcis impoſitus à Satrapis eijcitur 133.b
Eumenes Cappadociæ Satrapa Macedonum hoſtis, Mediam occupat 81.a
Eumenes Pergami rex ſpernit affinitatem Antiochi 59.b
Eumene quomodo uſus Sylla pagina 138.b
Eupator quis dictus 118.a
Eupatoria ciuitas à Mithridate cõdita à L. Lucullo oppugnata 150.a
Euphratem ponte ſtrato tranſit Craſſus cum exercitu 91.b
Examen apum altari Pompeiano inſedit, dum pugnam inire cenſuiſſet contra Cæſarem pagina 253.a
Execratio in eum qui pecunias in uſus belli Gallici poſitas attrectare auſus ſit: ſed hanc eludit Cæſar 241.b
Exclamatio L. Piſonis in ſenatu contra interfectores Cæſaris 282.a
Excubiæ in urbe factæ poſt necem Cæſaris 277.b & inde
Excuſatio Antonij ad obiecta Cæſaris Octauij 298.b
Excuſatio Cæſaris ad Cocceium, de excluſione à Brundiſio Antonij 413.b
Excuſatio Cæſaris ad obiecta Lucij 397.b
Excuſatio Cæſaris de Antonio 400.b
Excuſatio Cleopatræ ad Antoniũ 392.b
Excuſatio pulcherrima Scipionis de obiecto crimine 76.a
Excuſatio Syllæ ad plebem 195.b & deinde
Exemplum à Lacedæmonijs ſumptum, neceſsitatem lege carere 46.b
Exemplum animaduerſionis militaris in Craſſo 222.a
animoſi ducis & legati in Popilio 88.a animoſi regis in Mithridate 165.a
aſtutiæ in Didone 1.a
audacis decurionis, in Cominio caſtra hoſtium peruadentis 466.b audacis ducis in Sylla 195.b audaciſsimi ducis in Cæſare 238.b
beneficij immemoris & impij inſidiatoris in Ptolemæo Ceraunio, qui Seleucum protectorem ſuum occidit 86.a
beneuolentiæ in Philippo Macedone 67.b & deinde
callidi ducis 263.b


callidi

callidi ducis in Viriato 478.
b & 474.b
callidi filij patrem ſeruantis
350 a
charitatis in matribus Cartha
ginienſium 29.b crude=
litatis 133.b immenſæ in
Carthaginienſibus 22. b
in Fimbria 137.b punitæ
in Orode 104.a deſperan
tium in Aſtrapis 462. a.b
ducis fortiſsimi in Scipione pa
gina 54. b magnifici in
Cæſare 250.a pij & ſeduli
in Antonio 109. b ſtre/
nui, in Maſaniſſa 4.b 26.b
in Scipione 485.b
Exemplum ducum impotentium
in Cotta & Nudo 146.b
facundiæ militaris in Antonio
108. a fidei ſeruatæ
in Attilio Regulo 2.b 22.b
fortis centurionis in Scæna
249.b fortitudinis deſpe/
ratæ in Catone Vticenſi 265
b in Xanthijs 365. a.b
generoſæ in Publio Craſsi fi/
lio 98. a immenſæ in Se-
leuco 83.b fortitudinis in
muliere 218. a fortitudi/
nis uxoriæ in uxore Acilij pa=
gina 349. b militaris in
mulieribus 162.b
Exemplum fortunæ mirè ludentis
in Murco & Barbula 353.b
& inde. Item Lepido Balbi=
noq; ibidem. uariæ ac mi
ſeræ in Craſſo 99.b
Exemplum fortunati hominis in
rebus perditiſsimis in Mario
197.a
Exemplum iactantiæ immenſæ in
M. Craſſo 90.b & deinde
Exemplum imperatoris fortiſsi/
mi 485.b
Exemplum impietatis in filio pa=
trem prodentis 341.b
item in eodē mox punitæ ibid.
impiæ mulieris & auaræ in
Fuluia Antonij uxore 345.b
impij patris filium amoris fœ
di ergò ſuſtollentis in Catilina
224.b 116.a
impij patris in Tigrane 162
Exemplum impotentis ducis &
ſuperbi in Sertorio 145.a
incorrupti & conſtantis uiri
76. a inconſtantis animæ
uiri in Pompeio 441.a
ingratitudinis in Lenate pa/
gina 342.a ingratitudi/
nis maximæ, in Carthaginien
ſibus 2.a.b
Exemplum iniuriæ immemoris in
Meſſala 433.b inobe/
dientiæ mulctatæ 6.b
iuſtitiæ in Pompeio 162.b
laboris continui & ſedulitatis
in Maſaniſſæ militibus 5.a
magnanimitatis in Annibale
& Scipione 62.a.b
Exemplum militum fidorum &
fortium 101.b militum
bonorum 109.b
Exemplum mortis contemptæ in
Sophoniſba, uenenum potius
bibētis, quàm Romanis ſeruiat
10.b mulieris deſperatione
fortiſsimæ in uxore Aſdruba/
lis 54.b & deinde
muliebris fortitudinis 479.a
mulierum impiarum 224.b
patris occidentis filium in Mi
thridate 164.a perfidiæ
in Carthaginienſibus 22.b
Periurij puniti 104.a
Exemplum pietatis filialis in pa=
trem ſenem humeris efferen=
tis 350.a & inde
pietatis fortitudinisq; mulie/
bris in matre Antonij Luce/
ium ſeruantis 349.a pie=
tatis in Craſſo 223.a
pietatis in libertis heros ſer=
uantibus 351.b & inde
pietatis in milite imperato/
rem carbonarij cultu fugien=
tem agnoſcentis 350.a
pietatis in Scipione 13.a
pietatis muliebris totum ſuum
mundum pro marito traden=
tis 349.b & inde
pietatis mutuæ patris & filij
in duobus Metellis 350.b
pietatis ſeruilis in herum Mar
cium, domi à ſeruis conſerua/
tum 351.a & deinde
pietatis ſeruilis in ſeruato Ven
tidio 352.b pietatis ſerà
uilis pro hero Appio occum=
bentis 351.b pietatis ſer=
uorum libertorumq; in pro/
ſcriptis heris 340.a
uxoriæ 350.a & inde
Exemplum pij patris, in Seleuco
84.b pij principis in Sci=
pione 56.a proditionis
mulctatæ 11.b prudentis
ducis in Viriato 474.b
& inde punitæ proditio=
nis paternæ in filio 341.a
ſacrilegij puniti in Antiocho
Magno 88.a ſerui fortiſ=
ſimi et in hero fidiſsimi 344
pietatis in ſeruo 344.b
temeritatis cupiditatisq; pu/
nitæ in Craſſo 99.b
tolerantiæ, in Mithridate pa-
gina 114.b uxoriæ pie=
tatis in uxore Acilij 349.b
uxoris impiæ maritum pro=
dentis 343.b uxoris peſ=
ſimæ maritum occidentis 88.b
uxorum malarum 224.b
Expectatio omnis malo moleſtior
425.b
Expeditio Cæſaris contra iunio=
rem Pompeium 267.b
Expeditio Cæſaris in Galliam pa
gina 419.b
Expeditio Mithridatis in Rho=
dios 123.b
Expeditionem parat in Getas &
Parthos Cæſar 270.b
Exercitus Antonij Galliam peten
tis quantus 311.b
Exercitus Antonij quantus 105.
b. & deinde
Exercitus Aſdrubalis quantus pa
gina 4.a
Exercitus Bruti, extincto impera
tore petit pacem ab Antonio
& Cæſare 388.a
Exercitus Carthaginienſium con
tra Scipionem quantus pa=
gina 458.b
Exercitus Caſsianus ad ſinum Me
lanen quantus 369.a
Exercitus Catilinæ quantus pa=
226.b
Exercitus Cæſaris ad urbem pro=
perans, magnam eius partem

occupat 330.b
Exercitus Cæſaris cur minus moriꝑerus 396.b
Exercitus Cæſarianorum Caſſianorumq́; ad Philippos quãtus 376.b & inde
Exercitus Cæſaris præſtantia: conſtans ex ueteranis militibus 252.a
Exercitus Cæſaris in Pompeium, & contrà Pompeij in Cæſarẽ quantus 254.a
Exercitus Cn. Pompeij fugatus 190.b
Exercitus conſulum cõtra Syllam 205.a
Exercitus Cor. Scipionis in Hiſpaniam quantus 455.b
Exercitus Craſſi cæſus 103.a
Exercitus Domitij in Antiochum quantus & quomodo inſtructus 71.b Item Antiochi quantus & quomodo inſtructus 72.a
Exercitu exarmari nõ deberi Cæſarem, quàm Pompeius ſuum dimiſiſſe 236.a
Exercitus Fabij Maximi Aemyliani contra Viriatum quãtus 477.a
Exercitus Lepidi tranſit ad Antonium 327.b
Exercitus L. Caſſij 121.b item Manij ibid.
Exercitus Lucij & Vẽtidij ad ſuccurrendum Lucio profectus, à Cæſarianis reijcitur 403.a
Exercitus Lucij in Cæſarem quantus 399.a
Exercitus L. Luculli quantus contra Mithridatem 146.b
Exercitus Lucij noctu clàm urbẽ ingreditur fugiente Lepido 401.b
Exercitus Lucij reliquiæ quò diffugerint 409.a
Exercitus L. Scipionis contra Cæſarem 264.b
Exercitus Metelli quantus ad Numantiam 481.b
Exercitus Mithridatis contra L. Lucullum quantus 150.b
Exercitus Mithridatis poſt acceptam cladem à Lucullo quantus 154.b
Exercitus Mithridatis ſuoipſius uitio periꞇt 160.b
Exercitus nouus Archelai quãtus 131.b
Exercitus pereat neceſſe eſt, duces ubi abſunt 133.a
Exercitus Pompeij in Piratas quãtus 158.a
Exercitus populi Romani in Antiochum quantus 64.a
Exercitus quando primùm hoſtiliter Vrbem ingreſſus 196.a
Exercitus reliquias circa Thermopylas colligit Archelaus 131.b
Exercitus Rodiorum contra Caſſium quantus 359.b
Exercitus Ro. in Antiochũ quantus 65.a
Exercitus Romanorum in deſertores, & deſertorum in Romanos quantus 188.b
Exercitus Romanus tertij belli Punici quantus 28.b
Exercitus Scipionis ad Numantiam quantus 489.b
Exercitus Scipionis in Africa quãtus 5.a.b
Exercitus Spartaci gladiatoris à Craſſo funditus deletus 222.b
Exercitus Spartaci gladiatoris quantus 221.a
Exercitus Spartaci gladiatoris conciditur 222.a
Exercitus Syllæ in Patriam quantus 204.a
Exercitus Tigranis contra Lucullum quantus 153.b
Exercitus uide Copiæ
Exercitui uictori Pompeius præmia diſtribuit 169.a
Exercitum ad Vrbem ducit Cæſar 241.a.b
Exercitum ad Vrbem ducit Cinna & reliqui exules 199.a
Exercitum Antonij & Bactris, imò & Indis terribilem, una Cleopatra reddidit inutilem 106.a
Exercitum Caleni cur ſibi aſſumpſerit Cæſar 413.b
Exercitum Cæſaris à Brũdiſio incolumem aduehit Antonius pagina 249.b
Exercitum colligit Lucius ex Antonianis colonijs 401.b
Exercitum contra Pompeium & patriam duxit è Gallijs C. Cæſar 172.b
Exercitum cui præerat Calenus Cæſar ſibi aſſumit cum prouincijs Gallia Hiſpaniaq́; ſine certamine 409.b
Exercitum Domitij benigne excipit Cæſar 240.a
Exercitum Furnij Cæſar inuadit 401.a
Exercitum haud contemnendum ex proſcriptis fugitiuisq́; ſibi conciliat Vitulinus 344.a
Exercitũ in Hiſpanijs purgat Scipio 485.a
Exercitum parat Cæſar 308.b & inde
Exercitum Pompeius in Armeniam contra Tigranem mouet 162.b
Exercitum Pompeij concidũt Numantini 481.b
Exercitum præſtantiorem nullus præter Antonium imperatorũ unquam habuit 109.b
Exercitum retinere uult Cæſar tantiſper dum ſuum tenet Pompeius 234.b
Exercitum Saluidieni dedit Antonio Cæſar 416.a
Exercitum ſuũ Lucius dedidit Cæſari 407.b
Exercitum ſuum ut augeat Decimus quidam amicorũ ſuadent, quare 302.b
Exercitu Antonij uti non uult Cæſar: cur? 426.a.b
ab Exilio Metellus reuocatur pagina 185.b
Exul Cicero, reuocatur opera Põpeij 230.a
Exules Carthaginienſes ad Maſaniſſam confugiunt 25.b
Exules proſcripti & refugi quò potiſsimũ ſe contulerint 348
Exulum in patriam reditus 419
Exulibus concedit reditum Cæſar uno Milone excepto 244.b
Exulibus nobilibus reditus patet, ob initam inter imperatores pacem

pacem 418.b
Exulare Metellus cogitur, quia iurare noluit 184.b
Exulatum ad Volſcos abijt M. Coriolanus 171.b

F

FAbius à Lucullo relictus Mithridaticos fundit 155.a
Fabula de Solis bobus dormiente Vlixe & ſocijs abſumptis, pagina 435.a
Fabula ruſtici & pediculi 214.a
Factio popularis Carthaginienſium, multos ciues exilio mulctauit: iuramento facto, nunquam reuocaturos in patriam 25.b
Factio Sertoriana in Hiſpania, quibus ducibus cæſa 145.a
Factiones uariæ inter Carthaginienſes poſt bellum Punicū ſecundum 24.b
Facultates ſuas ſub triumuiris ciues profiteri coguntur 348.a
Facundus, L. Marcus Cenſorinus 31.a.b
Facundiſsimus in concionibus ad milites Antonius 108.a
Facundiſsimus & eloquētiſsimus Cicero 224.b
Fames 417.a
Fames apud Carthaginienſes 53
Fames Athenienſium 129.b
Fames Carthaginienſium 50.a
Fames cogit Cæſarianos pugnare 382.a
Fames cogit recedere ad interiora regni Mithridatem 160.a
Fames & rerum penuria Scipionem pugnam inire compellit 458.b & inde
Fames in caſtris ad Pallantiam 484.a
Fames in caſtris Antonianis & Cæſarianis 377.a
Fames in caſtris Rom. 471.a
Fames in caſtris Pompeij, expreſſit petere colloquium 443.b
Fames in exercitu Antonij 110.b
Fames ingens in caſtris Carthaginienſium 27.a
Fames ingens in Piræo 130.b
Fames in obſidione Præneſtina 208.b
Fames in Vrbe 244.b 396.b
Fames in Vrbe propter Pompeium 416.a
Fames Numantina 490.b
Fames premit obſeſſos Peruſiæ pagina 402.b
Fames urget pacem componere 418.a
Famem intentat Vrbi Sex. Pompeius 395.b
Fame coacti multi ſe dedunt 188
Fame compulſi Dalmatæ Cæſari ſe dedunt 505
Fame domiti Salaſsi 501.b
Fame laborat Aſdrubal 27.a
Fame laborat Italia 399.b
Fame multi necati 189.a
Fame perſequēdum Lucullum ſuadet Mithridates quàm collatis ſignis 153.b
Fame preſſus populus Pompeium annonæ præficit 231.a
Fame premitur Peruſiæ Lucius 403.b
Fame quidam proſcriptorum conficiuntur 339.b
Fame uictum ſe non armis confitetur Lucius 405.a
Fame uincere Cæſarem non armis conatur Pompeius 252
Familiaritas Antonij & Cæſaris 426.b
Fana Laodicenſium diripuit Caſſius 358.b
Fannius Lelij gener fortiter cōtra Viriatum pugnat 477.b
Faſces deponere noluit iubente ſenatu C. Cæſar 172.b
Faſces lictorum confringit plebs in ſeditione pro Gracchho pagina 177.a
Faſtus Antonij deſcribitur 310.b
Faſtu Cleopatræ offenſus Lucceius ad Cæſarem tranſijt 349
Fato, urbis imperium debetur tribus Cornelijs 225.b
Fatorum neceſsitas 84.a
Fatale fuit Carthaginem deleri pagina 51.a
Fauor largitionibus quæſitus pagina 369.a
Fauor militum uehemens erga Lucium 400.a
Fauor plebis ad conſules contra Syllam 205.a
Fauor ſenatus in Pompeium pagina 234.a
Felix per omnia Sylla 216.a
Felicior ſua ætate nullus fuit Sertorio 219.a
Feliciſsimus Sylla & mortuus hoſtibus terribilis 217.a
Felicitas Cæſaris quàm multis terrori maximo eſt 261.b
Ferentarij primi prælium incunt ad Pharſalum 357.a
Fertilitas magna agri Campani 228.a
Feſulæ occupantur à C. Manlio in coniuratione Catilina 225.a
Feſta conclamatio per Italiam ad pacis initæ nuncium 419.a
Fictionis arguit Cæſarem Lucius 400.b
Fides Maſaniſſæ à P.R. remunerata, quomodo 12.a
Fides nuſquam tuta proſcriptis, ne apud domeſticos quidem pagina 339.b
Fides Punica 2.b
Fides ſeruorum quorundam in heris proſcriptis 340.a
in Fidei ædem ſenatus cogitur ob ſeditionē plebis pro Graccho 178.a
Fidebat nemini Sertorius 219.b
Filius patrem proſcriptum prodidit: idem à militibus patris percuſſoribus cæſus 341.b
Filium aureis cathenis uinxit Mithridates 143.a
Filios proprios occidit & in ignem cōiecit Aſdrubalis uxor 55.a
Filios proprios occidit Tigranes, quare? 162.b
Filiam Pompeio collocat Cæſar 229.a.b
Filiæ Mithridatis ad Pompeium abductæ 165.a
Filiæ Mithridatis hauſto ueneno corruunt 166.a.b
Filias ſuas potentiſsimis quibuſq; collocat Mithridates 161.b
Fimbria uir ſenatorius Flacci ſocius 136.b
Fimbriæ mors 141.a
Fimbriam cur uocarint Athenio-

nem Syllani milites 141.a
Flaccus ad Celtiberos mittitur pagina 493.a
Flaccus contra Syllam in Aſiam proficiſcitur 136.b
Flaccum occidit Fimbria pagina 137.a
C. Flaminius à Cæſare occiditur 409.a
Fleuit Scipio Carthagine deleta 55.b
Flumen Numantinum aliò deriuare uult Pompeius 482.a
Flumen Numantinum quo pacto coniunxerit Scipio 489.a
Fœdus inter Pompeium & Cæſarem uter prior uiolarit pagina 421.b
Fœdus tertio ictum cum Carthaginienſibus 23.b
Fœderis cum Antiocho icti forma ære inſculpta 75.b
Fœdera Cæſaris Pompeijq; turbata 420.a
Fœdifragi ſubinde Carthaginienſes 35.a
Fœlicitas nõnullis perniciem adfert 2.b
Fœlicitati non inſolenter abutendum 75.a
à Fœnore abhorruerunt Romani ueteres 193.b
Fœneratores Aſellium prætorem è medio tollunt 193.b
Fœneratorum ſeditio 193.b
Fœminæ quàm uiro ſimilior Craſſus, ſi quis Surenæ credit pagina 103.b
Formidoloſa Romanis Gallia pagina 303.b
Fortis in bello quis uere dicatur 487.a
Fortitudo Craſtini centurionis in acie Pharſalica, in qua & occubuit à Cæſare laudata pagina 259.a
Fortitudo Lucianorum in eruptione 404.a
Fortitudo Maſaniſſæ 26.b
Fortitudo Numantinorum pagina 481.b
Fortuna fortiter ferenda ubi quis ſemel in alienam poteſtatẽ deuenerit 147.b
Fortuna mentem ademit Pompeio ne uictor eſſe poſſet pagina 445.a
Fortuna neſcit uti Pompeius pagina 425.b
Fortunæ fauor in Sylla 215.b
Fortunæ plus quàm conſilijs fidebat Cæſar 248.b
Frantanorum à Romanis defectio 188.a
Frater pro fratre proſcripto cædi petit & cæſus eſt 343.a
Fratres Ligarij proſcripti alter cæſus alter aquis ſuffocatus 342.b
Fraus magna Lepidi 437.b
Frumentum diſtribuit populo Cæſar 244.b
Frumentum in Vrbe aſſeruatum in uſum militum, plebs diripuit 403.a
Frumentatum ſuos mittit in Cappadociã L. Lucullus 151.a
Frumentatores L. Luculli regios equites fundunt 141.b
Frumentatores Romanos aggreditur Tigranes 154.a
Fugit ab Vrbe Curio ad Cæſarem tendens magnis itineribus pagina 237.a
Fuga Archelai 136.b
Fuga Archelai ad Murenam pagina 143.b
Fuga Archelai ex Piræo cum ſuis 131.b
Fuga auxiliariorum Pompeij pagina 258.a
Fugam diſsimulat Gracchus, ut fortius hoſtes opprimat pagina 466.b
Fuga Bruti & ſuorum militum 385.a
Fuga Caſsianorum 378.b
Fuga Galbæ in urbem Carmenam 473.b
Fuga in exercitu Archelai circa Chæroneam 132.b
Fuga Milonis & Cecilij 232.b
Fuga Mithridatis 133.b
Fuga Mithridatis à Pompeio pagina 160.a
Fuga Mithridatis poſt cladem à frumentatorib. Luculli factam 151.b
Fuga militum Craſsi 100.a
Fuga Nicomedis 122.a
Fuga Norbani 376.a
Fuga Pompeij à Fermantinis pagina 481.b
Fuga Pompeij peracta nauali pugna 436.b
Fuga Romanorum ſub L. Lucullo 151.a
Fuga Scipionis & Afranij pagina 265.a
Fuga turpiſsima conſulit ſibi Plautius 476.a
Fugientem inſequitur Cæſar Pompeium in Aegyptum 261.a
Fugientib. cunctis ſolus Cæſar reſiſtit 264.b
Fulgetrum inter duo caſtra factum, utriq; & Cæſariani & Pompeiani ſibi rapiunt pro omine 253.a
Fulmine de cœlo tacta caſtra Pompeiana 199.b
Fuluius Nobilior contra Vacceos mittitur 483.b
Fuluia Athenas profecta ab Antonio excipitur 409.b
Fuluia concitat exercitum in Cæſarem 395.a
Fuluia fugit Puteolos, inde Brundiſium 409.a
Fuluia incitatrix ad ſuccurrendum Peruſiæ obſeſsis pagina 402.b
Fuluia muliebri affectu exaſperat Lucium ut bellum inferat Cæſari 397.a
Fuluia prima omnium indicat coniurationem Ciceroni 225.a
Fuluiæ mors annunciata Antonio in obſidione Brundiſina pagina 413.a
Fuluiæ mors nunciata Cæſari pagina 414.b
Fuluiam languidam relinquit Antonius apud Sicyonem 411.a
Fundamenta deſignata Carthaginis dirutæ, lupi confuderunt, unde iuſſum à cœptis deſiſtere 57.a
Funebris pompa in ſepultura Syllæ 216
Furor deſperatorum quid faciat 52.a

Furor & inſania Carthaginienſium 36.b
Furor plebis ad hæc uerba Men' ſeruaſſe, ut eſſent qui me perderent? 286.b. & inde

G

GAbinius exilio mulctatur, ob motũ bellum religioſum pag. 80.b
A. Gabinius legatus ad Murenã, ne Mithridatẽ infeſtaret 144
A. Gabinius intimus amicus Cæſaris 229.b
Gabinius per Illyriam Cæſarianos ducens opprimitur 249.a
Gadibus potiuntur Romani fugientibus Pœnis 464.a
Gallus quatuor ſagittis trãsfixus pag. 109.a
Galli & Numidæ ſingulare certamen 192.a
Galli populi quem locum incolant pag. 447.b
Gallorũ fuga ob caſum unius Galli in ſingulari certamine 192
Gallis bellum infertur à Carthaginienſibus 2.b
Galliam citeriorẽ permutare cum Macedonia cupit Antonius pagina 302.a.b
Galliã Licinio Craſſo cõmendat Cæſar 241.b
Galliam maximè timent Romani pag. 303.b
Gallicus triumphus Cæſaris, pagina 266.b
Gallicum Liguſticumq; mare ad perſequẽdos Piratas curat M. Pomponius 158.b
Gallicorũ fines depopulatur Cæpio 479.a
Gallogræcia à Mithridate Sertorio datur 145.a
Gallogræcos iniuſtè inuadit Mithridates 140.a
ad Garganum à conſule uincitur Crixus Spartaci dux 221.a
Genius malus Bruti bis illi apparuit 387.b
Genijs Antonij & Cæſaris non conuenire inter ſeſe dicit Genethliacus 104.b
Genthius Illyriorum rex ab Anitio uictus in triumpho abducitur 497.b
Getæ pop. 494.b
Gladij capulo admota manu Cæſar inquit Hic imperabit 234
Gladium abſcondunt Catonis familiares ne ſeuerius in ſeipſũ animaduertat 265.b
Gladium oſtentat Vetius, quẽ datum dicit ſibi ab inimicis Cæſaris 228.b. idem mox in carcere necatur ibidem
Gladium porrigunt Pompeio conſules ut bellũ gerat contra Cæſarem 237.a
Gladiator inſignis captiuus Capuæ fractis uinculis latrocinijs infeſtat Italiam 220.b
Gladiatorum ſex millia in crucem à Craſſo acta 222.b
Glandibus plumbeis inſcripta hoſtium conſilia produntur pagina 127.b.128.b.129.a.b
Glandibus uiuere nonnulli coguntur 192.a
Gordenæ iuſſus regnare Tigranes à Pompeio 163.a
Gordius Mithridatis dux 143.b
Gracchus à ſeruo præbito iugulo ne in hoſtium poteſtatem ueniret occiditur 182.b
Gracchus & Fuluius Flaccus armati in Auentinum fugiunt pagina 182.b
Gracchus in ſeditione cæſus 178
Græcas literas à quo & ubi didicerit Caſsius 360.a
Græcarum literarum peritus Orodes 103.b
Græci à fœnore olim abhorrebãt pag. 193.b
Græcorum conſuetudine & habitu utitur in Aegypto Antonius 393.b
Græcorum Macedonumq; res permixtæ 58.b
Græcorum mores imitatur Antonius 420.a
de Græcis primus triumphauit Mummius 57.a
Græcos multos ſuſtulit crudeliter Mithridates 140.a
Græciam ſibi amicam facit Antiochus 60.a
quam Gratiam pro rebus bene geſtis retuliſſe ſeſe dicat Sylla pagina 203.a
Gratulatio quanta facta Ciceroni pag. 230.b
Granaria urbis ubi 199.b
Granius in Numidia profugus Mario ſe coniungit 197.a
in Gratiam redierunt Antonius & Cæſar in Capitolio, interceſsione Præfecti militũ 308
Gratioſiſsimus apud populum C. Cæſar 172.b
Grauitatem Scipionis miratur Aſdrubal 461.a
Gubernandi peritiſsimus Viriatus 480.b
Guluſſa accuſatus & non habens quod reſpondeat, ſubſellijs obruitur 46.a
Guluſſa Maſaniſſæ filius 26.a
Guluſſam ex legatione remeantẽ ex inſidijs adoritur Samnis Amilcar 26.a
Guluſſam falſo Aſdrubal criminatur 46.a

H

HAeredem Tigranem ut relinqueret uoluit Maioris Armeniæ à Mithridate Pompeius pag. 163.a
Hæreditatem appetens prodit patrem filius 341.a
Hanno Bomilcaris filius Carthaginienſium dux 9.a
Hanno captus Martio deditur pagina 461.a
Hanno Magnus Carthaginienſium dux 449.b
Hanno præf. equitũ Aſdrubalis 5
Hamilcar Pœnorum in Hiſpania contra Romanos dux 449.a
Hannibal dux Carthaginienſ. 3.a
Hannibal Italiam uaſtat: contra Africam Scipio 1.b
Hannibalis facta ſub compendio recenſentur 23.a
Harpago Agrippæ deſcrib. 435
Haſta in fœmore percuſſus à Sertorio Pompeius 218.a
Helleſpõtios impetit Antioch. 58
Helleſpontum curat ad perſequendos Piratas L. Cullio 158.a
Henetos populatur Sylla propter Macedoniæ infeſtationẽ 138

Heracleam expugnat L. Lucullus pag. 152.b
Herbam depaſcuntur Peruſina in obſidione ſerui 403.b
Herbis ueſcitur neceſsitate coactus Cæſaris exercitus 249.b
Herculis columnæ ubi 447.b
Herculis columnas quis ædificarit 448.b
Herodes Idumæorum Samaritarumq; rex ab Antonio conſtitutus 419.b
Hetruſci poſt defectionem cæſi paginæ 191.b
Hiber fl. 3.a
Hiberos quos quidam exiſtimant pag. 161.a
Hybernat Athenis cum Octauia Antonius 419.b
Hiempſalem in regnum reſtituit Numidis Pompeius 204.b
Hiera capta ab Agrippa 430.b
Hieroſolymorum mœnia diruta pag. 80.a
Himilco Phamæas præfectus equitum Carthaginienſium Romanorum fabros fundit 39.a
Hippone ciuitas 11.b
Hipponem zaretum urbem, quis condiderit 45.a
Hirpini in amicitiã Romanorum reuertuntur 192.b
Hirpinorum à Romanis defectio pag. 188.a
Hirpinos deſertores inuadit Sylla 192.b
Hirtius Antonianos fundit 321.b
Hirtius ex urbe fugiens collecto exercitu Brutios ſibi ſubigit mox ad Pompeium fugit cum ſuis 351.a
Hiſpania pulſi Pompeij milites pag. 242.b
Hiſpaniæ magnitudo & limites deſcribuntur 448.a
Hiſpaniæ oram ad perſequendos Piratas curat Tib. Nero & Manlius Torquatus 158.b
Hiſpaniam cur primò petere inſtiterit Pompeium perſequens Cæſar 241.a
Hiſpaniam fecit tributariam C. Cæſar 227.a
Hiſpaniam infeſtant Carthaginienſes 1.b
Hiſpaniam prouinciam dedit Lepido Cæſar 269.b
in Hiſpanijs rurſus laboratũ poſt Scipionis diſceſſum 464.b
Hiſpani debellãtur à Fuluio Flacco 466.a
Hiſpanorum obſides captiuosq; liberos dimittit Scipio 457.b
Hiſtoriarum ſcriptor Artabazes pag. 103.b
Homicidæ Cæſaris cum gladiatoribus Capitolium occupant pagina 275.b
Homicidarũ Cæſaris fuga 274
Homicidis Cæſaris nonnulli præmia decernunt 278.a
Homicidij damnatur Milo 233.b
Honeſtæ exiſtimationis rationem habere ſolent Romani 33.b
Honorem oblatum cur non accipiat excuſatio Cæſaris 312.a
Honores exhibiti Cæſari urbem ingredienti 439.b. & inde
Honoribus ab Antonio afficitur Ventidius 105.a
Hordeo pauit milites deſertores Antonius 107.b
Horoſcopa oppidum 26.a
Hortenſiæ pro proſcriptis mulieribus ad triumuiros oratio, pagina 347.a
Hoſpicio ſeſe mutuo excipiũt Cæſar, Antonius, Pompeius 418
Hoſtis à ſenatu Cinna iudicatur, quare? 198.b
Hoſtis à ſenatu populi Rom. iudicatur Antiochus 63.b
Hoſtis Cæſaris Manilius multa in eum uana cõmiuiſcitur 400
Hoſtis iudicatur Antonius 313.a & 318.b
Hoſtis iudicatur Dolobella 318
Hoſtis iudicatur Sylla à C. Mario & Cornelio Cinna 136.b
Hoſtis quantumuis puſillus, nequaquam contemnendus 221
Hoſtem iudicatũ Dolobellam abſoluit Cæſar 332.a
Hoſtem patriæ denunciat ſenatus Cæſarem 238.a
Hoſtia ui capta & direpta 199
Humanis in rebus deo nihil potentius 84.b
Hyberna Mithridati in Cabyris pag. 150.b
Hyemat apud Cleopatram Antonius 393.b

I

IAculatoribus obiecti Samnites à Sylla 210.b
Iaculis confixus perijt Ser. Iulius pag. 324.a
Iacta ſit alea, dictum Cæſaris, contra Pompeium properantis pag. 239.a
Iactantiæ tempus nullum in rebus calamitoſis 30.a
Iaſon Trallianus Tragœdus 104
Iaſſus urbs à Piratis capta 143.a
Iapodes pop. 498.b. 501.a
Iapodum gentem Sempronius Tuditanus et Tiberius Pandaſius pugna ſuperant 498.b
Iberi populi quem locum incolent pag. 447.b
Iberia ubi ibidem
Iberia quæ hodie à quibuſdam Hiſpania 448.a
Idumæã Romanis ſubiugauit Pompeius 163.b
Idumæorum rex Herodes 419.b
Igne è Fulginio ſignificatur obſeſsis Peruſiæ aduentare auxilium 403.b
Igne quidam proſcriptorum ſeſe exurunt 340.a
Ignes frequentes in urbe excitati noctu poſt necem Cæſaris, pagina 277.b
Ignominia notati milites: fortiter in acie præliando notam eluũt pag. 128.b
Ilienſes ad Syllam ſeſe recipiunt fugientes Fimbriam 137.b
Ilienſes aſcripſit inter Romani populi ſocios Sylla 141.b
Illiturga ciuitas expugnata 461
Ilium urbs, porrò ante Carthaginem condita, capitur 1.a
Ilio quæ acciderunt, etiam Carthagini accidiſſe 55.b
Illeſum abire Domitium captum ſiuit Cæſar 240.a
Illyricum C. Antonio commendat Cæſar 241.b
Illyrio qui filij & quot numero fuerint 494.b

Illyrij

Illyrij qui cõmuniter dicantur, pagina 496.a
Illyrij qui & ubi cõſtituti 494.a
Illyrij unde nominati 494.a
Illyriorum limites ibidem
Imperator deligitur bello Hiſpanienſi Cornelius Scipio 455
Imperator maritimus ad perſequendos Piratas Pompeius in triennium conſtituitur 157.b
Imperator ſalutatur Antonius ab Aenobarbi militibus 411.b
Imperator ſalutatur Cæſar à Lucij militibus 407.b
Imperatorem ſeſe uocari patitur Craſſus 91.b
Imperatorum clariſsimus quis, pagina 61.b
Imperatorũ nullus cũ tanta profectus poteſtate atq; Pompeius in Piratas 158.a
Imperatoribus ſolis dari ſolitus titulus Pater Patriæ, datus eſt Ciceroni poſt reſtinctam coniurationem Catilinam 227.a
Imperium Carthaginienſe quando & à quibus ademptum 1.b
Imperium deponere ſe dicit Cæſar ſi idipſum faciat Pompeius pag. 238.a
Imperium poſt pugnam ad Pharſalum renuit accipere Cato pagina 261.a
Imperij affectati accerſitur Menodorus 420.b
Imperio priuatus Lepidus 438
Imperia parari lenocinio nuptiarum clamat Cato 229.b
Imago Scipionis cur ſola in Capitolio 457.b
Immunitatem cõcedit ciuitatibus iniuſtè oppreſsis à Caſsianis Antonius 392.a
Immunitate donati Brundiſini à Sylla, quare? 204.a
Improperatio in Aſdrubalem ingens ab uxore facta 55.a
Imprudentiæ imperitiæq; arguitur Antiochus 74.b
Imprudentiæ Pompeius in quo notatus 254.b
Impugnatur Cæſar ab Antonio pag. 304.b
Incendium ſacrificij Mithridatis ad mille ſtadia uiſum 144.b
Incenſa Vrbs à Gallis Capitolio incolumi 445.b
Incommoda quæ ſenſerint multi propter Piratarum incurſationes 157.b
Indibilis multis ſuorum amiſsis pacem à Scipione petit 463.b
Indibilis poſt Scipionis diſceſſum res nouas molitur 464.b
Indicans proſcriptum quid lucri habiturus 338.b
Indignatio præſens plus ualuit in plebe quàm gratia præterita Scipionis Africani 180
Induciarum factarum inter Romanos & Carthaginienſes ruptarum cauſa quæ 449.a
Inedia ſeipſam conficit uxor Ligarij 343.a
Ingenium liberale Lucij ad Cæſarem & Antonium 410.b
Ingenuũ è Liberto fecit Cæſar Menodorum 421.b
Ingratitudinis notati Caſsius & Brutus 387.a.b
Iniuriarum obliuionem ſuadet oratione Cicero 284.b
Iniuriarum immemor Aſdrubal, licet capite damnatus 37.b
Iniurijs creſcentibus creſcit & legum contemptus 171.b
Inimici Cæſar & Antonius ob hæreditatem petitam 299.b
Inimicitiæ inter Antonium & Cæſarem Octauium 302.b
Inimicitias cur ſimularit cum Cæſare Antonius 303.b. 305.b
Inopia rerum in caſtris Mithridatis 160.a
Inquilinus cur uocatus à Catilina Cicero? 224.b
Inſania ex eſu herbarum militibus Antonij 110.b
Inſidiæ à Pompeio Mithridati factæ 160.a
Inſidijs ad Trebolum intercipitur Vettilius 475.a.b
Inſidias Antonij olfacit ſenatus pag. 302.b
Inſidias Parthorũ aperit hoſtium unus Mithridates Antonio, pagina 111.a
Inſolentia Lucij ad bellũ compulſus Cæſar 400.b
Inſultant Craſſo Barbari poſt mortem filij 98.b
Intercalares menſis correxit Cæſar 290.b
Intercedentis authoritas potior quàm accuſantis in ſenatu pagina 313.a
Interfectores duo C. Cæſaris in ſuis prouincijs cæſi 334.a
Interfectores Cæſaris ab Vrbe profugiunt 287.b
Interfectores ſuimetipſius fuere, interfectores Cæſaris 388.a
Interfectoribus Cæſaris fauet ſenatus 278.a
Interfrunini pop. 500.b
Interrex quis dicebatur & quomodo ordinabatur 212.b
Inuidia militum in Perpennam, ob occiſum Sertorium 220.a
Iones impetit Antiochus 58.a
Iones aſſueti parere Barbaris pagina 62.b
Io, Iunonis zelotypiam fugiens in bouem mutatur 161.a
Iouis Taburij fanum apud Rhodios 125.b
Ippaſini pop. 501.a
Iphenia ædificat columnas Herculis 448.b
Iracundus ualde Sertorius 219.b
Irritatur Pompeius in Menodorum 420.b
Iſcadia urbs ab Aemyliano capta pag. 478.a
Iſter fl. 503.b
Iſtros Illyriorum depopulatur Demetrius 497.a
Italiæ opportuniora loca per ſuos occupare nititur Antonius, pagina 411.b
Italiæ oram ad perſequendos Piratas curat. L. Gellius & Cn. Lentulus 158.b
Italiã petit Cæſ. poſt mortẽ Caſsij & Bruti, Antonius Aſiã 389
Italiam ut infeſtet Pompeius, iubet Antonius 412.a
in Italos & Italici nominis fautores Mithridatis ſæuitia 140.a
Italos omnes & Romani nominis hoſpites in tota Aſia uno die occidi mandauit Mithridat. 124

Iter difficillimum ab Antonianis Cæſarianisq; Raſcupolidis opera emenſum 368.b
Iter laborioſum & difficile Cæſariani facere coguntur 434.a
Iter laborioſum exercitus Antonij 108.b
Ituræa Romanis ſubdita per Pompeium 163.b
Iuba & Petreius audita Cæſaris contra Scipionem uictoria mutuis concidunt uulnerib. 266
Iuba Hiſtoricus Iubæ Mauritaniæ regis filius in triũpho ductus pag. ibidem
Iuba opem fert Pompeianis 242
Iuba rex Mauritaniæ domeſtico periculo reuocatur in patriam pag. 265.a
Iudacilius Aſculanus obſeſſis fert auxilium 191.a
Iudaci ij mors epoto ueneno & rogo extructo in templo ſeipſum exurentis ibidem
Iudæos Romanis ſubditos fecit Pompeius 163.b
Iudices ſenatoresq; ex equeſtri ordine ſelecti 186.b
Iugulandum ſe præbuit militi Roſcius 356.a
Iulia per Pompeiũ ad Antonium mittitur 409.b
Iulia Pompeij uxor mortua 231
à Iulio Aeneæ filio gens Iulia originem trahit 253.a
Iumenta pereunt fame in exercitu Antonij 110.b
ob Ius ciuitatis non admiſſum qui & quot ſocij à Romanis defecerint 188.a
Ius ſuffragiorum quibus dabat Caius Gracchus 181.a
Iuris diuini humaniq; uiolati damnatur Gabinius 233.b
Iureiurando ſeſe corpus Cæſaris cuſtodituros ſtatuunt cum Antonio Quirites 286.a
Iuramentum Annibalis adſtanti aris ſacrificante patre, inimicum fore ſe perpetuò Romanorum 451.a
Iurare Metellus cũ cæteris à Mario inductis noluit 184.b
Iuſſa Cleopatræ omnes Antoniani exequuntur 392.a
Iuſtior cauſa Pompeij uiſa plebi pag. 399.b

L

Labeo uiuum ſepeliri ſe in ſuo tentorio iuſsit 388.b
Labienus ab exercitu Parthico poſt mortem Orodis imperator appellatus 104.a
Labienus percuſſores in ſella præforibus ſedens ad cædẽ ſui inuitat 344.b
Lãbracam urbem in ſuam Cæpio poteſtatem redigit 479.b
à Lacedæmonijs ducẽ petunt contra Attilium Regulum Carthaginienſes 2.a
Lamentationes & querelæ multorum propter agrorũ ademptionem 394.b
Lampſaceni auxilia à Romanis contra Antiochũ petunt 58.b
Lampſacũ fugit cum ſuis Mithridates 149.a
Lanuuium olim theſauros publicos ſeruabat 399.a
Laodicea ubi ſita 357.b
Laomedon Mitylinæus primus Syriæ ſatrapa 81.a
Laqueo quidam proſcriptorũ ſeſe conficiunt 339.b
Largiebatur profuſiſsimè multa Cæſar amicis 236.b
Largitionibus flectitur Paulus ne Cæſari aduerſetur 235.a
Largitionibus queritur militum fauor 369.a
Larinates uincit Coſconius 193
è Lariſſa fugit Pompeius in Aegyptum 259.a.b
Lariſſa obſeſſa per Antiochũ 64
Laterculum conſtruit Craſſus contra Parthos 96.a
Latinos inuitat Gracchus ad petendum ius Romanæ ciuitatis pag. 181.a
Latonæ lucus ſacer 126.a
pro Latrone captus Varus à Minturnenſibus, tandem à centurione agnitus proſcriptus cæditur 345.b
Latrones quomodo circumuenerit Didius in Luſitania 492.b
Latronum duces Curius & Apuleius prædam ab Aemyliano rapiunt 477.b
Latronum quorundam in Suedetania fortitudo & pertinacia pag 482.a
Latrocinia licentiſsimè facta in urbe poſt mortem Clodij 232
Laus magna Curionis à plebe pagina 235.b
Laudis auidus Domitius 71.b
Laudes Catonis recenſentur, pagina 266.a
Laudes Cæſaris recenſentur 287
Laudes Numantinorum enarrantur 491.b
Laudes Viriati recenſentur 480
Laudum ſuarum exaggerator nimius Sylla 202.b. & inde
Lauro coronant tentoria ſua Pompeiani ante uictoriam 253.a
Lauinium, patria Milonis, à quo ædificata 232.a
Lectorius in Numidia profugus Mario ſe coniungit 197.a
Legatus ad Maſaniſſam Scipio minor 26.a
Legatus claſsis Caluiſij factus Menodorus 421.b
Legatus Mithridatis Pelopidas, de Nicomede conqueritur 118
Legatum mittunt Rhodij Archelaum ad Caſsium 360.a
Legati ab interfectoribus miſsi ad Antonium & Lepidum pagina 276.b.& inde
Legati Allobrogũ coniurationem Catilinam detegunt 225.b
Legati Antiochi Romam miſsi pag. 60.a
Legati Ariobarzanis ad Patres de non dedita Cappadocia pagina 144.b
Legati Carthaginienſium per inſtructum Rom. exercitum ducti 29.b
Legati multi ſeſe dedentiũ ad Cæſarem properant 261.b
Legati Nicomedis contra Pelopidam 119.a
Legati Pompeij ad Antonium, pagina 441.b
Legati Ptolemæi Philopatoris ad Romanos queruntur de Antiocho 59.a

Legati

Legati Romanorũ ad Antiochum pag. 61.a
Legati Romanorum ad dirimendam controuerſiam inter Carthaginienſes & Maſaniſſam pag. 25.b
Legati Ro. ad Scipionem de reliquijs Carthaginienſium & ſociorum excindendis 56.b
Legati Senatus ad Aemylium Lepidum ne Vacceis bellum inferret 483.b
Legati Senatus P. Q. R. ad Antiochum 59.a
Legatorum Arſacis ad Craſſum arguta reſponſio 92.b
Legatorum Carthaginienſiũ deſperatio & luctus 31.b
Legatorum Romanorũ ad Aſdrubalem & Maſaniſſam præcepta quæ data à Senatu 27.a
Legatos mittunt Carthaginienſes ad uicinas gentes contra Romanos 45.b
Legatos mittit Lucius pro pace ineunda ad Cæſarem 405.b
Legatos Nergobrigorum Marcellus Romam mittit 469.a
Legatos Romam mittunt Saguntini & Emporij 450.b
Legatos Romanorũ rurſum adit Pelopidas contra Nicomedem pag. 120.a.b
Legatio cõmunis Satraparum ad Antigonum 81.b
Legatio Pruſiæ ſine capite ſine pedibus & ſine mente cur dicta à Catone 117.a
Legio Martia ab Antonianis circumuenta 320.b
Legio Martia & quarta Macedonica deficiunt ab Antonio ad Cæſarem 311.a
Legiones Antonianæ in colonias deductæ 395.a
Legiones Caſsianæ Brutianæq; quot, ad ſinũ Melanen 368.a
Legiones duæ ab Craſſo ob res male geſtas decimatæ 221.b
Legiones duæ apud Albam ſeditioſæ, à Cæſare tenentur in officio 401.a
Legiones duæ Cæſarianorum in Africa Curionis ductu miſerè deletæ 243.b
Legiones duæ Caleni datæ iuſſu Antonianorum Cæſari 394.a
Legiones duæ Parthicæ Craſsi exercitus reliquiæ Pompeio iunctæ 245.a
Legiones Macedonicas decimauit Antonius 310.a
Legiones quatuor Dolobellæ per Alienũ mittit Cleopatra 358
Legiones quot Cæſari quot Pompeio fuerint 245.a
Legiones ſedecim præmittit ad bellum Parthicũ Cæſar 270.b
Legiones ſuas Bruto tradit Vatinius 363.b
Legiones tres Ventidius Antonio tribuit 327.b
Lembo ſe fortunæ cõmittens Marius ſolus aufugit 197.a
Lenas Ciceronis caput præſecuit pag. 342.a
Lentulum indemnatum contra leges publicas ſuſtulit Cicero pagina 229.b
Lepidus à Cæſare uictus Africa exuitur 173.a
Lepidum occidi non ſuſtinuit Cæſar 440.a
Lethem fluuium Romanorum primus tranſiuit Cæpio 479.a
Lex agraria quando & per quos lata 174.b
Lex agraria ſecundò lata 175.a
Lex de reis faciendis 187.b
Lex de triumuiris 336.b
Lex frumentaria à quo & quando lata 180.a.b
Lex Iudiciaria 181.a
Lex Petreia quæ 244.a
Legis agrariæ conſtituendæ qui poſt Tib. Gracchi mortem authores fuerint 178.b
Leges dormiant hodie unde prolatum 46.b
Leges initæ factæq; pacis Veſtales ſeruare iuſſæ 418.b
Leges nouas ferre conatur Tiberius Gracchus 171.b
Leges ſuas Græcis reddidit Sylla 131.a
Leges Syllanæ abrogatæ 201.b
Legum magnus apud Romanos contemptus 174.b
Liber hic quorũ geſta cõtineat 2
Libera oratio Lucij ad Cæſarem pag. 406.a.& inde
Liberorum nuptias celebrat Antiochus 59.b
Libertas P. R. non tuta ſtante Carthagine 25.b
Libertatis amor quid pareat 491
Libertatem donat Tarſenſibus et Laodicenſib. Antonius 392.a
Libertatẽ in dicendo Cæſaris obſtupeſcit Antonius 298.a
Libertatem tertiò ſibi mortẽ inferentes ſeruarunt Xanthij pag. 365.b
Libertate donat ciuitates Græcas Mithridates 135.a
Liberti Menecrates & Menodorus ambo præfecti claſsis inuicem oppoſiti 421.b
Liberti quando primùm in militiam aſcripti 191.b
Libertorum quorũ in proſcriptis heris fides & pietas 340.a
Libonius in gratiã receptus 417
Liburni populi 240.b
Liburnicæ naues unde dictæ, pagina 240.b. 495.a
Licentia fœda in urbe 397.a
Licentia fœda militaris in urbe pag. 348.a
Licinius Craſſus contra Spartacum proficiſcitur 221.b
Licinij Craſsi milites conciduntur 189.a
Lignatio moleſta Antonianis, pagina 376.b
Liris fluuius, qui & Linternus pag. 188.a
Liſimachia à quo condita 58.b
Literæ Mithridatis ad Chios, pagina 134.a
Literas Antonij ad Antonianos in urbe manentes defert Cæſar pag. 394.a
Literas & rem militarem ut diſceret Cæſar Octauius Apolloniam miſſus 294.a
Literas omnes tempore belli ciuilis ſcriptas exuſsit Cæſ. 440
Literas uictoriæ ad Actium recitat Cicero minor pro roſtris ubi patris caput ſpectaculum populo fuit 354.b

Lixas omnes exegit è caſtris Scipio 485.a
Locha urbs magna oppugnatur pag. 6.a
Loquaces, plerunq; ſumus miſeria 32.b
Loricam oſtentat ſub ueſte Antonius irritans plebem ad uindictam Cæſaris 279.b
Lucanorum à Romanis defectio pag. 188.a
Luceium Antonij auunculum, apud ſe detinuit ne interficeretur ſoror 349.a
Lucia ciuitas fautrix Numantinorum obſidetur 490.a
Lucienſium quadringentorũ iuuenum manus amputatæ à Scipione 490.b
Lucius Aemylius ueniam meruit, quare 408.b
Lucius cum exercitu urbẽ ingreditur 401.a
Lucij audacia pro ſuis militibus pag. 405.& inde
Lucullea quid 149.a
Lucullus ad Syllam cum claſſe uenit 139.a
L. Lucullus conſul contra Mithridatem miſſus 146.b
Lucullus Syllanæ claſsis præfectus Mithridati bellum infert pag. 145.a.b
à Lucullo exercitus defluit, hortatu Aſiæ proconſulis 156.a
Ludi in honorem Bruti & Caſsij ab Cæſare prohibiti 301.a
Ludos in honorẽ L. Luculli celebrant Cyziceni ob nauatã operam in obſidione contra Mithridatem 149.a
Lupercalium ſolenniorum mos pag. 270.b
Lupiæ oppido traijcit ex Apollonia Cæſar Octauius 294
Lupus uigilum unum conficit non ſentientibus cæteris, exeſo corpore, tantum capite relicto, pagina 421.a
Luſio inter Syllam & Fimbriam de tradendo exercitu 140.b
Luſitani partes Romanorum depredantur 472.a
Luſitanorũ magna cædes 473.a
Lyciã curat ad perſequendos Pyratas Metellus Nepos 158.b
Lycios aggreditur Brutus ob denegata auxilia 359.b
Lycios de Rhodiorum poteſtate exemit Sylla 142.a
Lycios ſcripſit inter Romani populi ſocios Sylla 141.b
Lyſias interficitur 79.a
Lyſimachus Thraciæ rex appellatus 82.a
Lyſimachi origo & mors 86.b & inde
Lyſimachia occupata à Romanis pag. 70.b
Lyſimachiam incoli rurſum quomodo uoluerit Antiochus, pagina 58.b
Lyſimachiam munit Antiochus pag. 67.a

M

Macharos à Lucullo amicus appellatur ob datam coronam auream 152.b
Macharis fuga deſcribitur 161.b
ad Macharem filium in Boſporo regnantem fugit Mithridates pag. 149.b.& inde
Macharem ingratum filium expellit Mithridates 161.a
Macedonia Syriaq; prouinciæ ademptæ Caſsio Brutoq; 295.b
Macedoniam curat ad perſequendos Piratas L. Cinna 158.b
Macedoniam Romanorũ prouinciam inuadit Mithridates, pagina 140.a
Macedoniã ſibi petit prouinciam Antonius 294.a
Macedonicarum copiarum imperator Antonius 301.b
Macedonũ Græcorumq; res permixtæ 58.b
Machinæ Syllanæ ſuccenſæ ad Piræum 128.a
Machinarum Antonij deſcriptio pag. 106.a
Machinas Romanorũ incendunt Carthaginienſes 52.a
Magiſtratu amouendũ cenſet Cæſar Marullum 270.a
Magiſtratu deijcitur Octauius ob legem agrariam 177.a
Magneſios aſcripſit inter Romani populi ſocios Sylla 141.b
Magnificè ſua effert Brutus pagina 380.b
Magnus cur appellatus Põpeius pag. 159.b 172.b
Magnum cur uocatum bellum Mithridaticum 114.b
Mago Carthaginienſium dux contra Romanos 3.b.& inde
Mago cum præſidio in Sagunto oppugnatur 456.b
Mago uictus Scipioni ſe dedit, pagina 457.b
Malo omni expectatio moleſtior pag. 425.b
Manaſsis Arabionis regis fratris agrum à Cæſare dono accipit Suttius 355.b
Mancæus Tigranocertæ præfectus fortiter repugnat 153.b
Mancini grande periculum apud Carthaginem aduentu ſuo diſſoluit Scipio 46.b
Mandraſtales regulus Numidiæ profugos ab Sylla exactos recipit Romanos 197.a.b
Manilius à Luſitanis fuſus 472
Manlij imprudẽtia deſcribitur in ductando exercitu 77.b
Manius dux à Mithridaticis cæditur 122.b
Manij aſpera reſponſio in Cæſarem 398.a
Manij in Romanos coniuratio pagina 146.a
Manium interficit Antonius quòd Fuluiam incitaſſet in Cæſarem pag. 415.b
Manubias Romano more accinctus exurit Sylla 133.b
Marcellus nihil memorabile geſſit in Hiſpania 454.b
Marcius capite truncatur ab Sylla 210.b
Marcus Coriolanus bellum patriæ infert 171.b
Marcus Figulus à Dalmatis ſuperatus 498.b. mox ſuperior factus multa igne ferroq; deuaſtat ibidem
Mardus quidam præbet ſeſe uiæ ducem Antonio 108.a
Maris imperium ad perſequendos Piratas quomodo multis
diſtri-

diſtribuerit Pompeius 158.a
Maria à Piratis repurgãtur 156
Maritimas regiones inuadit Antonij iuſſu Pompeius 414.a
Maritimi quæſtus negotiatorijs ſimiles 34.b
Marito Septimio cæſo à triumuiris celebrat nuptias nouas eodem die uxor 341.b
Maritum delaturam uxor interminatur ſi ſine ea Apuleius fugeret 349.b
Marius fugit Minturnas 196.b
Marius ſune in urbem intromittitur 207.b
Marius poſt deditionem Prænestinam ſibiipſi manus intulit pag. 201.b
Marius Præneſte obſidetur 208
C. Marij in patriam reditus & ad Cinnam coniunctio deſcribitur 199.a.b
Marium cæteroſq; ſenatores profugos quæ reuocandi ratio, pagina 198.a
Marſi deficiunt à Romanis 188
Marſi, gens pugnaciſsima 190.b
Marſorum multos occidit Sylla pag. 190.b
Martio legio deſciſsit ab Antonio ad Cæſarem 311.a
Martia legio unde dicta 379.b
Martijs Idibus cæſus Cæſar 287
Marucinorũ à Romanis defectio pag. 188.a
Maſæſulorum ualidæ gentis regulus Syphax 4.a
Maſaniſſa clàm ab Aſdrubale fugiens Scipioni ſe coniungit, pagina 463.b
Maſaniſſa patri defuncto Numidiæ regnum adipiſcitur 4.b
Maſaniſſa quomodo uſus Sylla, pagina 138.b
Maſaniſſæ genus deſcribitur 4.a
Maſaniſſæ in Romanos indignatio, unde ſumpta 37.b
Maſaniſſæ mors 43.a
Maſaniſſæ regni deſcriptio pagina 43.a
Maſaniſſam in ſuas parteis trahere conatur Syphax 7.a
Matrum furor ob amiſſos filios obſides 37.a
Maxarthes Parthus Craſſum occidit 103.a
Mæotici reguli Mithridatem comiter excipiunt 161.b
Mediam repetit Antiochus 58.a
Medicus celeberrimus Eraſiſtratus 84.b
Medorum uires unde crementa ſumpſere 34.b
Megaræ deſcriptio & eiuſdem oppugnatio 48.b
Melitini pop. 501.a
Memmius Lucium Piſonem in ius uocat 234.a
Memmius Octauio in magiſtratu ſuffectus ob legem Agrariam pag. 177.a
Menas legatus Pruſiæ 116.a
Menecrates claſsis præfectus Põpeij 421.b
Menecrates ſe in mare præcipitat 422.b
Menodorus Põpeianus eijcit Helenum Sardinia 415.b
Menodorus reciprocus proditor & transfuga 427.a.b
Menodori audax ſed fœdum conſilium 418.b
Mens ſenatuſconſulti plus ualet quàm uerba 300.b
Mentem adimit hominibus præſens calamitas 70.a
Merromeni pop. 500.b
Merula ſectis uenis ſeipſum occidit 202.a
Meſſala à triumuiris proſcriptus diu latitans Cæſarem proſcriptorem ſeruat 433.b
Meſſala nobilis iuuenis ad Brutum fugit 349.a
Meſſana obſidetur 435.a
Metellus contra Sertorium miſſus 212.1
Metellus Pius iungit ſe Syllæ pagina 204.a.b
Metulios quomodo ſubegerit Cæſar 502.b
Micipſa Numidarum rex mittit auxilia Fab. Maximo Aemyliano 477.a
Micipſa Maſaniſſæ filius 26.a
Micipſam & Maſtanabalem ſubmouent Carthaginienſes futuro periculo euerſa Carthagine pag. 45.b
Micithio Antiochi unus ducum, Romanos cædit non procul à Delo 62.b
Milites clàm colligunt coniurati Catilinæ 225.a
Milites inermes quomodo armarit ſuos Scipio 3.b
Milites mercenarios ſe uocant Piratæ 157.a
Milites quando primùm ſorte delecti 469.b
Milites quos & quot in Africam duxerit Scipio 3.b
Milites ſummittit Amiſenſib. Mithridates 150.b
Milites ſuos quomodo exercuit Maſaniſſa 4.b
Milites ſuos exercet Pompeius pag. 244.b
Milites ſuos quomodo exercuerit Scipio 485.b
Militum Afranij & Petreij multi ſeſe Cæſari dedunt 242.a
Militum Antonij humanitas, pagina 109.b. & fortitudo 110.a
Militum Cæſaris in ipſum promptitudo 236.b
Militum delectus aguntur in Italia à triumuiris 400.a
Militum delectus habetur in Antiochum 64.a
Militum delectus per Italiam pagina 415.b
Militibus ſuis Lucius ueniã à Cæſare precatur, ac in ſe uno omnem iram effundat rogat, pagina 406.a
Militaris rei imperitus Flaccus pag. 136.b
Militaris rei imperitia notatus Q. Pompeius 477.a
Militaris rei imperitus Galba militem fiſſum perdidit 473.a
Militaris rei imperitus Pompeius iunior 432.b
Militaris rei peritiſsimus Sertorius 219.a
Militia Romana ſub Piſone corrupta à Scipione reſtituitur pag. 47.b
Milo ſeruili habitu aufugit 232
Minaces plerũq; Romani 121.a

Minatur Cæſari Antonius 303.b
Minatur Fimbriæ Sylla 138.b
Minatur Lepido et Cæſari Lucius apud plebem 401.b
Mineruæ fanum exuſsit Fimbria pag. 137.b
Minio Smirnæus conſpirat in Mithridatem 135.a
Minturnæ capiuntur 189.a
Minturnenſes Marium occidere uerentur, quare? 196.b
Minutius prætor in foro in comitijs à triumuiris cæſus 341.a
Miraculum Gomphos factum recenſetur 251.b
Miraculo fuit Romanis Pompeius peracto bello Mithridatico, pagina 169.a
Miſeratio defuncti Cæſaris ſubit plebē lecto teſtamento ob Decimum Brutum 285.b
Miſeria Carthaginienſium capta Byrſa 54.a
Miſeria famis magna in exercitu Antonij 110.b
Miſeria ingens exercitus Craſsi pag. 99.b
Miſerijs plerunq; loquaces reddimur 32.b
Miſerijs intēpeſtiua cōtētio 32.b
Miſsionem petunt Cæſariani, & miſsionem ſe dare Cæſar dicit pag. 263.b
Mithraas & Bogoas Ariarathem fugant Cappadocia 118.a.b
Mithridates bello Thracia pulſus ab Orode fratre 80.b
Mithridates fugit Antigonum ob uiſum ſomnium ab Antigono pag. 118.a
Mithridates poſt cladē acceptam reſtaurat ſe bello contra Lucullum 154.b
Mithridates regno pulſus ab Orode fratre 90.a
Mithridatis facta ſub compendio cenſentur 167.a
Mithridatis fuga noctu à Cyzicenorum ciuitate 148.b
Mithridates miles Parthus, inſidias Antonio indicat 111.a accepit ab Antonio munera pagina 112.a
Mithridatē debellauit Pompeius pag. 224.a
Mithridatem fugat Fimbria pagina 137.a
Mithridatem inſequitur Pōpeius pag. 162.a
Mithridatem profligat Pompeius pag. 204.b
Mithridaticum bellum omnium maximum 79.a
Mithridaticum bellum quibus ducibus finitum 145.a.b
Mithrobarzanes Tigranis dux Tigranocertam accedit contra Lucullum 153.a
Moentini pop. 501.a
Mollicies Craſſo obiecta 103.b
Moneſis & Themiſtoclis collatio per Antonium 105.b
Monima adamata Mithridatis pag. 134.b
Mons ſacer 171.a
Mors Amatij 291.b
Mors Antiochi magni 88.a
Mors Bruti 386.a
Mors Cæſaris in ſenatu 274.a
Mors Cæſaris, nunciata Cæſari Octauio, terrorem incuſsit pagina 294.a
Mors Caſsij 378.b
Mors Catilinæ 226.b
Mors Catonis 266.a
Mors Curionis & ſuorum militum 243.a.b
Mors Decimi 333.b
Mors Dolobellæ 358.b
Mors Druſi 187.a
Mors Fuluiæ 413.a
Mors Hircij 322.b
Mors Marij, ſeptimum conſulis pag. 202.b
Mors Memmij à Glaucia Apuleoq; in comitijs 185.a
Mors Orodis regis 104.a
Mors Panſæ 324.a
Mors Pompeij in Aegypto 259 & inde notatu dignißima
Mors Pompeij iunioris 268.b
Mors Pompeij per quem procurata incertum 445.a
Mors Scipionis incerta 179.b
Mors Sertorij 219.b.493.b
Mors Sittij 355.b
Mors Spartaci 222.b
Mors Syllæ 216.a.b
Mors Tib. Gracchi in ſeditione pag. 178.b
Mors Trebonij 302.a & 357.b
Mors Ventidij 355.b
Mors Viriati 480.a
Mortis per uaria genera multi oppreſsi à triumuiris 338.b
Mortis Pompeij qui fuerint conſultores 259.b
Mortem ſibi ipſi infert Marſus pag. 358.b
Mortem ſibi nobiles quique Caſſ. Brutumq; ſequuti conciſcunt pag. 388.a
Mori mauult Antonius quàm ſpecimen aliquod pauoris edere pag. 411.b
Mori qui uult facilè telum inuenit pag. 265.b
Moriuntur multi ſeruorum fame Peruſiæ 403.b
Mortuum eſſe Cæſarem Brundiſii, uanis rumoribus iactatum pag. 394.a
Mortuorum ſeruorum fame Lucij milites in altum defodiunt, ne rogo facto nota fiat fames pag. 403.a
Motus noui in Hiſpania 492.a
Mulcta indicta Chijs quæ 134.b
Mulcta indicta Epheſijs 142.b
Mulcta indicta Græcis 391.b
Mulcta ingens indicta Tarſenſibus à Caſsio 359.a
Mulcta irrogata Lepido ob rem male ad Pallantiam geſta pagina 484.b
Mulctæ partem à Sylla relictam in Aſia exegit Lucullus 153.a
Mulctati Carthaginienſes à Maſaniſſa 27.b
Mulctatur Indibilis ob res nouas molitas 464.b
Muliercularum conſuetudine ſe oblectans Sertorius, minus propitio numine rem gerit, pag. 219.b
Mulieres aliquot ſibi ipſis manus inferunt 479.b.503.a
Mulieres nouitati ſtudentes Catilinæ pecunias ſufficiunt 224
Mulieres Saguntinæ ſibi manus inferunt 452.b


Mulieres

Mulieres uiris multis fortiores Pompeio obſiſtere auſæ 162.b
Mulierum pietas & fortitudo in extrema obſidione Carthagi=menſium 37.b
Mulierum proſcriptarum à trium=uiris numerus 346.b
Mulierum quarundam fortitudo pag. 479.a
Mula peperit 205.b
Mulos inequitare ſuos noluit Sci=pio milites 485.b
Munatij & Neoptolemi pugna pag. 129.a
Munera data militib. à Pompeio pro nauali prælio 431.b
Muneribus placat milites Perpen na 220.a
Munimenta Pompeiana in Sici=lia quæ & quomodo diſpoſita pag. 427.b
Mummius Achaicus in Delum re=legatus exulatum abijt 187.b
Muralis pugna in Piræo 130.a
Muros ciuitatum Hiſpaniæ uno die deijciendos curat Cato pa=gina 465.b
Murena coniungit ſe Pompeio pa gina 399.b
Murena aggreſſus prædones Pira taſq; nihil memorabile præ=ſtitit 157.b
Murena contra Mithridatẽ præ=das agit 143.b
Mutatio ſubita Antonij 393.a
Mutationib. obnoxia omnia 55
Mutia minis adigitur legatione fungi ad Pompeiũ filium pro pace 417.a
Mutius Scæuola in curia confoſ=ſus 207.b
Myconius mons 435.a
Myrenſes auro argentoq; omni ſpoliati à Lentulo 366.a

N

NArces ciuitas quomodo ca=pta 12.b
Nariſij pop. 500.b
Natali ſuo die mortuus Caſſius pa gina 379.a
Natatu in bello Alexandrino ſer=uatus Cæſar 288.b
Naufragium 428.b
Naufragiũ claſſis Cæſaris 424
Naufragium claſſis Cleopatræ pa gina 366.a
Naues Antiocho comparaturus proficiſcitur Annibal 67.b
Naues Cæſaris fortiores: Pompeij leuiores 431.a
Naues Cæſaris Papia opprimit pag. 430.b
Naues Cæſaris quadraginta capit Pompeius in mari ſupero, pa=gina 244.b
Naues Cæſaris ſuccenſæ 433.a
Naues in Syria Romani cur exuſ ſerint 78.b
Naues integras quot in portũ ad=duxerit Pompeius 169.a
Naues Mithridatis quot 114.b
Naues multas ſibi indeſinenter fa bricat Pompeius 244.b
Naues onerarias demergunt fru=mento onuſtas Pompeiani, ne in poteſtatem Cæſaris ueniant pag 247.a
Naues pondere pereunt à fugien=tibus Cæſarianis 243.b
Naues quot expugnatæ Pirata=rum à Pompeio 159.a
Naues Romanorum & Antiochi quales & quantæ 67.a
Naues Romanorum concrematæ à Carthaginienſibus 40.a
Naues ſeptemdecim tantum Pom peio in conflictu reliquæ 436
Naues ſibi fabricat Sylla 136.b
Naues ſuas incendit Pompeius ter rore peritis 443.a.b
Nauium Pompeianarum in con=flictu perditio maior 436.b
Naualis pugna 67.b
Naualis pugna Antigoni & Pto=lemæi 82.a
Naualis pugna Bryttij 127.a
Naualis rei peritus Menodorus pag. 424.b
Nauali pugna certant Polyxeni=das & Romani 69.b
Nauale bellum inter Cæſarem & Pompeium 421.b
Nauale certamen 431.a. 435.a
Nauale certamen inter Caſſiũ & Rhodienſes 362.a
Nauale prælium inter Cæſarẽ & Sex. Pompeium 367.b
Nauale præliũ inter Dolobellam & Caſſium 357.b
Nauale ſpectaculum edit Cæſar pag. 267.b
Nautæ et milites Cæſaris animoſi & fortes: Pompeij uerò periti & timidi 431.b
Nauticæ rei imperiti Romani, pa gina 67.a
Neceſſitas caret lege unde ſum=ptum prouerbium 46.b
Necis Clodianæ cauſas redditurus Milo in forum à Cæcilio trahi=tur 232.b
Neci cum Cæſare deſtinatus Anto nius 274.b
Necem ſibi Numantini ciues inſe runt potius quàm ſe dedant pa gina 491.b
Nergobriges legatos de pace mit=tunt ad Marcellum 468.b
Nemeſeos ſacellum à Cæſare ædi=ficatum 262.b
Nemore olim theſauri publici ſer uabantur 399.a
Nepherim ciuitatem deuicit Sci=pio 53.a
Neptuni & Salatiæ filium ſe di=cit Pompeius 429.a
Neruij profligunt Cæſarem, ipſi poſtmodum ab eodem cæſi pa=gina 447.a
Nicanor à Seleuco occiſus 82.a
Nicanor Cappadociæ Satrapa pa gina 117.b
Nicator cur uocatus Seleucus 83
Nicephorium caſtellum expugna tum 115.b
Nicomedi Pruſiæ regnũ oblatum pag. 116.b
Nicomedem filiũ Pruſias Romam mittit, quare? 116.a
Nicomedem iniuſtè inuadit Mi=thridates 140.a
Nicopolis ubi ſita & à quo con=dita 163.a
Nobiles Pompeiani ſibi necẽ in=ferunt 268.b
Nobilium Pompeianorum fœda fuga 260.b
Nobiliores quique Caſſium Bru=tumq; ſequẽtes ſibi manus in=ferunt 388.a
Nonius Centurio à militib. in ſe=ditione occiſus 395.b

Norbani fuga & interitus 209
Nouarum rerum cupidos Mœcenas in urbe affligit 433.b
Noui homines cur appellabantur quidam? 224.b
Nouumcomum à quo conditum pag. 234.b
Nucerinus ager uaſtatur 189.a
Numantia ab Marcello obſidetur pag. 469.b
Numantia obſeſſa à Pompeio, pagina 482.a
Numantiam obſedit Scipio pagina 486.b
Numantiam ſubuertit Scipio, pagina 491.b
Numantini boni milites 481.b
Numãtinis deditus à ſenatu Mancinus ob fœdam pacẽ cum illis pactam 484.b
Numidarum à Scipione uictorum fuga 458.b
Numidarum milites in Africa cur ualentiſsimi æſtimati 26.b
Numidarum uictoria deſcribitur, pagina 26.b
Numidiæ regio temperatiſsima pag. 26.b
Nuptiæ Antonij in urbe celebratæ 415.b
Nuptiarum lenocinio parari imperia Cato in ſenatu clamitat pag. 229.b
Nuptias celebrat Antiochus quinquagenarius 64.b
Nuptias celebrat uxor eodẽ quo cæſus die maritus 343.b

O

OBolla urbs ab Aemyliano capta 478.a
Obſes datus Ariobarzani Mithridatis filius quadrimulus 144
Obſides Carthaginienſium in tertio bello Punico qui, & quot, & ubi miſsi 29.a.b
Obſides Celtiberorum Lucullus reſtituit 469.b
Obſides Chij dare iubentur pagina 134.a
Obſides Hiſpanos à Sertorio detentos dimittit Perpenna captans Hiſpanorum beneuolentiam 220.a
Obſides miſsi Caſsianis in Capitolio Antonij Lepidiq; liberi, pagina 285.a
Obſeſsio Brundiſina per Antonium 411.b
Obſidio dura Numantinorum, pagina 488.b
Obſidetur Peruſiæ Lucius à Cæſare 402.a
Occiſorem Aſdrubalis Annibal crudeliſsimè uexatum occidit pag. 450.b
Occiſorum in pugna Pharſalica numerus 259.a
Occiſores Cæſaris Capitoliũ occupant 356.b
Occidit ſeipſum Fimbria Syllam metuens 141.a
Occidit ſeipſum Lælius 356.a
Occidit ſeipſum Machares 161
Occidit ſeipſum Titinius 379.a
Occiditur Seleucus, inſidijs Eliodori cuiuſdam purpurati 78
Ocilem urbem Claudius Marcellus expugnat 468.b
Ocilem urbem Luſitani contra Mummium defendunt 427.b
Occupata à Mithridate cito receperunt Romani 114.a
Octauius in Cinnanos fertur, pagina 198.a
Octauius Cæſ. conſecrat ædem patri 287.a
Octauius legatus Craſſum ad fugam ſolicitat 100.a
Cn. Octauius per inſidias occiditur 79.a. 200.b
Octauia fratri dono dat decem triremes 427.a
Octauia ſoror Cæſaris locata Antonio facta pace 415.a
Olæum ſucceſum ab Ariſtione pagina 130.b
Odium Aſianorum in Romanos pag. 124.b
Odium Druſi unde originem duxit 186.b
Odium plebis in Scipionem Africanum 179.a.b
Odij Aſianorum duplex pœna pagina 124.b
Odio cur habuerint Aſdrubalem Carthaginienſes 49.a.b
Oenomaus gladiator Spartaci dux 221.a
Officinæ in urbe clauſæ 397.a
Olympiadis mors 82.a
Omine infauſto accepto Pompeius in caſtra reduxit militẽ 249
Omina multa mala obueniunt Craſſo proficiſcenti ad bellum Parthicum 231.a
Omina uaria Cæſari & Pompeio inituris pugnam oſtenſa 235
Ominibus multis Seleuci regnum præmonſtratum 82.b
Onobala flumen 432.a
Operas mutuas ſibi præſtant Raſcus & Raſcupolis fratres, pagina 388.b
Opimius alter conſulum contra Gracchanos Capitolium occupat 182.a
Oppugnatio Peruſina acerrima, ab obſeſsis ad erumpendum, pagina 404.a.b
Oppugnatio Carthaginis deſcribitur 39.a
Oraculum Didymeum de reditu Seleuci in Macedoniam 82.b
Oratio Annibalis ad Antiochum de bello adminiſtrando 63.a
Oratio Antonij ad Aſianos Græcos 391.a
Oratio Antonij ad exercitũ 319 ad milites poſt mortem Caſsij pag. 381.a
Oratio Antonij funebris præſente corpore Cæſaris pro roſtris pag. 286.b
Oratio Antonij inituris pugnam contra Brutum 383.b
Oratio Antonij in ſenatu 280.b in præſentia cadaueris Cæſaris 285.b
Oratio Archelai Caſsij præceptoris pro Rhodienſibus 360.a
Oratio Aſdrubalis pro pace impetranda ad Scipionem 18.b
Oratio Auari Numantinorum ducis ad Scipionem 490.b
Oratio Bruti ad plebem è Capitolio 282.b
Oratio Bruti ad ſuos poſt mortẽ Caſsij 380.a.b. ad ſuos milites, certare cum cogentes, pagina 383.a
Oratio Cæſaris ad Afranium Petreiumq; & horũ milites 242 ad mi-

ad milites in acie Pharſalica 225.a. ad milites ſeditioſos 244.a. ad ſuas copias Brundiſij 246.b. ad ſuos milites 408.a. pro inuadendo Dyrrachio promptuario Pompeij pag. 247.b
Oratio Cæſaris in curia ad equeſtrem ordinem 400.a
Oratio Cæſaris Octauij ad Antonium 296.b
Oratio Caſsij ad milites pugnaturos 369.b
Oratio Cenſorini ad legatos Carthaginienſium 34.a
Oratio Ciceronis ad ſenatum contra Antonium 314.a
Oratio Ciceronis in laudem obliuionis iniuriarum 284.b
Oratio Cinnæ ad exercitũ de ſua expulſione 198.b
Oratio Craſsi ad amicos 102.a ad ſuos milites 99.a
Oratio funebris 217.a
Oratio Hannonis cognomento Gillæ 32.a
Oratio Hortenſiæ pro proſcriptis mulieribus 347.b
Oratio Lucij ad milites de dedenda Peruſia 404.b
Oratio legatorum Carthaginienſium 35 ad cõſules Vticæ 29
Oratio legatorum Lucij ad Cæſarem 405.b. Pompeij ad Antonium 441.b
Oratio Mithridatis ad milites magniloqua 146.a
Oratio Panſæ ad Cæſarem 323.b
Oratio Pelopidis contra Nicomedem 119.a
Oratio Piſonis pro Antonio in ſenatu 315.a
Oratio Pompeij ad milites in acie Pharſalica 254.b
Oratio P. Cornelij Lentuli ad P. C. de euertẽda Carthagine 22
Oratio Scipionis ad duces & milites 7.b. 47.b. 459.a apud tribunos plebis, qui illi diem dixerant 76.a
Oratio Syllæ ad Epheſios & reliquos Aſiæ primores 141.b ad Mithridaticos duces 139.b ad Mithridatis legatos 138.a
Oratio Tib. Sempronij Gracchi in multitudinem ſeruorum, pagina 174.b
Oratio tribunorũ militarium ad Antonium 304.b
Oricum ciuitatem ultro prolatis clauibus recipit Cæſar 247.b
Orium flumen 472.a
Ornamenta mille talentorum ex Samothracio fano à Piratis ablata 143.a
Orodes Armeniã populatur 94
Orodes Mithridatem regno pellit 80.b
Oſtracem urbẽ delet M. Attilius pag. 473.a
Otium corrumpit Italos milites pag. 174.a
Oxintha Iugurthæ Numidarum filius 189.a

P

PAcorum regem occidit Ventidius 105.a
Pæones populi circa Iſtrum à quo ſubacti 500.a
Palarij pop. 498.a
Palæſtina quomodo Romano acceſſerit imperio 80.a
Palæſtinam ſubiugauit Romanis Pompeius 163.b
Pallantia urbs opulẽtiſsima 471
Pallantiam Vacceorum urbem capit Lepidus 483.b
in Paludem quandam ſe abdit Archelaus 136.b
Pamphyliam curat ad perſequendos Piratas Metellus Nepos pag. 158.b
Pannonij pop. 494.b
Paphlagonia à Mithridate Sertorio datur 145.a
Paphlagoniam Romanorũ prouinciã iniuſtè inuadit Mithridates 140.a
Papia tanquam amicus expectatus opprimit naues Cæſaris pagina 430.b
Partheni pop. 494.b
Parthus ciuitas à Scipione capta pag. 14.b
Parthiam repetit Antiochus pagina 58.a
Parthi quomodo pugnam ineunt, & aciem inſtruant 96.a.b
Parthorũ dolus apud Antonium pag. 107.b
Parthorum in bello dexteritas, pagina 97.a
ad Parthorũ regem cur fugere noluerit Pompeius 259.b
Parthorum ſtratagema 96.b
Parthici belli initia 393.b
Parthicum bellum parat ulturus Craſſo factam iniuriam Antonius 415.b
Parthicum bellum iniuſtè à Craſſo appetitum 91.a
Patara ciuitas expugnata 355.a
Patarenſibus parcit Brutus, accepto omni auro argentoq;, pagina 365.b
Pater patriæ appellatus Cæſar pagina 269.a
Pater patriæ conſalutatus Cicero poſt reſtinctam cõiurationem Catilinam 227.a
Pater & filius Egnatij complexi ſeſe mutuo uno ictu confoſsi pag. 342.b
Patrẽ prodens filius à Patris percuſſoribus mox cæſus 341.a
Patriæ conſulere non potuiſſe fame prohibitus fatetur Lucius pag. 407.a
Paulus Aemylius Perſeum regem bello ſuperat 497.b
Paupertate adacti ad Piraticam, Pompeius ciuitates ad habitandum donat 159.a
Pauſimachus Rhodiæ claſsis præfectus 68.a
Pauſimachi ſuorumq; cædes 68.b
Pax fœda cũ Numantinis à Mancino facta 483.b
Pax quibus modis data Carthaginienſibus à Scipione 20.a
Pax quomodo inter Romanos & Carthaginienſes ſub Scipione conſtituta 12.a
Pacis authores ſunt omnes Pompeio excepto Menodoro pagina 417.a
Pacis colloquium inter Syllam & Mithridaticos duces 139.a
Pacis conditiones inter Viriatum Romanosq; factas non admittit Cæpio 478.b
Pacis conditiones quantũuis gra-

ueis acceptat à Sylla Mithridates 140.b
Pacis inter Anton. Cæſ. & Pom. factæ leges miſſæ Veſtalib. ſeruandæ 418.b
Pacis ineundæ cũ Mithridate conditiones 159.b
Pacis renouatæ inter Carthaginienſes & Romanos forma: Maſaniſſa interceſſore 13.b
Pacis ruptæ inter Cæſarẽ & Pompeium quæ cauſæ publicè ferebantur 420.b
Pacem ambit Antiochus 70.b
Pacem ambit Lucius 404.b
Pacem ambit Mithridates pagina 137.b
Pacem aut bellum expanſo ſinu Carthaginiẽſibus offert legatus Romanus 453.a
Pacem cõmunem Lucij milites petunt aut nullam 405.b
Pacem cõponere tentat inter Cæſarem & Antonium Cocceius amborum amicus 413.b
Pacem cum Antonio facere geſtit Cæſar 332.b
Pacẽ cum Numantinis facit Pompeius 482.b
Pacem inuito Craſſo, milites petunt 102.a
Pacem petit multis ſuorum amiſſis Indibilis 463.b
Pacem petenti Antiocho quid à Romanis reſponſum 74.b
Pacem petunt Carthaginienſes à Maſaniſſa 27.a
Pacem ſæpius adeptam fregerunt ſæpiſsimè Carthaginienſes 35
Pace confirmata inter Cæſarẽ & Antonium, Octauia Antonio locatur 415.a
Paciſcãtur pro ſe, amicis mandat Cæſar 237.b
Pecunia indicta Carthaginienſibus 1.b
Pecunia promiſſa apparitoribus ſeruatur Virginius 353.a
Pecuniam è fanis mutuo accipit Cæſar 394.b.398.a.399.a
Pecuniæ Cæſaris à Calpurnia in ædes Antonij delatæ 277.b
Pecuniæ debitæ reliqua ſumma Philippo Macedoni remittitur ob præſtitã legatis in Thracia beneuolenciam 68.a
Pecuniæ quantæ in triumpho Cæſaris ductæ 267.a
Pecuniarũ ægentes Cæſariani pagina 400.a
Pediculos inuadit Coſconius pagina 193.a
Pedites Mithridatis quot 114.b
Pæones pop. 494.b
Peligni deficiunt à Romanis pagina 188.a
Pelopõneſum curat ad perſequendos Piratas L. Cinna pagina 158.b
Percuſſor Gallus Marium occidere cur trepidarit 196.b
Perdica poſt Alexandrum Macedonibus præeſt 117.b
Perfidia grandis Luculli in Caucæos 470.b
Perfidia ingens Luculli in Luſitanos 474.a
Perfidiã Luculli & Galbæ, quotquot euaſerunt, ſeſe Viriato coniungunt 474.a
Pergameniorum crudelitas in Italos hoſpites 124.a
Periclis opus Piræum 127.b
Periculoſum Põpeius iudicat cum exercitatis Cæſarianis pugnare 252.a
Permutatio militũ & nauium inter Antonium & Cæſarem pagina 427.a
Perpenna occiſus à Pompeianis pag. 220.b
Perpenna Sertorium occidit pagina 493.b
Perpennæ imperium cur ademptum 189.a
Perpennam inſidijs tollere conatur Sertorius 219.b
Perrhæbi pop. 494.b
Perſarũ uires unde crementa incrementaq́; ſumpſere pagina 34.b
Perſis nunquam placuit fœnus pagina 193.b
Perſeum Philippi filiũ inuadunt Romani 497.b
Perthenetæ pop. 500.b
Peruſia exuſta 408.b
Peruſinis data à Cæſare uenia: decurionibus necatis ibidem
Peſtis altera Aſiæ poſt Mithridatem Fimbria 141.a
Peſtis ingens in caſtris Aſdrubalis 27.b
Petitiones Pompeij à ſenatu, quæ? pag. 227.b
Petreius & Iuba mutuis cõcidunt uulneribus 266.b
Phamæa à ſenatu P. R. quibus rebus donatus 45.a
Phamæa equorum præfectus multos Romanorum fundit pagina 40.b
Phamææ & multorum Carthaginienſium transfugium ad Scipionem 44.b
Pharnaces ob inſtructas patri inſidias, meruit à Mithridate ueniam 165.b
Pharnaces cõtra Phanagorenſes & Romanos pugnat pagina 170.a
Pharnacis mors 170.b
Pharnacem petit Cæſar ulturus iniuriam 262.b
Pharũ, cum Demetrio deprædantem Ioniũ mare, funditus euertunt Romani 497.b
Philippus Macedo Romanis contra Antiochum fœdere iungitur 64.b
Philippi Macedonis in Romanorum legatos beneuolentia, pagina 67.b
Philippus Megalopolitanus in poteſtatem redigitur populi Romani 65.a
Philippos petunt Caſsiani contra Antonianos 375.b
Philippenſe prælium quantũ Antonio fauorem peperit apud milites 412.b
Philippenſis pugna multum fauoris Antonio apud milites peperit 410.a
Philopator cur dictus Nicomedes pag. 117.b
Philotimus Smirnæus conſpirat in Mithridatem 135.a
Phocæa Antiocho poſt naualem uictoriam iungitur 68.b
Phœnicia quomodo Romano acceſſerit imperio 80.a

Phœni-

Phœniciam curat ad perſequendos Piratas Metellus Nepos pag. 158.b
Phœnices in Hiſpaniam mercationis ergô [redacted] 8.a
Phœnix uir regij generis dux exercitus Mithridatis 150.b ad L. Lucullum transfugit ibi.
Phœnicem Romanis ſubiecit Pompeius 163.b
Phraates filius, Orodem patrem præfocat 104.a
Phrygiam Mithridati dedit Manius corruptus largitionibus pag. 139.b
Pietas immenſa quorundam in heris proſcriptis 340.a
Pietatis nomen unde adeptus Arianus 350.b
Pietas ſeruorum in Acilium patronum 349.b
Pietatis rationẽ habere ſolent Romani 33.b
Piræum à Syllanis incenditur pagina 131.b
Piræi urbis deſcriptio 127.b
Piræum captum 130.b
Piratæ à paruis initijs ad magna tentanda aucti 156.b
Piratæ infeſtant maria iuſſu Mithridatis 420.b
Piratæ Mithridatis 114.b
Piratæ unde potiſsimum collecti pag. 157.a
Piratæ, uocant ſeſe milites mercenarios 157.a
Piratarũ ingens numerus ſub Mithridate Aſiæ littora uaſtat 142.b & deinde
Piratarum maior nunquam numerus quàm tempore Pompeij pag. 224.a
Piratarum occiſorum à Pompeianis numerus 2.b
Piratarum profligator Pompeius pag. 156.b
Piratarum receptaculum Cilicia pag. 157.a
Piratarum regnum 157.a.b
Piratis cur datum cognomen Cilices 157.a
Piratis perſequẽdis qui duces quomodo à Pompeio diſpoſiti pagina 158.b
Piratas nonnullos captos torquet Cæſar 420.b
Piratas prædonesq; ad perſequendum miſſus Sabinus 440.b
Piratas prædonesq; aggreſsi Murena & Seruilius Iſauricus nihil memorabile effecerũt 157
à Piratis captus Clodius quomodo redemptus eſt 233.a
Piraticũ bellum leui momento abſoluit Pompeius 159.a
Piſidarum rex Amyntas per Antonium conſtitutus 419.b
L. Piſo intimus amicus Cæſaris pagina 229.b
Piſonis ſegnitiem Romæ nunciatã moleſte ferunt & Patres & plebs 46.a
à Plagiario captus Atilius ſeſe prodens perijt 346.a
Plancus legionem Cæſarianam in itinere Vrbem petens concidit 402.b
Platonis librum de Anima legit ſibi manus inferens Cato 266
Plauſtra armis onuſta duxit in triumphum Pompeius 169.b
Plauſtra machinas ferentia exercitus Antonij quot 106.a
Plebis in Scipionem Africanũ indignatio unde ortum habuit pag. 179.a.b
Plebis ſeditio contra Apuleium ob cædem Memmij 185.a
Plebi nil reliquum factũ poſt mortem Gracchorum 183.a
Plebem concitant Ciceroniani cõtra Antonium 313.b
Plebem ex agro uocat Gracchus ad ferenda in comitijs ſuffragia 177.a.b
Plebem metuunt homicidæ Cæſaris 275.a
Pœnas ab Artabaze ſumẽdas multi cenſent, quare? 113.a
Pœnã ſumpſit ab interfectorib. Pompeij Cæſar 262.a
Pœni Siciliam Romanis reſtituũt pag. 2.b
Pœnorum duces bellum in Iberia reſtaurant 458.a
Pœnitentia ſubit utrunq; imperatorem pro tantis copijs ſubito perituris 257.b & inde
Polemocratia cæſo marito filium Bruto cum multis gazis commendat 363.b
Polyxenidas exul Rhodius, claſsis Antiochi præfectus 66.b
Pompa in aduentu Cæſaris, Antonijq; poſt pacem factam pagina 419.a
Pompam ridiculam exhibet Surena, quaſi in triumphum ducat Craſſum 103.a
Pompeius captus ductus ad Antonium 444.b
Pompeius accuſatus Romæ propter pacem cum Numantinis factam 483.a
Pompeius, Cæſaris filiam in matrimonium ducit 229.b
Pompeius contra Sertorium mittitur 218.a
Pompeius cur ab Antonianis occiſus puteur 445.a
Pompeius cur uocatus Magnus pag. 114.b
Pompeius, uxorius 90.b
Pompeij facta ſub compendio recenſentur in bello Mithridatico 168.a & deinde
Pompeij fœdiſsima fuga pagina 258.b & inde
Pompeij iunioris fuga pagina 268.b
Pompeio exercitus conſcribendi contra Cæſarem poteſtas à ſenatu data 238.b
Pompeiũ reuocat in Siciliam Antonius 415.a
Pompeiani ciues deficiunt à Romanis 188.a
Pompeiopolis ubi & quæ olim uocabatur 168.b
Ponticam urbem militibus diripiendam præbet Cæſar 262.b
Ponticus triumphus Cæſaris pagina 266.b
Pontus Euxinus 114.b
Ponti ciuitates ad L. Lucullũ tranſeunt 152.b
de Pontificatu ſummo Cæſaris quidam Pompeianorum ante uictoriam contendunt 253.b
Popilij Romanorum legati ad Antiochum Magnum animoſitas pag. 88.a

Portionem agri ſibi à Cæſare datam Sittius ſuis donat militib. pag. 355.b
Portius Cato à Marſis occiſus pagina 192.a
Portus Chalcedonis inuaditur à Mithridate 146.b
Portum occludit Carthaginienſiũ Scipio 50.b alium effodiũt obſeſſi ibid.
Poſtulatio Pompeij quæ, in ſarcienda pace 418.a
Potator, Sertorius remiſsius rem agit 219.b
Prodigium territat Antonium pagina 421.a
Poteſtas Mithridatis recenſetur pag. 120.b
Poteſtatem ſummam adeptus Cæſar deponere noluit 215.b
Poteſtatem ſummam nemine interpellãte ſponte depoſuit Sylla 215.a
Photinus Aegypti regis pædagogus interficiẽdum cenſet Pompeium 260.a
Præda Iberica allexit Pœnos ad rebellandum 450.a
Præda ingẽs Romanis diruta Carthagine 55.b
Præda ingens Syllanorum militũ pag. 133.b
Præda Saguntina Romam miſſa pag. 458.a
Præda ſub Lucullo quomodo & quanti diuendebatur 150.a
Prædæ nimis inhians Craſſus 91
Prædam Nergobrigum Marcellus ſuis diuidit militibus 469.a
Prædas agit Nicomedes è regno Mithridatis 118.b
Prædam fertilem militib. tribuit, reliquam dijs conſecrat Mummius 473.a
Præfectorum ingens numerus cæſus in exercitu Triarij 155.b & deinde
Præfectura claſsis adempta Caluiſio, data Agrippæ 427.b
Prælijs tribus uicit Parthos Ventidius 105.a
Prælijs triginta certauit cum Gallis Cæſar 288.b
Præneſtinum oppidum à Syllanis tunc opulentiſsimum direptũ pag. 210.b
Præſagium Pompeij de uictoria Pharſalica 253.a
Præſides quibus prouincijs quos miſerit Cæſar 244.b
Præſidium Vticæ deiecit Viriatus pag. 477.a
Præſidia in Italia relinquit Cæſar pag. 241.a
Prætor à plebe in curia tegulis interimitur 185.b
Prætores Romanos aliquot uicerunt Piratæ 157.b
Prætoria in ſella locatum caput Trebonij, mox inſtar pilæ per plateas à militibus iactatum pag. 302.a
Prætorij ordinis uiri multi à triũuiris oppreſsi 339.a
Præmiũ bene nauatæ operæ, quod Pompeio 159.b
Præmia diſtribuit exercitui Pompeius 169.a
Procacitas Ofilij punita pagina 439.a
Procella ingens pugnantes dirimit 155.a
Proconſulibus diſtributa Italia pag. 187.b & deinde
Prodigium Craſſo oblatum 92.a & deinde 93.a
Prodigium de Marij conſulatu pagina 196.b
Prodigia auertunt comitia pagina 203.b
Prodigia Cæſaris 289.b
Prodigia horrenda in Vrbe uiſa pag. 335.b
Prodigia multa ſeditionem Syllanam protendentia 205.b
Prodigia prænuncia exitus Caſsij & Bruti 387.b
Proditor patris filius ob hæreditatem 341.a
Proditor ſeruus heri, rurſus in ſeruitutem redactus 346.a
Proditor ſuijpſius Luceius periſt pag. 344.b
Proditorem libertum confodit Naſo, mox iugulum præbens percuſſoribus 344.a
Profugos maxime ſeruatos uult Pompeius 348.b
Profuſiſsimus in largiendo Cæſar pag. 237.b
Promiſsio ampla facta militib. à Caſsio 373.b
Promiſsis militaribus ſtetit Cæſar peractis triumphis 267.a
Promona urbs Dalmatis adempta pag. 499.a
Promethei locum ubi Caucaſo affixus creditur uidere cupit Pompeius 162.a
Promptuarium Pompeij Dyrrachium 247.b
Propontidem curat ad perſequendos Piratas L. Piſo 158.b
Proprætores deſtinati erant à Cæſare Caſsius & Brutus 356.b
Propugnatorẽ ſuum uocat ſenatus Pompeium 238.a
Proſcriptum qui celaret quæ maneret pœna 337.a
Proſcripti, conditiones pacis initæ, inter triumuiros admittunt pag. 418.a
Proſcripti ſubito oppreſsi, qui pagina 336.a
Proſcriptionis formula 337.a
Proſcriptæ mulieres 346.b
Proſcriptor capitalis primus Sylla 211.a
Proſcriptorum à Lepido primus Paulus, ſecundus ab Antonio, Luceius eius auunculus 338.b
Proſcriptorum à triumuiris numerus 336.a
Proſcriptorum reliqua bona uendit Cæſar 394.a
Proſerpina ubi rapta dicatur pagina 375.a
Proſerpinam cur in magno honore habeant Cyziceni 148.a
Prouerbiũ. Res admota ad nouaculam 256.a
Prouincia Gallia ut excedat iubet Antonius Decimum 312.b
Prouinciæ diuiſæ inter triumuiros 335.a
Prouinciam Syriam ſibi petit Dolobella 293.b
Prouincijs bello acquiſitis iuſſus à Pompeio decedere Mithridates 163.a
Prouincias ſortitas per amicos regit Pompeius 231.a


Prudens

Prudens in bello quis uere dicatur 487.a
Pruſias uenator bellum Romanis infert 115.a.b
Pruſiæ mors 117.a
Pruſiæ Romanorumq; ſocietas cõtra Antiochum 68.a
Pſeudogracchus ſeſe inſinuare pro Gracchi filio nititur 184.b & deinde
Pſeudogracchus primo die initi magiſtratus à plebe occiditur 185.b
Ptolemæus Aegypti Satrapa pagina 81.a
Ptolemæus cur rex ab exercitu appellatur 82.a
Ptolemæus Cypriæ ſibi manus intulit 233.a
Publius Craſſi filius à Barbaris obtruncatur 98.b
Pugna ad Aeſim fluuiũ inter Metellum & Carbonianos 207
Pugna ad Bagradam inter Curionem & Varum 243.b
Pugna ad Chæroneam inter Archelaum & Syllam 133.a
Pugna ad Calagurim 219.b
Pugna ad Canuſium contra Norbanum 206.a
Pugna ad Carſuleium inter Antonium & Cæſarem 320.b & deinde
Pugna ad Cerbonam anceps & finis 459.b
Pugna ad Cluſium 208.a
Pugna ad Cordubam contra Pompeium iuniorem 268.a.b
Pugna ad Mutinam inter Antonium & Cæſarem 322.a.b
Pugna ad Pharſalum recenſetur 256.a & inde
Pugna ad Piræum 128.a
Pugna Antiochi & Manij pagina 65.b
Pugna apud Adrametum 264.b
Pugna atrox inter Pompeium & Cæſarem 250.a.b
Pugna Craſſi cum Parthis 96.a
Pugna crudeliſſima inter Antonianos & Brutum 384.b & inde
Pugna Curionis & Vari 243.a
Pugna Dorylai & Syllæ ad Orchomenum 135.b
Pugna Fagionis cum Lucio pagina 399.b
Pugna in agro Numantino pagina 488.a
Pugna inter Lepidum & Cæſarẽ 438.a
Pugna inter Lepidum & Catulũ 217.b
Pugna L. Luculli & Mithridatis 150.b & deinde
Pugna L. Luculli & Tigranis pagina 153.b
Pugna Marcij & Pompeij circa Senas 207.b
Pugna Murenæ & Gordij pagina 144.a
Pugna naualis 367.b
Pugna naualis inter Caſſianos & Rodios 362.a
Pugna naualis inter Liuium et Polyxenidam 67.b
Pugna naualis inter Pompeium et Cæſarem 421.b
Pugna naualis 379. & inde notatu digna
Pugna Pharſalica 257.b & inde
Pugna Pompeij contra Antonianos 442.b
Pugna Pompeij & Perpennæ pagina 220.b
Pugna prima inter Pompeium et Cæſarem ubi facta 241.b
Pugna Sertorij & Pompeij pagina 218.a.b
Pugna Syllæ & Fimbriæ 140.b
Pugna uide Bellum & certamen
Pugnæ naualis circa Mylas euentus qualis 432.a
Pugnat cum Vacceis Lucullus ſine ſenatus iuſſu 473.b
Purpuram exuit Cinna tanquam à tyranno datam 276.a
Puſillanimitas Ciceronis dum ſibi dies dicta eſt 230.a
Puſillanimitas Flaminij 62.b
Pygmalion Tyriorum tyrannus 1.a.
Pij cognomen cur adeptus Metellus Metelli filius 185.b
Pyrenæi montes ubi 447.b
Pyriſſei populi ubi pagina 500.b

Q

QVæſtio habita de militibus Perpennam inſidijs tollere uolentibus 219.b
Quæſtio apud Cæſarem inter cœnandum, Quæ mors homini optima? 272.b
Quæſtio Scipionis ad Annibalem quis imperatorũ clariſſimus fuerit 61.b
Quæſtorem tegulis interemit in curia plebs furore uehementi concita 185.b
Querela Cæſaris ad milites de iniuria illata 328.b
Querelæ diuitum uariæ ob legem agrariam recenſentur pagina 175.a.b
Querelæ pauperum in diuites pagina 175.b
Quæſtus ergo nihil nõ impie agebant Lucullus & Galba pagina 474.a
Q. Ancharus in fano à Marianis occiſus 201.b
Q. Cæpio dolo ex inſidijs interfectus 190.a
Q. Fabius Maximus Aemylianus Pauli filius contra Viriatum mittitur 476.a
Quintus Flaccus ſuo arbitrio mortem eligere iubetur 182.b
Q. Fuluius Nobilis contra Segedanos & Acaſchos 467.b
Q. Lucretius Offella à Sylla occiſus 214.a
Q. Oppius captus à Mithridaticis 123.a
Q. Pompeius contra Viriatum miſſus 477.a
Quintilis menſis in honorem Cæſaris Iulius appellatus pagina 269.a.b

R

RAptus Proſerpinæ à Plutone ubi 375.b
Raptores milites Sylla affecit ſupplicio 195.b
Rebellant Epheſii & aliæ multæ ciuitates contra Mithridatem 135.a
Recẽſens ſuos Antonius poſt Parthicum bellum quot deſiderarit 112.b

Recon-

Reconciliantur mutuo Tigranes & Mithridates 163.a
Regiones à Mithridate inuaſæ ad ſe nihil pertinentes quæ 114
Reliquias Pompeij Craſsiq́; exercitus deducit ex Aegypto Dolobella 325.a
Reprehendere ſuos nō audet Pompeius 253
Repudiat uxorem Cæſar 229.b
Rempublicam quantum afflixerit duorum ciuium contētio 267
Reſponſio Antonij ad Cæſarem 298.a
Reſponſio Antonij ad legatos interfectorum Cæſaris 277.a
Reſponſio Antonij ad ſcriptū Ciceronis 318.b
Reſponſio Antonij ad tribunos militares 304.305.a
Reſponſio Cæſaris ad legatos Lucij de pace ineunda 405.b
Reſponſio Cæſaris ad orationem Lucij 407.a
Reſponſio Caſsij ad Archelaum præceptorem legatum Rodienſium 360.b
Reſponſa Romanorum dubioſa 120.a
Reſponſio Syllæ ad legationem ſenatus 203.b & deinde
Reſtionem ſeruat ſeruus multis ſtigmatib. ab hero notatus 351
Rex per iocum militarem uocatus Pompeius 252.b
Regem ſe appellari noluit Cæſar 269.b
Reges multos ſalutat Antonius 419.b
Reges quando appellari cœpti Satrapæ 82.a
Reges quos & quot in triumphū egit Pompeius 169.b
Regnum negatiuum uocatus facete Syllæ impotens dominatus 214.b
Regnum ſuum populo Romano teſtamento reliquit Attalus Philometor 142.a
Regni cupiditas & Cæſarem & Antonium ſolicitat 421.a
Regni Maſaniſſæ diuiſio inter liberos deſcribitur 43.b
Regiæ ueteres omnes mediterraneæ 34.b
Reginis Cæſar fidem præſtat exemptos fore à numero deſtinatarum in præmium urbium pagina 367.b
Reguli multi in Numidia 4.a
Riju excepta promiſsio Antonij ab exercitu 310.a
Ritogenes Numantinus cognomento Caracimus quinq; militibus comitatus per media caſtra erumpit 490.a
Rogo exuſtum corpus Cæſaris pagina 287.b
Romani populi ſocios quos aſcripſerit poſt primum bellum Mithridaticum Sylla 141.b
Romano imperio utiliſsimus Scipio Africanus 179.b
Romanum imperium ſibi deſtinarat Mithridates 139.b
à Romano quondam ſuo milite interfectus Pompeius 260.a
Romanorum mos & conſuetudo in ſubiugandis gentibus 173
Romanorum perpetuo ſe fore inimicum aris admotus iurat Anibal 451.a
Romanorū quot ceciderint in bello ad portas Chalcedonis 146
Romanos omnes captiuos trucidat Spartacus ſacra faciēs Crixi manibus 221.b
Romanos ter uno die aggrediuntur Numantini 481.a
Romana urbs incommoda ſenſit propter Piratarum incurſiones 157.b
Romanum imperium quantū promouerit Cæſar 289.a
Romuli & Cæſaris collatio 287
Rodus expugnata 355.a
Rodum obſidet Caſsius 362.b
Rodij auxiliares Romanis contra Antiochum 67.b
Rodij Myndum proficiſcūtur certaturi nauali prælio cōtra Caſſium 361.b & inde
Rodiorum & Mithridatis nauale prælium 124.b
Rodiorum uirtus 126.a
Rodijs quas ciuitates dederit Antonius eaſdem mox adimit pagina 392.a
Rodios aggreditur Caſsius ob denegata auxilia 359.b
Rodios ſcripſit inter Romani populi ſocios Sylla 141.b
Rubico fl. 238.b
Ruſſo circumuēto ab Vacceis, ſuccurrit Scipio 487.b

S

Saburra Iubæ Mauritaniæ regis dux à Sittio interfectus 355.b
Sacramentum exigit à ſuis militibus Fimbria, illis reclamantibus, & ad Syllam fugientibus 140.b
Sacrificium nauale 428.a
Sacrificium Mithridaticum pagina 145.b
Sacrificia ſupplicationesq́; in Vrbe ob deletam Carthaginem facta 56.b
Sacrificia uota ludosq́; dijs immortalibus ſoluit Scipio 56.b & deinde
Sacrificat Ioui bellipotenti in excelſo monte Mithridates, auxiliaribus regibus præſentibus 144.a
Sacrum Proſerpinæ apud Cyzicenos quale 148.a
Sacra Audaciæ Pauoriq́; facit Scipio 8.a
Sacra facit Ioui Neptunoq́; Scipio 5.a
Sacra facit Marti & Veneri Cæſar initurus cum Pompeio bellum 253.a
Sacra pro uictorijs uota dijs perſoluit Lucullus 153.a
Sacrorum uiolatores à Cicerone accuſantur 229.b
Sæuitia regis in transfugas pagina 159.b
Sæuit in deſciſcentes grauiter Mithridates 135.a
Saguntus oppugnatur à Cornelio Scipione 456.a
Saguntum ciuitatem Hiſpaniæ maximam deleuerunt Carthaginienſes 22.b
Saguntinorum locus 450.a
Saguntinorum urbem obſidet Anibal, agros uerò depopulatur 451.b & inde

Salapiam ui captam ſuccendit C. Coſconius 192.b
Salaſsi pop. 501.a
Salis inopia 501.b
Salernum Romana colonia capitur 189.a
Saltũ cum Barbaris incendit Pompeius 162.b
Saluidienũ interficit Cæſar quòd ad Antonium transfugere uoluerit 415.b & deinde
Saluius tribunus plebis primus à triumuiris cæſus 340.b
Salutatores Cæſaris ex Gallia remeantis qui potiſsimum fuerint 230.b
Sambuca, machina naualis 125
Samaritarum rex Herodes 419
Samnis ciuitas 26.a
Samnitium à Romanis defectio 188.a
Samnitium exercitus à Coſconio cæſus 193.a
Samothracæ à piratis captæ 143
Samus Antiocho poſt naualem pugnam coniungitur 68.b
Samus urbs à Piratis capta pagina 143.a
Sangarium fl. 122.b
Sapæorum fauces cuſtodire iuſſus Norbanus à Caſsio 374.b
Sarapionem Cyprium Cleopatræ tradi iuſsit Tyrios Antonius 393.a
Sardiniam Cæſaris prouinciã occupat Menodorus 412.a
Sardiniam inuadunt Carthaginienſes 1.b
Sardiniam Q. Valerio commendat Cæſar 241.b
Satellitium pro ſui corporis cuſtodia permiſſum eligere Antonio 292.b
Satrapias quot ſub ſe habuerit Seleucus 68.a
Satrapæ uarij poſt obitum Alexãdri regnant 81.a
Sauus fl. 503.b
Saxo ictus in genu Mithridates: & telo ſub oculis caſtris excedere cogitur 155.a
Saxis petitur Cæſar à plebe 416
Scapula Põpeianus ſeipſum exuſſit 268.b
Scænæ centurionis inſigne facinus 249.b
Sciathum ciuitas oppugnatur pagina 127.a
Scientiarum tam Græcarũ quàm Latinarum amator Cæſar pagina 290.b
Scipio æger Elæam deducitur 71
Scipio cur Africani cognomen adeptus 39.b
Scipio cum filio à Syllanis captus incolumis dimittitur 206.b
Scipio cum Syphace rege amicitiam facere parat 460.b
L. Scipio gladio ſe transfixit ac mox in mare præcipitem dedit 266.b
Scipio minor legatus Luculli 26
Scipio Publij filius contra Carthaginienſes diuinitus mitti creditur 3.a
Scipionis Africani laus 39.b uirtus 40.a b
Scipio ædilitatem petens, conſulatum adeptus eſt 46.b
Scipionis Annibaliſq; æmulatio contentioq; 62.a
Scipionis conſulis ad Carthaginẽ profectio 47.a
Scipionis filius ab Antiocho captus, reſtitutus 71.a
Scipionis laus à toto exercitu pagina 42.b
Scipionis uictoria 18.a
Scipioni ob fœdus cum Antiocho dies dicta 76.a
Scipionem Africanum cur non auſus aggredi Phamæas? 40 b
Scipionem reliqui rident tribuni, tanquam artis militaris ignarum: ſed mox pœnas ſpreti dedere conſilij 41.a
P. & Cn. Scipiones fratres in Hiſpanijs cæſi à Carthaginienſibus 3.a
Scipiones in Hiſpania cæſi pagina 454.a
Scipionum laus ibid.
Scordiſci pop. 494
Scordiſciorum gentem penè delet Scipio 496.a
Scriba Cæſaris Taburius Antonio deditiſsimus 292.b
Scribonia L. Libonis ſoror Cæſari nuptui data 410.a.b
Scrupulum inijcit ſenatoribus Antonius ut Cæſaris mortem uindicet 279.a
Scriptum Ciceronis de ſenatuſconſulto per legatos ad Antonium 318.a
Scuto Gallico tectus pernoctauit in imbre Cæſar 435.a
Scutum Minutij centum telis confoſſum, corpus uerò ſex pagina 249.b
à Scythis auxilia petit & contrahit Mithridates 150.a
Securi multos captiuorum cædit Aemylianus 478.a
Secures cum lictoribus Cæſari offeruntur ab exercitu 211.b
Secures quot dictatori olim præferebantur 213.b
Seditio Apuleiana 184.a 285.a
Seditio de lege iudiciaria ſub Caio Graccho 181.a
Seditio equitum deſcribitur pagina 187.a
Seditio exercitus Cæſaris 438.b & inde
Seditio Gracchana quo tempore facta 178.b
Seditio militaris in caſtris Cæſaris 395.b
Seditio militaris in exercitu Scipionis 462.b
Seditio nulla in exercitu Viriati, quod pro miraculo habetur pagina 480.b
Seditio ob bellum Gladiatorum 222.a.b
Seditio ob mortem Amatij pagina 291.b
Seditio plebis in Cæſarem pagina 416.b
Seditio plebis in Patres ob colonias deducendas 181.b & deinde
Seditio Romæ ob inopiam pagina 57.a
Seditio Romanorum domeſtica 146.a
Seditio ruſticana deſcribitur pagina 184.a.b
Seditio Syllana recenſetur pagina 205.a

quanto tempore durarit 205
Seditio tertia in urbe fuit Apuleiana 185.b
Seditio urbana ob æs alienum pagina 193.a
Seditio urbana poſt pugnã Pharſalicam 263.a
Seditionis ſecundæ Gracchanorũ finis qualis 183.a
Seditiones urbanæ ſub C. Cæſare conquierunt uſq; ad Caſſij Brutiq; tempora 172.b
Seditioſorum principes à Scipione cæſi 463.a.b
Segeſtani pop. 498.b 501.a
Segedanorum rebellio & tergiuerſatio contra ſenatum pagina 466.b & inde
Seleucus Antiochi filius Eumenis terram depopulatur 69.a
Seleucus Babyloniæ Mediæq; rex appellatur 82.a
Seleucus patri Antiocho in regnũ ſucceſsit 78.a
Seleuci mors 68.a
Seleuco poſt mortẽ Antigoni quæ regiones obuenerint 82.a
Seleucias nouem à ſe denominatas extruxit Seleucus 830.b
Seleucidarum regnum quàm diu ſteterit 89.a
Sellam poni Cæſari defuncto ab Cæſare Octauio in Ludis ædilibus & Veneris prohibet Critonius, & item Antonius pagina 302.b & inde
Semella urbs ab Aemyliano capta 478.a
Senatores ad paucitatem ob crebras ſeditiones redacti 186.b
Senatores duodecim ſub Syllæ dominatu hoſtes Populi Romani cur iudicati 196.a.b
Senatores equitibus ſubiecti 180 b & deinde
Senatores ex equeſtri ordine quãdo legi cœpti 186.b
Senatores quadraginta et equites mille ſexcenti ab Sylla proſcripti 211.a.b
Senatus Nucerinus in balineis æſtu ſuffocatus 22.b item Acerrarum ſenatus in puteis defoſſus, terra obrutus ibi.
Senatum ſibi conſtituit Sertorius 217.b
Senatuſconſultum de iure ſuffragij 181.a
Sententiæ uariæ in ſenatu dictæ contra coniuratores Catilinæ 226.a.b
Senum duo millia reliquit Cæſar ad cuſtodiam impedimẽtorum exercitus 255.b
Sepelijt publicè ſenatus Cæſarem 386.b
Sepulchrum Pompeij cum epitaphio 260.b
Sepultura Mithridatis 167.b & deinde
Sepultura Syllæ ubi? 217.a
Sepultus eſt ab Vticenſibus Cato 266.b
Serpentem enixa mulier 205.b
Sertorius Cinnanæ factionis in Hiſpania imperator creatus pagina 493.a
Sertorius Hiſpanias omnes in Romanos concitat 145.a
Sertorius occiditur à Perpenna: quem ante inſidijs tollere uoluit 519.b & deinde
Sertorius Syllanæ factionis contra Pompeium dimicat 217. b & deinde
Sertorius uictus in Hiſpania pagina 146.a
Sertorium in Hiſpania profligat Pompeius 204.b
Sertoriani multi ad Metellũ tranſfugiunt 219.a
Seruus heri proditor 346.a
Seruus uiatorem occidit, dicens ſuum ſe herum occidiſſe proſcriptum Reſtionem 351.a
Serui Piræenſes ſub haſta à Sylla uenditi 130.b
Serui uocantur ad pileum 195.b 198.a 200.a
Serui uocantur ad pileum à Graccho & Fuluio Flacco 182.b
Seruorũ ad pedes nobiliſsimi quique ut proſcriptionem euitent prouoluuntur 339.a
Seruorum habitu periculo ſe eximit L. Scipio & L. Acilius pagina 188.b
Seruorum ingens copia apud Romanos 174.b
Seruorum quorundã in heris proſcriptis fides & pietas pagina 340.a
Seruorum quorũdam nequitia et impietas 202.a
Seruis præbere uictualia uetuit Lucius in obſidione Peruſina 403.b
Seruos inobedientes & immorigeros delet una nocte Cinna 202.a.b
Seruos metuit ſenatus, ob multitudinem 174.b
Seruos multos libertate donatos plebi inſeruit Sylla 214.a
Seruili habitu aufugiunt Milo & Cecilius 232.b
Seruili habitu multi tecti ſeſe ad Cæſarem conferunt, quos ita oſtentat exercitui Cæſar pagina 238.b
Seruilius proconſul interficitur 187.b
in Seruitutem uindicaturũ ſe Antonius Menodorum minatur, cur & quomodo? 421.a
Seruuli tres ſoli relicti ad cadauer Cæſaris 274.b
Sicambri à Cæſare uicti 447.a
Sicilia afflicta per mancipiorum motum 174.b 175.a
Sicilia diuerſis locis à Cæſarianis impetitur 427.b
Sicilia quando & per quos adempta Carthaginienſib. 1.b
Sicilia Romanis reſtituta 2.b
Siciliæ littora ad perſequendos Piratas curat. Varus, Terẽtiusq; Varro 158.b
Siciliæ præeſt Cato 241.a
Siciliæ prætor à Piratis uictus pagina 157.b
Siciliam inuadere parat Cæſar 420.b & deinde
Siciliam inuadunt Carthaginienſes 1.b
Siculis quæ Carthaginienſes eripuerant reſtituit Scipio 56.a
Signum ſuccurrẽdi inuicem quod commonſtrarit Scipio 488.b
Simulandi artifex inſignis C. Cæſar 227.b & inde
Simulatio Luculli in Luſita. 473

Simulatio magna Curionis pagina 235.a
Simulatio Menodori trāſfugium meditantis 429.b
Sicambri pop. 500.b
Sinopem urbem Lucullus fecit liberam admonitus inſomnijs 152.b
Sinum collectum oſtendens Carthaginienſibus Romanus legatus aut pacem aut bellum habere ſe dixit 453.a
Sitis uehemens in exercitu Antonij 111.b
Siti laboratur in caſtris Antonij 374.b
Siti uehementer laborantes & aqua liberius pota moriuntur 434.b
Sittius egregiam pro Cæſare nauat operam 355.b
Sittius Romæ accuſatus collecto exercitu uenalis nūc hunc, nūc illum regulum adiuuat 255.a
Sittianorum qui auxilia petierint ibidem
Smyrnam incuſtoditam noctu nactus inuadit Dolobella 302.a
Smyrnæi auxilia à Romanis contra Antiochum petunt 58.b
Societas multorum regum contra Antiochum 68.a
Socrates damnatus perijt 76.b
Soluendo cùm non eſt C. Cæſar detinetur à creditorib. ne in ſortitam abeat prouinciā 227.a
Somnium Antigoni de Mithridate 117.b & deinde
Somnium Iul. Cæſaris de condenda Carthagine & Corintho 57.a
Somnium Syllæ in ruſtico ſeceſſu præſagum futurorum 216.a
Somnijs cruentis moleſtata Calpurnia nō ſinit Cæſarem egredi 272.b
Somniaſſe ſe Pompeius dicit, dedicaſſe ædem Veneris, neſciens Cæſari eam uouiſſe 253.a
Sophocleos uerſus recitabat fugiens in Aegyptū Pōpeius 260
Sorores ſuas de regno deſperans Mithridates interfici iubet pagina 152.a
Sortito quando primum Romæ delecti milites 469.b
Soſius Antonianus dux multa proſpere agit in Syria 105.a
Soter cur appellatus Demetrius 79.a
Spartacus genere Thrax latrocinijs infeſtat Italiam 220.b
Species Scipionis quaſi afflati à deo hominis ſimilis 459.a
Spectacula uaria edit Cæſar 267
Spectrum Iſidis uiſum oppugnatoribus Rodiorum 126.a
Spectrum uidit ſibi aſtare Brutus 387.b
Spelunca ſe abdit Maſaniſſa 5.a
Spes communis, homines inter ſe conciliare ſolet 369
Spolijs & præda onuſtis nauibus Scipio Romam repetit 464
STA SECVRVS teſſera Cæſarianorum incepta uictoria, ad milites Italos 258.a
Stabias ciuitas capitur 189.a
Stipendia data militibus Cæſaris 396.a
Stragulis inuolutum efferri iuſſit maritum Antium uxor 450
Stratagema Antonij 377.b
Stratagema Antonij contra Cæſarem 412.b
Stratagema Carthaginiēſe 449 b & inde
Stratagema Flacci contra Vacceos 484.a
Stratagema Lucilij Lucini fingentis ſe Brutum eſſe, ac ad Antonium duci petentis 385.a.b
Stratagema Pomponij & Aruntij 352.a & inde
Stratagema Viriati contra Romanos 474.b
Strato Epirota Brutum iuſſus ab ipſo conficit 386.a
Stratonicea ciuitas capta à Mithridate 123.b
Stratonice concubina Mithridatis theſaurorum conſcia 164
Statua pro roſtris poſita Cæſari 440.a
Suba præfectus Maſaniſſæ tranſfuga 26.a
Subſellijs obruitur Guluſſa 46.a
Supellex Antonij à Parthis diripitur 112.a
Superbia Marcelli quanta 234.b
in Superbiam quid Parthos erexerit 109.b
Superſtitio Romanorum 91.a.b
Supplicationes factæ publicè propter uictoriā de Antiocho habitam Romæ 66.b
Supplicationes ob Antonium profligatum decretæ 323.b
Supplicio affecit optimū quemq; Laodicenſium Caſſius 358.b
Surenæ deſcriptio 94.b
Surenæ ſimulatio doloſa 102.b
Surenæ ſubdola de pace ineunda ſimulatio 100.b
Surenam, Orodes gloriæ inuidens cecidit 104.a
Suſpiciones uariæ bellorum inter Romanos & Antiochum 58.b
Suſpectus ad tyrannidem Catilina à petitione conſulatus reijcitur 224.b
Suſpectum habet Archelaum Mithridates 143.b
Suſpendit in medio caſtrorum Romanum quēdam Spartacus ad terrorem ſuorum 222.b
Sylla per uim occupat dictaturam 172.a
Sylla quot ex Mithridatico exercitu confecerit 140.b
Sylla uictor Vrbem ingreditur 208.a
Syllæ & Cluentij congreſſus pagina 192.a
Syllana ſeditio quando inciderit 205.b
Syllanæ copiæ quantæ ad Mithridaticum bellum 127.a
Syphax Aſdrubalis filiam in matrimoniū ducit 463.b et inde
Syphax captus ad Scipionem ducitur 10.a
Syphax Numidarum regulus pagina 4.a
Syphacis regis ingens ſimulatio 7.a
Syria aliquandiu potitus Ptolemæus 81.a
Syria quomodo Romano acceſſerit imperio 80.a
Syriam circa Euphratem Romanis ſubiecit Pompeius 163.b

Syriam occupat Caſſius 357.a

T

Tabe perijt in Sardinia Lepidus 217.b
Tabellæ inſidiarum indices datæ Cæſari 273.b
Tagium flumen tranſit Lucullus, Vacceis bellum illaturus pagina 470.a
Talentis millequingentis flectitur Paulus ne Cæſari aduerſetur 235.a
Tarteſſum urbs ubi 448.a.b
Tanginus latronum dux 482.a
Tantalus dux ſe Cæpioni cũ exercitu dedidit 481.a
Tarditatis & inſcitiæ arguitur Craſſus 92.a
Tarentum magnus exercitus miſſus ob metum Antiochi 64.a
Tarſus expugnata 355.a
Tarteſſus regulus ubi regnarit 448.b
Taulantij populi 240.b 494 b. 500.b
Tauriſci pop. 501.a
Taurus mons 163.b
Taurum cæſum ruptis uinculis fugientem ſolus tenuit Seleucus 83.b
è Tecto præcipitem dedit ſeſe Salaſſus 243.b
à Tecto quidam proſcriptorum ſeſe præcipites deijciunt 339
Tela ardentia in Delminium iacta 498.b
Telis confixit in muris diſpoſitos Cæſarianos Iuba rex Mauritaniæ Pompeio fauens 243.b
Telis petitur Antonius à legionibus Macedonicis 311.a
Telluris in ædem conuocatur ſenatus poſt necem Cæſaris 277
Temiſtoclis exemplo ſeſe ſaluat Robulus 353.b
Templa ex ſenatus conſulto Cæſari dicata 263.b
Templa ſua in officinas conuertunt Carthaginienſes in extremo periculo 37.a.b
Templorum ornamenta detrahũt Chij ut mulctam duûm milium talentorum ſoluant 134.b
Tempeſtas claſſem Cæſaris exagitat 424.b
Tempeſtas claſſem debilitat pagina 421.b
Tempeſtas Fimbriæ Flaccíq; naues confregit 136.b
Tempeſtas, Mithridatis machinas bellicas inutiles reddit pagina 148.a
Tempeſtas orta exagitat claſſem Cæſaris 428.a
Tẽpeſtate naues Flacci Fimbriæq; confractæ 136.b
Tempeſtatibus multis actus Mithridates dum Lucullum fugit quot & naues & uiros amiſerit 149.b
ad Tenarum Murcus pro præſidio tenendo mittitur à Caſſio 363.a.b
Tencteres profligat Cæſar pagina 447.a
Terentius Varro à Luſitanis funditur 472.b
Tergiuerſator Pompeius negans pacem feciſſe cum Numantinis 483.a
Termantini Romanos aggrediuntur 481.b
Termini regni Antiochi qui pagina 75.b
Terponus urbs 501.b à Cæſare oppugnatur 502.a & inde
Terræmotus templa nõnulla proſtrauit 205.b
Terror Panicus caſtra inuadit Põpeiana 253.a
Teſtamentum Cæſaris publicatũ in præſentia plebis 285.a
Teſſera quæ data militib. ad Pharſalum 256.b
Teſſeram à Cæſare accipiunt Lucij tribuni 407.b
Teſtudo in exercitu quid 110.a
Teſtudine depellunt Parthos Romani 112.b
Tetrarchæ fuga elapſi Eumachũ Gallogræcis impoſitum cum præſidio Mithridatis eijciunt 133.b
Teutinus Dalmatarum dux 505
Theatrum penè abſolutum à quo & cur demolitum 183.a
Thebæ à Romanis deficiunt pagina 127.b
Thebani fœdifragi ibid.
Themiſcyra à L. Lucullo oppugnatur 150.a
Themiſcyra ubi & à quibus condita ibid.
Themiſcyrenſium fortis definſio 150.a
Themiſtoclis & Meneſis per Antonium facta collatio 105.b
Thenſam in Circenſibus à ſenatu oblatam accepit Cæſar pagina 440.a
Theodotum Caſſius egit in crucẽ ob necem Pompeij 262.a
Thermopylarum anguſtias occupat Antiochus 65.a
Theſaurus Mithridatis ubi abſcõditus & à quo detectus pagina 164.a
Theſauri pecuniarum copioſi, ubi 399.a.b
Theſauri publici olim Nemore ſeruabantur 399.a
Theſauris Mithridatis potitur Pompeius 164.a
Theſſaliam curat ad perſequendos Piratas L. Cinna 158.b
Thraces populi qui 115.a
Thraciæ totius oportuniſſimus et munitiſſimus locus Lyſimachia 58.b
Thraciam ſibi ſubigere parat Antiochus 58.b
Tholuntes ciuitas 7.a
Thon oppidum 17.b
Thurinum obſidet Spartacus Thrax 221.b
Tib. Gracchus cum plebe Capitolium occupat 177.b
Tiberius Sempronius Longus in Iberia profectus contra Carthaginienſes 453.b
Tibure olim theſauri ſacri ſeruabantur 399.a
Tichiunta quid 65.b
Tigranes Cappadociam inuadit 144.b
Tigranes & Mithridates mediante Pompeio redeunt in gratiã P63.a
Tigranes fugientem Mithridatẽ in conſpectum ſuũ admitti non uolens in caſtellum quoddam more regio ali iuſſit 152.a

Tigranes

Tigranes mouet contra Lucullum pag. 153.a
Tigranes poſt acceptam cladem reſtaurat bellum cõtra Lucullum [redacted]4.b
Tigranes poſt triumphum Pompeij mox interemptus 170.a
ad Tigranem generum fugit Mithridates 149.b
Tigranocerta à quo ædificata ciuitas 145.a
Tigranocerta oppugnatur 153.b
Tigranocerta quomodo capta, pagina 154.a.b
Timor in Vrbe ob aduentum Antonij 327.a
Timor omnes inuaſit ob mortem Iuliæ uxoris Pompeij 231.a
Timotheus medicus Mithridatẽ curat 155.b
Tirones Decimi tranſeunt ad Cæſarem 333.a
Tirones exercet Pompeius pagina 248.a
Tirones in exercitu Pompeij conſcripti ad Numantiam 482.a
Titij & Galli diſcordia in exercitu Antonij, quid mali peperérit 109.a
à Titthijs auxilia petit Vettilius pag. 475.b
Titthijs bellũ infert Lucullus, cùm ijs antè pacẽ dederit Marcellus 470.a
Titulus Syllæ ſtatuæ affixus à ſenatu 212.a
Toranius cæſus à triumuiris pagina 341.b
Tolerantia laborum in rebus bellicis Mithridatis 114.b
Torpor quidam naturalis inuaſit Pompeium ante pugnã Pharſalicam 253.b
Tragœdiarum ſcriptor Artabazes 103.b
Tragœdus Iaſon Trallianus pagina 104.a
Tragula femur traiectus cadit Spartacus 222.b
Trallianorum perfidia in Italos hoſpites 124.a
Transfugæ clementer à Cæſarianis & Cæſare excipiuntur, pagina 404.b
Transfugium militum ad Syllam pag. 206.b
Transfugium parat ad Cæſarem Menodorus 420.a
Transfugij Maſaniſſæ ad Scipionem cauſa quæ 464.a
Transfugia crebra inter milites pag. 396.b
Transfugia obſeſſorum 404.b
Transfugit cum ſuis ad Romanos Phamæa 44.b
Transfugit ſeptẽ nauibus ad Pompeium Menodorus 427.a.b
Trebonius à Dolobella occiſus pagina 356.b
Triarius à Lucullo miſſus à Mithridate funditur 155.b
Triballi pop. 494.b
pro Tribunali ſedens Cæſar Lucium è Peruſia uocat 408.b
Tribunus plebis Italiæ M. Antonius à Cæſare conſtituitur pagina 241.b
Tribunus plebis tegulis in curia à plebe interimitur 185.b
Tribuni potiſsimũ in comitijs habenda ratio ad præſtanda pollicita 180.b
Tribunitia poteſtas data in perpetuum Cæſari 440.b
Tribunitij uiri ordinis multi à triumuiris oppreſsi 339.a
Tributum indictum Siciliæ 439
Tributum nouem annorum indictum ab Antonio Græcis 392
Tributũ quinquennale indictum Aſiæ legatis à Sylla 142.b
Tributa decem annorum imperat Aſiæ ciuitatibus Caſsius 363
Tributa Iudæorũ cur cæteris gentibus grauiora 80.a
Tributa quibus indixerit Antonius 392.b
Tributa quomodo ſoluebãtur Romanis 174.a
Tributa ſuis imponit Mithridates 164.b
Tributorum lex abrogata pagina 183.a
Triremes Cæſaris Brundiſij partim capit partim ſuccẽdit Aenobarbus 400.a
Triremes multas Romæ & Rauennæ fabricandas curat Cæſar 421.b
Triumphus C. Cæſaris deuicta Hiſpania 227.a.b
Triumphus Lepidi ex Hiſpania pag. 346.b
Triumphus Scipionis deſcribitur pag. 24.a
Triumphus Scipionis de Carthaginienſibus 57.a
Triumphus Scipionis deuicta Hiſpania 465.b
Triumphus Syllæ de Mithridate pag. 214.b
Triumphus Ventidij 105.a
Triumphos quatuor agit Cæſar pag. 266.a
Triumphans Pompeius Vrbem ingreditur 169.a
Triumuiri creati pro diuidundis agris 177.a
Triumuiri Romanum imperium ceu fundum quendam inter ſe diuiſerunt 173.a
Triumuirorum edictum proſcriptorium 337.a
Triumuirorum imperium agnoſcentium regiones uaſtantur ab Aenobarbo 400.a
Triumuirorum in Vrbem ingreſſus 336.b
Triumuirorũ poteſtas multis diſplicuit in Vrbe nobilibus, pagina 401.a
Triumuirorũ potentia quid mali pepererit 231.b
Triumuirorum potentiæ offenſus Lucius bellũ parat contra Cæſarem 397.a
Triumuirorũ uictoria potentiaq; omnibus moleſta 367.a.b
à Triumuiris multi nobiliũ proſcriptione propoſita oppreſsi pag. 339.a
Triumuiratus initium 334.b & 367.a
Triumuiratũ omnes antiquatum cupiunt plebes Vrbanæ pagina 401.b
Tryphonem regni inuaſorem occidit Aotiochus 88.b
Tumultus Alexandriæ ob necem occiſorum Pompeij 262.a
Turditaniam infeſtant latrocinijs Luſitani 474.a.b

Turres incenſæ expugnatæq; à Syllanis 129.b
Tyſca quid 25.a
Tyndaridē dedentē ſe Pompeius mox expulſus reliquit 432.a
Tyrannos Syriæ oppidatim ſuſtulit Antonius 392.b
Tyrannidis affectatæ notæ in Cæſare 272.a
Tyrannidem primus ſponte depoſuit Sylla 172.a

V

VAcceos uincit Cæcilius Metellus 481.a
Vacceorum in fines exercitum ducit Scipio depopulatum pagina 487.a
Valetudinarius ad Epidamnū Cæſar bello intereſſe ad Philippos non potuit 375.b
Valetudinarius ualde Italiam petens Cæſar 394.a
Vallum caſtrorū iubet Cæſar diffringere proceſſurus ad pugnam contra Pompeium pagina 355.b
Vallum Pompeius CL. ſtadiorum crebris caſtellis diſtinctum Mithridati circumdedit 160.a
Vallo cingit Peruſiam Cæſar pagina 402.a
Vargunteius cū ſuis à Parthis conciditur 100.b
Varinius Glaber contra Spartacum miſſus 221.a
Varius dux Sertorianus à L. Lucullo captus & occiſus 149.a & deinde
Varronem philoſophum & hiſtoricum ſeruat in uilla Calenus pag. 353.a
Vatinius impudicitiæ accuſatus pag. 229.b
Vehiculo meritorio uſi multi ſeſe ad Cæſarem conferunt 238.a
Vectigal gregibus indictum apud Romanos 174.a
Velitatio quid 4.b
Velitatio crebra inter L. Lucullū & Mithridatem 151.a
Velitatio inter Antonianos & Caſſianos 277.b
Venalium rerum creati cenſores 244.b
Venator quidam L. Lucullum per inuia & ignota deducit poſt caſtra Mithridatis 151.a
Venenum ebibit Sophoniſba potius quàm Romanis ut ſubdetur 10.b
Venenum patri miſcet Phraates 104.a
Veneno infecta aqua multi Cæſarianorum pereunt 242.b
Veneno perire Mithridates non potuit 166.b
Veneris templo ſpoliato in Elymæis tabe perijt Antiochus pagina 88.a
Veneris uotam ædem dedicat Cæſar 267.b
Veneri ædem uouit Cæſar initurus pugnam cum Pompeio pagina 253.a
Venerem dat ſuis pro teſſera Cæſar, & inde, Pompeius Herculem 256.b
Venerem item dedit pro teſſera ad Cordubam Cæſar 268.a
Veni, uidi, uici ſcriptum Cæſaris ad ſenatum 262.b
Ventris profluuio laboratum in caſtris Pompeij ad Numātiam 482.b
Venuſinorū à Romanis defectio 188.a
Venuſinos uincit Coſconius 193
Venia præteritorum data Tigrani à Pompeio 163.a
Verſus Scipionis Romam ruiturā pag. 55.b
Verſus Segeſtanorum dux 504
Veſpaſianus Hieroſolymorum diruit urbem 80.a
Veſtales ſeruare iuſſæ leges factæ pacis 418.b
Veſtalium ædes uiros introire nefas 193.b
Veſtem dirumpit Pompeius quaſi ab amicis proditus 418.a
Veſtini deficiunt à Romanis 188
Veſuuiū occupat Spartac. Thrax gladiator 221.a
Veteranorum militum concurſus ad Cæſarem Octauium pagina 295.b
Veteranos lectiſſimos ſibi conciliat Antonius 292.b
Vettius Cato, Sex. Iuliū cæſis duobus millibus in Eſerniam compulit 188.b
M. Vettilius contra Viriatū mittitur 474.b
Vettones obſident Luſitani pagina 472.b
Vettonum fines depopulatur Cæpio 479.a
Vibonenſibus fidem præſtat Cæſar exemptos fore à prædeſtinatarum præmio urbium pagina 367.b
Vicos quadringentos Mithridatis inuaſit Murena 143.b
Vicinitas formidoloſa Romanis Gallia 303.b
Victimæ elapſæ Pompeio ſacrificante, omen 253.a
Victor Mithridates in Armeniam ſe recipit minorem pagina 156.a
Vincitur ſæpe à Vacceis Mancinus 483.a
Victoria Alexandrina à Cæſare 262.a
Victoria Cæſaris ad Cordubam pag. 268.b
Victoria Cæſaris ad Mutinam pagina 322.b
Victoria de Aquitanis Agrippæ auſpicijs nunciata Cæſari animum reſtituit 426.a
Victoria inſignis Antonij & Cæſaris 388.b
Victoria Luculli contra Mithridatem & Tigranem 154.b & deinde
Victoria Mithridatis 122.b
Victoria Mithridatis contra Murenam 144.a
Victoria neſciuit uti Pompeius uel Cæſaris teſtimonio 250. 443.b
Victoriæ nuncios ubiq; mittit Mithridates 151.a
Victoriæ prænunciam nauem in Vrbem mittit Scipio 55.b
Victualiū rerum abundantia procreata per Pompeium 231.a
Vigilum cohortes conſtituit Cæſar 440.b
Villæ Ciceronis à Clodio dirutæ pag. 230.a

Vino utuntur parcè Numidæ, pa=gina 26.b
Virgis quendam è Nouocomen=ſium magiſtratu Marcellus in contum[redacted]idit pag. 234.b
Viriatus perfidiam Luculli aufu=git 474.a
Viriatum poſt factam pacem rur ſum oppugnat Cæpio 478.b
Viriatū quis primus domare Ro=manorum cœperit 477.b
Viriatum ut interficiant multos corrumpit Cæpio 480.a
Viriatici belli finis 478.b
Virtus ab ignauia capi nō poteſt, inquit Lucilius ad Antonium pag. 385.b
Virtus animi in milite potius quàm numerus ſpectandus pag. 465.a
Virtus Cæſaris uel hoſtium teſti/monio inuicta 265.b
Virtus Craſſi in quo præter ſoli=tum eluxit 99.a
Virtutes Antonij recenſentur pa=gina 109.b
Vita terreſtris ſecurior marina pag. 34.b
Vitam quàm libertatem maluere perdere Xanthij 365.b
Vitulinus per aliquot dies forti=ter pugnans tandem à lictori=bus triumuirorū in fruſta con=ciſus 344.a
Voluptatibus Græcanicis noluit aſſueſcere populum Scipio, pa gina 183.a
Voluptatibus uacans Sex. Iulius ab exercitu iaculis cōfoſſus in=terijt 357.a
Voluſius fugit ad Pompeium, pa=gina 352.b
Vrbs à cædibus luſtrata poſt ſe=cundam Gracchanorum ſedi/tionem 183.a
Vrbis imperium Fato deberi tri/bus Cornelijs 225.b
Vrbi præficitur Aemylius Lepi/dus à Cæſare 241.b
quas Vrbes condiderit Seleucus pag. 83.b
Vrbes Romanas quot delerit Hannibal 23.a
Vrbes ſeptuaginta una hora ſpo=liat Paulus Aemylius 498.a
Vrſas aliasq; beſtias emittunt in hoſtes Themiſcyrenſes 150.a
Vtica ciuitas 5.b
Vtica hyberna Romanorū 45.a
Vtica oppugnatur à Scipione, pa gina 6.b
Vtica ultro ſe dedidit Romanis pag. 28.b
Vticam hoſtes omnes deſerunt accepto nuncio pugnæ: exce=pto Catone 265.b
Vticenſibus ignoſcit Cæſar 266
Vticenſibus quæ data ex ruina Carthaginis 56.b
Vulnus in collo accipit Scipio, pa gina 461.b
Vulneribus uigintitribus confoſ=ſus in ſenatu Cæſar 274.a
Vulturū duodecim auſpicium Cæ ſari Vrbem ingredienti obla=tum 331.b
Vxor mariti proditrix 343.b
Vxor Pompeij Iulia moritur 231
Vxorem cur repudiarit Cæſar pag. 229.b
Vxorem propriam dat filio An/tiocho Seleucus pater 85.b
Vxores maritos perteſæ ac ex ſe=ditione alios ſperantes Catili/næ pecunias ſufficiunt 224.b
Vxores ſuas de regno deſperans Mithridates interfici iubet, pa gina 152.a
Vxorum proſcriptorum uirtus in maritos 340.a
Vxorius nimis Pompeius 90.b

X

Xantippus Lacedæmonius Carthaginienſiū dux 2.a
Xerxen uincit Leonidas apud Thermopylas 65.b
Xanthus ciuitas expugnata 355
Xanthios bello adoritur Brutus pag. 364.a
Xipharem filium interfecit Mi=thridates 164.a
Xorus Carthaginis conditor à nonnullis fertur 1.a

Z

Zacinthiorū quondam coloni Saguntini 450.a
Zama ciuitas 13.b
Zenobius Mithridatici exercitus dux Chijos occupat 134.a
Zenobium Epheſij in carcerem coniectum necant 135.a
Zenodotiam Meſopotamiæ ciui/tatem expugnat Craſſus 91.b


FINIS

SERIES CHARTARVM.

α a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Omnes terniones præter α & T quaterniones & Z duernionem.

BASILEAE PER HIER. FROBENIVM,
ET NIC. EPISCOPIVM,
AN. M. D. LIIII.

-<-


FRO BEN.

[illegible]

sermonum 48 et quadragesimalium 48 legende 24 alb

[illegible]

Sunt autem et qui bis in die comedere consue-
verunt si post prandium dimiserint cibum eorum
in terra deficiunt atque ab omni opere exeunt et
precordia dolent adeo ut eorum intestina abire
suspensa videantur. Urina colica videtur
eorum et terre in centum quidam autem horum a-
mari et oculos obductos tympana forma-
cancia. Hos sentit auctor plurimum quod
qui prandium obmiserint cenam neque in-
ceperint quod si cenant stomachus eius gravatur, sompnum

[illegible]

Que autem si quis sanus [illegible]

Quoniam ex innutritione diete medie
magis quam solebant [illegible] ut ne
quidem [illegible] aut [illegible]

Quando autem acute [illegible]
[illegible] in medietate diei [illegible]

[illegible]